

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ΩΚΕΛΛΟΣ.

OCELLVS LVCANVS DE NATVRA VNIVERSI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ΩΚΕΛΛΟΣ Ο ΛΕΥΚΑΝΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ

Περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως.

OCELLVS LVCANVS
PHILOSOPHVS
DE VNIVERSI NATVRA.

Textum è Græco in Latinum tranſtulit, collatiſque multis exemplaribus etiam M. SS. emendavit, Paraphraſi, & Commentario illuſtravit

CAROLVS EMMANVEL VIZZANIVS
BONONIENSIS.

PARS PHYSICA.

Ad Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Principem

FRANCISCVM BARBERINVM,
S. R. E. Card. Viceçancellarium.

KONINKL.
BIBLIOTHEEK
'S-GRAVENHAGE.

AMSTELÆDAMI,
Apud JOANNEM BLAEV,
M DC LXI.

367 E4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Eminentissimo & Reverendissimo

PRINCIPI

FRANCISCO

BARBERINO,

S. R. E. CARDINALI

VICECANCELLARIO,

CAROLVS EMMANVEL

VIZZANIVS.

AD Te, FRANCISCE Cardinalis, liberalium studiorum, omnisque doctrinæ cultor, & admirator, meâ OCELLVS evolat pennâ. Tibi addictissimus, amplissimisque devinctus promeritis animus illi natale contulit, Tuæ illi ædes lucem, Tua Bibliothe-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ca ornamenta, Tua tandem authoritas M. SS. conquiſitis exemplaribus, candorem illi præbuere. Quidni igitur, qui Tibi tantum debet, ab eo, qui ſe Tibi omnia debere profitetur, Tuo præclariſſimo nomini offeratur? Ad quem rectius Pythagoræus accedat Philoſophus, quàm ad Te, qui Græcis inſtructus literis humanæ, divinæque ſapientiæ adyta miro ingenii acumine fæliciter penetraſti, & in quo priſcam morum innocentiam liceat venerari? Quem æquius is adeat, qui phyſicæ, politicæque diſciplinæ arcana eruditiſſimè conjunxit, quam Te, cujus robuſta mens ad rempublicam, & ſcientias facta, cum omnes harum partes pari fælicitate impleviſſet, tam eleganter intervalla negotiorum, literarum ſtudio, ſemper occupaſti, ut tantorum onerum mole diſtractus animus huic uni vacare videretur, indeque potens difficillima quæque opera conſilio regere, ſolertia tueri, ac virtute perficere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ficere, dum Eccleſiaſticæ præeſſes ditioni, benignitate ſemper, ac clementiâ imperium temperaſti; & firmior in arduis, ſummo animi vigore, & nobili periculorum patientiâ ancipitis fortunæ tempora, maturâ virtute munitus, ita correxiſti, ut poſthabito principali nobiliſſimæ Familiæ Tuæ faſtigio, pro tuendâ Sedis Apoſtolicæ dignitate, quam VRBANVS VIII. Pontifex ingenio maximus, vitâ optimus, propoſito ſanctiſſimus, ſuo muneri cumulatè ſatisfacturus anxiè ſpectabat, ad ea omnia, quæ Eccleſiaſtica libertas, antiquumvè decus poſtulaſſet, paratus ſemper apparueris. Certè non me fugit haud defuturos, quibus videar temeritatis non facilè abſolvi poſſe; hæc enim (ut de Veſpaſiano Plinius dicebat) quis poſſit intrepidus æſtimare ſubiturus ingenii Tui judicium, præſertim dicato Tibi opere nominatim laceſſitum? Sciant hi tamen mihi potius in votis eſſe, hoc munuſculo, In Præfat. hiſt. nat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

lo, ſceleratum ingrati hominis nomen evitare, quam eruditi gloriam captare, & (ut cum eodem Plinio reſpondeam) Diis molâ ſalſâ eos litare, qui non habent thura, nec ulli fuiſſe vitio, Deos colere, quoquo modo poſſet. Quare Tibi, benigniſſimo Principi, iſtud offerre non pertimeſcam, hoc unum ſupplex orans, ut tenuem grati animi umbram hilari fronte excipias, & credas, illum, qui primos, ideoque jucundiores, nobilioris ſuæ partis, mentis ſcilicet, fœtus Tibi dicavit, omnia æternùm inviolatâ fide præſtiturum obſequia. Vale.

TYPO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

TYPOGRAPHVS LECTORI.

Variantes lectiones in margine unicuique textui placuit adnectere, quas Authoris diligentia, tuo commodo insudantis, collegerat, ut & ego tuæ utilitati aliquid conferrem: quibus ut rectius uti possis, te monendum duxi, Ocellum editum fuisse à Ludovico Nogarola Venetis typis anno 1559. qui licet se priorem illius versionem vulgasse crediderit, antea Latinè tantum Ocellus, Gulielmo Christiano interprete, prodierat Lugduni 1541. impressit ipsum denuo Comelinus anno 1596. additis in calce variis quibusdam lectionibus ex Lovanienſi codice depromptis, aliisque quorum nomina non recensuit. Heidelbergæ pariter impressum fuisse anno 1595, monet in Bibliotheca Philosophica Paulus Bolduanus; nescio an Comelini codicem expressurus. Nogarolæ, & Comelini codicem vidit author, ac præterea M. SS. codices Vaticanæ Bibliothecæ duos, alterum antiquiorem, alterum à V. C. Aloysio Lollino Episcopo, Sanctiss. VRBANO VIII. Pontif. Opt. Max. testamento legatum, singularique tanti Principis munificentia eidem Bibliothecæ donatum: & præterea M. S. alterum è Musæo V. C. Thomæ Bartholini Dani, quem doctissimus ille vir cum Authore benignissimè communicavit. His collatis textum emendavit, indeque additis, demptisve, ubi par erat, articulis, variantes præterea excepit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

lectiones, quas, ut, è quo forent excerptæ codice, nosses, has notas addidi.

V. denotat codicem antiquiorem Vaticanæ Bibliothecæ.

v. codicem Lollini.

VV. utrumque Vaticanæ Bibliothecæ codicem.

B. codicem M. S. Bartholini.

C. codicem Comelini.

N. codicem Nogarolæ, cujus frequentior penes auctorem cum fuerit usus, si ab eo quandoque recedendum duxit, addidi exempli gratia, im. ex VV. & B. expressurus lectionem immutatam juxta Vaticanæ Bibliothecæ & Bartholini M. SS. exemplaria.

L. codicem Lovanienſem, & al. alios codices, quos viderat Comelinus, exprimit.

Hæc volebam, Lector, te scire. Vale.

CARO-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

CAROLI EMMANVELIS VIZZANII IN OCELLVM PROLEGOMENA.

Eneroſo Pythagoræi decreto illos, qui Philoſophicis contemplationibus dimiſſis aliud vitæ genus forent amplexati, quam miſerrime mortuos dixere, ac deploranda iiſdem cenotaphia extruxere. Ne horridam acerbi hujuſce funeris memoriam humanæ magiſtra Sapientiæ Peripatetica ſchola in me miſerrimo renovaret exemplo pertimui: in illius ſcilicet ſacris laribus certiſſimam ſedem, nedum tribus impletis luſtris mihi delegeram, intermiſſis Iuriſprudentiæ ſtudiis, in cujus caſtris per triennium militaveram: ibique aſſiduè cum reſediſſem, quæ inter ſecreta otia didiceram, ad publica commoda translaturus, meorum laborum primitiis patriæ oblatis, in celeberrima Patavina Academia vigeſimo ſecundo ætatis anno Peripatetica placita publice edocui, hoc mihi jucundiſſimum munus ibidem plures annos feliciſſimo labore proſequutus. Ab illa tamen tranquilla ſede, quam ſibi tutiſſimum veluti portum futuri mens ignara deſtinarat, novi me eventus expulere, & ad diſſimillimum vitæ genus circumſlantibus undique agitatum procellis, meam quamlibet curam fatis vincentibus, prævalido traxerunt impetu: avitas enim facultates, quas ſolers avorum amor ſcriptis tabulis poſteris deſtinarat, nedum familiæ meæ decus videbatur expoſcere, nam

Origen. l. 1. contra Celſ. & Clem. A. lex. lib. 5. ſtromat. Cenotaphium apud Pythagoreos Philoſophiam deſerentibus.

Occaſio ſcribendi.

ὁ μὲν πλεῖστ' ἀρεταῖς
δεδαιδαλμένος
φέρει τῶν τε καὶ τῶν

Pindarus Olym. od. 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

καιρὸν, βαθεῖαν ὑπέχων
μέριμναν, ἀγχοτέραν,
ἀστὴρ ἀρίζηλος, ἀλαθινὸν
ἀνδρὶ φέγγος.

Divitiarum utilitas.

(divitiæ virtutibus ornatæ afferunt horum, atque illorum opportunitatem, profundam sustinentes solicitudinem, indagatricem, quæ divitiæ sunt stella præfulgida, verum homini lumen,) *verum etiam easdem perfecta, cujus parens est Philosophia, exigebat felicitas, quæ illarum vivido destituta præsidio languescit, nam verè quidem ἐφ' ὅσον διατείνει ἡ θεωρία, καὶ ἡ εὐδαιμονία, καὶ οἷς μᾶλλον ὑπάρχει τὸ θεωρεῖν, καὶ εὐδαιμονεῖν, ἀ κατὰ συμβεβηκὸς, ἀλλὰ κατὰ τὴν θεωρίαν,* (quousque protenditur contemplatio, eousque etiam felicitas sese extendit: & quibuscunque magis inest contemplatio, iis magis quoque inesse felicitatem constat,) *præterea tamen δεήσει καὶ τῶν ἐκτὸς εὐημερίας ἀνθρώπῳ ἔνλι. ἀ γὰρ αὐτάρκης ἡ φύσις πρὸς τὸ θεωρεῖν. ἀλλὰ δὴ καὶ τὸ σῶμα ὑγιαίνειν, καὶ τροφὴν, καὶ τὴν λοιπὴν θεραπείαν ὑπάρχειν,* (opus erit & externa prosperitate homini nato. non enim ad contemplandum natura ex sese sufficit, sed oportet ut & corpus valeat, & alimentum, & cætera obsequia suppetant) ethic. 10. c. 8. & 9. *has tamen ad externos delapsas immani litium furore tantum repetere licebat, quæ vel ipsis Erynnibus sæviores præsentem deposcunt actorem, ut ambiguo in dies vultu novo mœrore gravius fatigent, vel quam maxime lubrica spe vehementius torqueant. Acribus tamen quibusvis stimulis animum meum exploret fortuna; sanctum semper Philosophiæ nomen, ac præcipuus ejusdem cultus ipsi inhærebit, nec quantalibet ingruentium malorum mole opprimetur: irruantque teterrimæ litium colluvies, ab ea nunquam distrahent, meusque semper animus vel tenuem* Philosophiæ supellectilem

Necessitas Philosophantibus.

Cic. de fin. bon. & mal. l. ult.

pluris *æstimabit*, quam possessiones reliquorum. *hanc igitur si non publicè profiteri, privatim saltem prosequi decrevi, ut animus molestiis hac potissimum relevaretur, quæ semper* adhortabitur,

Sen. ep. 8.

ut Deo libenter pareamus, & fortunæ contumaciter resistamus: *ac publica hujus constantissimæ voluntatis præterea edere testimo-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

teſtimonia, opportunum duxi, ut atrocem cenotaphii pœnam vivens evitarem. Meos accerſere ſudores primus omnium videbatur Ariſtoteles, cui meliorem ætatis meæ partem privatis, publiciſque ſtudiis conſecraram; ſed innumeri ejuſdem eruditiſſimi commentatores ab hoc me deterruere propoſito infauſta Thamyris fata timentem, qui cum Muſis de harmonia olim contendere temerario auſu improvidè tentarat: inde ſcilicet qui mihi cenotaphia conſtrui pertimeſcebam, laboribus meis vera ſepulchra erecta, haud dubie aſpexiſſem. Vnus ideò præ cæteris mea vota occupavit antiquiſſimus ac ſapientiſſimus ſcriptor Ocellus Lucanus, qui ferè primus vel ipſa univerſi præcordia attingere fauſto auſu cum potuiſſet,

Thamyris caſus.

Dio Chryſoſt. orat. 13. de fuga.

Ocelli encomiū.

——— atque latentes
Naturæ varias reddere cauſas.

Boët. de conſol li. 1. metr. 2.

licet infra Peripateticam excellentiam collocatus, majorem tamen ea, quam ſibi enaſcentis Philoſophiæ majeſtas contulerat, auctoritate admirationem merebatur, & huic ſecluſo omni diſcrimine plenum addidiſſe commentarium licebat; miſeros enim ullos caſus præclara Ludovici Nogarolæ virtus, qui ipſum jamdiu notis illuſtraverat, non minabatur: iis namque breviter appoſitis aliorum potius diffuſa ſtudia invitabat, novoque commentatori Vir Clariſſimus ſplendidiſſimam facem humaniſſimè præferebat. non vulgaribus auctorem hunc, cujus antea perexilis penes me fuerat cognitio, olim mihi commendarat encomiis Doctiſſimus Vir Gulielmus Sohier nobilis Gallobelga, cujus virtutes fortunæ iniquitate deliteſcunt, idemque ad hoc arduum opus me primus invitarat, mecum etiam Venetæ editionis communicato exemplari: Peripateticæ pariter diſciplinæ inde utilitatis quidpiam acceſſurum videbatur, dum plurima penes Ariſtotelem occurrant dogmata, uberrimo proventu in Peripatum translata, quod idem Platonem ſæpe præſtitiſſe ſequentibus commentariis apparebit: idque profecto Italicæ gloriæ nec leve erit argumentum, dum ſapientiæ principes, Itali Philoſophi dogmata tanta veneratione fuerint proſequuti, quod ea in ſuos libros transferre ſibi glorioſum, poſteris utile ſapientiſſimè duxerint. Alacri igitur animo nobilem

Nogarolæ in Ocellum notæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

hanc ſuſcipere provinciam decrevi, in qua vel ipſe conatus, licet felici ſucceſſu deſtitueretur, laudabilis videbatur, ideoque iis, quas retuli, rationibus excitus; me urgente præterea fortaſſe Ocelli fato, qui principum mundi partium diſſidia cum recenſeat, ab opifice litibus involuto ſua ſemper præſidia expoſcit: cum & ipſum Comellinum nobilibus typis illum jam fere præ inopia exemplarium pereuntem vulgaſſe ſciamus eo tempore, quo acribus litium premebatur diſſidiis.

Ex ejus epiſt. ad Caſaubonum.

Ocelli verſio qualis.

Ocelli hoc inſigne de natura Vniverſi opuſculum exacta, & ferè verbum verbo reddendo occupata verſione, ut arcana auctoris ſenſa unicuique Græci idiomatis ignaro ſuo marte depromere liceret, in Latinam linguam volui transferre, ac ut eos amœnior paulò revocaret dictio, quos nimis horrida illa expoſitionis ratio expellebat, paraphraſim addidi, inſuperque varia quapiam eruditione conſperſum commentarium adjicere conſtitui, ut lectoris animus Philoſophica gravitate defatigatus pauliſper idemtidem recrearetur; quæ ſingula priuſquam fideli opera exequar, nonnulla tecum (mi lector) præfari utile futurum duxi, ut his prolegomenis inſtructus ſuaviores, unaque utiliores meos labores experireris. in his autem eam non amplecti methodum, quam præſcripſit & obſervavit Averroës, piaculi inſtar futurum ſum arbitratus, dum illi prænobile commentatoris nomen unaminis Sapientum contulerit aſſenſus, ideoque ab eo inſtitutam in commentariis normam ad amuſſim ſervandam certiſſimè ſuaſerit: id enim quod unaquaque qualitate maximè inſignitur, eam aliis conferre videtur, met. 2. t. 4. *Expoſiturus autem ipſe Ariſtotelis libros de phyſica auſcultatione, ſummo ſtudio inquirendum primo docebat libri propoſitum, ejuſdem inde utilitatem, ordinem, diviſionem, proportionem, viam doctrinæ, nomen libri, ac tandem nomen auctoris; quorum capitum plura ex iis quæ primo textu monet auctor cum apertè innoteſcant, breviſſimè ea hic explicabuntur uberiùs ſuo loco declaranda, ne diutius à delibandis præſtantiſſimis Ocelli placitis lector arceatur, eoque magis quod auctoris, & operis antiquitas, unaque ejuſdem in hoc libello dictio Attica, quam Doricam*

In probl. phyſ.

Averrois methodus in exponendis auctoribus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cam in fragmento quodam ejuſdem auctoris, quod in operis calce collocavi, obſervo, arduam excitent difficultatem, quam in his prolegomenis ſolvere operæ pretium eſſe, unuſquiſque affirmabit.

Ocelli in hoc opere propoſitum.

Si igitur auctoris propoſitum inquiratur, non alius quiſpiam, quàm Ocellus ipſe teſtis accerſendus, qui naturam Vniverſi contemplationibus ſuis ſibi proponit illuſtrandam, tum ſi operis inſcriptionem, cum etiam ſi capitis primi textum primum lubeat ſpectare, unaque ſibi acri examine perpendenda aſſumit ea ſingula, quæ ætate illa balbutiens adhuc Philoſophia (ut Ariſtotelis vocibus met. 1. 50. *utar) contemplabatur: generationem ſcilicet Vniverſi, quæ inter prima enaſcentis Philoſophiæ quæſita enumerabatur,* met. 1. ſum. 1. c. ult. *ac præterea effectricem cauſam, & materiam, quæ veterum perpaucis ignotæ fuerunt,* ib. ſum. 2. c. 1. & 2. *ipſaque præterea elementa, quæ Pythagoræ notiſſima fuere,* ibid. ſum. 2. c. 3. *eorumdem ſimul qualitatibus, & mutationibus diligentiſſimè recenſitis, ſolerti ſtudio ſpeculatur; ut facilis inde Academicis, Peripateticiſque philoſophandi ratio præpararetur; quod quam fæliciter contigerit ut appareat, horumque inde dogmatum utilitas meliùs refulgeat, quæ tantos imitatores ſortiri potuerunt, quæcunque Platonis, Ariſtoteliſque placita hiſce conſona videram, ubique attexere non inutile lectori, nec injucundum ratus, dogmatis veritatem tam gravi Sapientum conſenſu ſemper volui munire.*

Plat. & Ariſt. auctoritate Ocelli dicta confirmata.

Prædictis, quæ naturæ ſpeculatrix Ocelli mens dictarat, ea adhæret pars, quam Politicam inſcribendam duxi, ſive quia ad civilem vitam ea quam maximè conferant, quæ ibi de humano ortu piè ſimul, ac eruditè præſcribuntur, vel quia licet ad ethicas contemplationes ea transferenda quiſpiam arbitretur, dum pietatem, temperantiam, aliaſque ethicas virtutes auctor ibi ſevero expoſcat conſilio, nemini tamen ignotum, quod & de his, ut dicitur eth. 1. c. 1. *pertractat μέθοδος πολιτική τις ἔσα,* (methodus quæ civilis quædam eſt) *& in ea humanam auctor naturam contemplatur, uti tamen naturæ nomen certos quoſdam ad hominis ortum progreſſus expreſſiſſe conſuevit* 2. phyſ. 14. *quod ſolerti ſanè ſtudio ab eo erat præſtandum, qui Vniverſi natu-*

Cur 2. pars libri Politica dicatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

naturam exactè describere exoptabat; si enim hominem respicias,

Sen. de benef. lib. 6. c 23. inter maxima rerum suarum natura nihil habet, quo magis glorietur, aut certe cui glorietur.

Operis utilitas. *Hinc verò utilitas hujus operis maxima apparet, si eam, quam liber complectitur, materiem observemus, quamnam scilicet Philosopho digniorem partem eligat vir sapiens, quàm eam, quæ universum, ejusque partes, & harum munia elegantissima methodo*

Cic de nat. Deorum l. 2. *speculetur:* sunt enim è terra homines non ut incolæ atque habitatores, sed quasi spectatores superarum rerum atque cælestium, quarum spectaculum ad nullum aliud genus animantium pertinet: *& ut ait Seneca,* tunc naturæ rerum gratias ago,

Nat. q. l. 1 cum illam non ab hac parte video, quæ publica est, sed cum secretiora ejus intravi: *quæ ubi præclaro attigeremus labore, quis, & eam expetendam Philosophiæ partem dubitet, quæ civilia ingeniosè promovere contendit,* θεσθήκη γὰρ ἐστι τῶν τοῦ κύρου ἁπάντων ἀνημμένης Φύσεως ἡ τῆς δήμους πολιτεία. (est enim rerum

Philo Iud. De Ioseph. naturæ auctarium civilis administratio, qua utuntur populi.)

Divisio & ordo. *Eximium hoc opus in partem Physicam, ac Politicam nova sectione divisi, ut minori labore ad eam partem, quam proprius genius exposcebat, unusquisque se conferret, ideoque diminuto Lectoris labore in publica commoda minus peccarem. Partium verò ordinis, ac divisionis tradendæ uberrimam occasionem primo textu præbente, eam ibi brevissima veluti operis synopsi depictam exhibebo.*

Proportio. *Proportio in hoc opere nulla quærenda; si hæc enim in absoluto opere exigatur, eam partium series primo textu hic tradita monstrabit; at si eam quis inquirat, quam liber cum aliis similibus exercet, è quibus inde perfectum scientiæ cujusdam corpus coalescit, ea hinc excluditur, dum alteri partem operi hoc non conferat opusculum, uti sanè ab Averroë expositus Physicorum liber præstabat, qui naturalis scientiæ ab Aristotele conscriptæ principem partem constituebat.*

Via doctrinæ. *Viam doctrinæ textu primo cap. 1. proponit auctor, cum sua dogmata, & naturæ operibus inspectis, & maturo adhibito ratiocinio*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ratiocinio se confirmasse profiteatur, quam unicam verum decere Philosophum ibi *tradita confirmabunt.*

Nomen libri.

Ocellus librum inscripsit περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως, *quod de Vniversi natura, seu generatione possis interpretari; quorum utrumque sensum si placeat sectari, acuta semper latere singularis eruditionis argumenta, inscriptionem ipsam* TEXT. 1. *exponens, indicabo.*

Nomen auctoris.

Nomen auctoris supereſt explicandum, quod hisce prolegomenis occasionem præcipue præbuit, cum id opus Ocello Lucano omnes adscribant Philosophi, imo ipsa veritas: sed hanc non levis tentet obruere dubitatio, illique tenebras offundere vel ipsa temporis videatur antiquitas, quod hucusque veritatis parens creditum novercali ipsam odio in hoc opere prosequi videtur. Ocellum scilicet Lucanum scimus librum de legibus conscripsisse ab Archyta & Platone maximè æstimatum: hujus perfectissimi operis minimum fragmentum exhibet Stobæus in eglogis physicis, sub ejusdem Ocelli nomine, quod in fine Politicæ partis materiæ affinitate percitus locavi, ut grave Stobæi testimonium non perfunctoriè, sed summo studio veteris monumenta sapientiæ semper lustrantis, illud ab Ocello prodiisse dubitare non sinat: & tamen Dorico idiomate videmus conscriptum, cujus nec minima in hoc opere conspiciuntur vestigia: ideoque non leviter de hujus operis, de natura Vniversi auctore dubitare necessarium videatur, eoque magis quod Ocellum Lucanum Pythagoræum fuisse nemini sit dubium, & huic sectæ Doricam phrasim vel ex ipsius Pythagoræ præcepto familiarem fuisse, quæ veterum supersunt Pythagoræorum scripta apertè demonstrent: quare sive alterum Ocelli opus, sive idioma Pythagoræis commune (ut pariter observavit Nogarola in suis ad T. 1. *notis) sive quædam hujus operis loca à nobis mox observanda, quæ Stobæus refert pariter Doricè conscripta, spectemus, an verè Ocellus Lucanus aureum hoc, quod nunc prodit, opus conscripserit, jure quemcumque suspicari continget. Hinc tamen certa potius, quibus illi operi fides conciliatur, cum erumpant argumenta, inutile non erit paulo altius repetito principio, ac iis, quæ vel Nogarolæ monitu, vel meo studio licuit comperire, gravium scripto-*

Ocelli de legibus fragmentum. L. 1. c. 16.

Dorice videtur scripsisse Ocellus.

Hoc opus de natura Vniversi Ocello conscriptum fuisse probatur.

* * *

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſcriptorum congeſtis teſtimoniis, legitimum hunc eſſe Ocelli Lucani antiquiſſimi è Pythagoræa ſchola ſcriptoris. qui Platonem, Ariſtotelemque duo præcipua Philoſophiæ lumina præceſſerit, fœtum oſtendere, validiori, quod tamen hujuſmodi permittat materies ratiocinio; ut enim eth. 1. c. 1. *monebat Ariſtoteles* πεπαιδεύμένον ἐστὶν ἐπὶ τοσοῦτον ἀκριβὲς ἐπιζητεῖν καθ' ἕκαστον γένος, ἐφ' ὅσον ἡ τοῦ πράγματος φύσις ἐπιδέχεται. ὥσπερ γὰρ φαίνεται μαθηματικοῦ τε πιθανολογοῦντος ἀποδέχεσθαι, καὶ ῥητορικὸν ἀποδείξεις ἀπαιτεῖν. (eſt eruditi catenus exactam in unoquoque genere explicationem requirere, quatenus pati rei ipſius natura poteſt. nam & mathematicum ſuaſionibus utentem approbare: & ab oratore demonſtrationes exigere ſimile vitium videtur.) *idemque* met. 2. t. ult. *addebat* τὴν ἀκριβολογίαν τὴν μαθηματικὴν οὐκ ἐν ἅπασιν ἀπαιτητέον, (certitudinem mathematicam non oportet in cunctis quærere.) *Ocellum igitur Lucanum inter Pythagoræ diſcipulos enumeratum Lucianus in ſuo de errato in ſalutatione libello prodidit, licet* ὀκελλον *nuncupet, ait enim,* ὁ μέν τοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν ἠξίωσεν, ὅσον Ὠκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἑμιλητοῖς αὐτοῦ τεκμαίρεσθαι, &c. (Divinus quidem Pythagoras, tametſi nullam bonis reliquit litteram, ut ex Ocello Lucano, & Archyta, aliisque ejus diſcipulis licet conjicere.)

Gravium auctorum de Ocello teſtimonia.

Lucianus.

Eundem imo prænobilem in ea ſchola ſibi locum vindicaſſe, videtur docuiſſe Iamblichus in vita Pythagoræ c. 36. *qui cum celeberrimos tantummodo illius ſcholæ Philoſophos recenſeret, quoslibet ſub generis, vel patriæ claſſe collocandos dicebat.*

Λευκανοὶ, ὄκελλος καὶ ὄκυλος ἀδελφοί. Ορεσάνδρος, Κέραμβος, Δαρδανεὺς, Μαλίας. (Lucani Ocellus & Ocylus fratres. Oreſander, Cerambus, Dardaneus, Malias,) *tradidit quoque (ſi priſcis tamen ſcriptoribus mihi recentiores addere permittitur) Caſpar Barthius* Adverſ. lib. 54. c. 9. *quo loci Ocelli ſententiam de mutationibus ab eo traditam in hoc opere* cap. 1. text. 3. *cum recenſeret, auctoris ita meminit:*

Iamblichus.

Barthius.

Ocellus autem Lucanus, cujus libellus Pythagoræorum ſcito-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſcitorum quædam concinnatio eſt, duas mutationes habere omnia, quæ naſcuntur, tradit, &c.

Eundem præterea Platonem, ideoque pariter Ariſtotelem ætate præceſſiſſe, ut facile eorum quilibet ex ejuſdem operibus elegantia dogmata haurire potuerit, in Archytæ vita Laërtius ſuaſiſſe videtur, dum hanc Archytæ ad Platonem epiſtolam inſeruit, in qua licet Nogarola Ὀυκέλλῳ (Vcello) *legerit, diligentiſſimus tamen Laërtii interpres, qui collatis codicibus ipſum emendavit Thomas Aldobrandinus, (cujus textum, & verſionem in hac, & ſequenti epiſtola ſequar)* ὀκέλλῳ *legit, ea ſic ſe habet:*

Ἀρχύτας Πλάτωνι ὑγιαίνειν.

Καλῶς ποιεῖς ὅτι ἀποπέφυγας ἐκ τᾶς ἀῤῥωστίας. ταῦτα γὰ αὐτός τε ἐπέταλκας, καίτοι καὶ Δαμίσκον ἀπάγγελλον. καὶ ἃ τ ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λυκανὼς, καὶ ἐνετύχομες τᾶις Ὀκέλλω ἐκγόνοις. τὰ μὰν ὦν καὶ νόμω καὶ βασιλήας, καὶ ὁσιότατος, καὶ τᾶς τ πάντων γενέσιος, αὐτοί τε ἔχομες καί τινα ἀπεστάλκαμες, τὰ δ᾽ λοιπὰ ἔτι νῦν γε δύνατα εὑρεθῆμεν. ἀιδέκα εὑρεθῇ ἥξῃ τι. Archytas.

Archytas Platoni valere.

Rectè facis, quod ex valetudine emerſiſti; hoc enim, & ipſe ſcripſiſti, & Damiſcus nuntiavit. De commentariis autem ſuſcepimus negotium, & ad Lucanos venimus, & cum Ocelli filiis congreſſi ſumus. ac de legibus quidem, & regno, & pietate, & omnium rerum ortu ipſique habemus, & quædam miſimus. reliqua verò nunc quidem inveniri non potuerunt, & ſi unquam reperta fuerint, ad te deferantur. *addidit pariter* ibid. *Laërtius Platonis epiſtolam, qua huic reſpondit Ocelli encomiis hujuſmodi refertam.*

Πλάτων Ἀρχύτᾳ εὐπράττειν.

Τὰ μὰν ὑπὸ σᾶ ἐλθόντα ὑπομνήματα θαυμαστῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ ἕ χαίροντος αὐτὰ ἠγάσθημεν ὡς ἔνι μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἀξιος ἐκείνων τ παλαιῶν γενόμενον, &c. Plato.

Plato Archytæ rectè agere.

Quæ à te profecta ſunt commentaria, mirum in modum libenter accepimus, eorumque ſcriptorem quam maximè admirati

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mirati ſumus, viſuſque eſt nobis vir majoribus illis antiquis dignus,*&c. quam reſpiciens epiſtolam ingeniorum Phœnix Ioannes Picus Mirandulanus, nobili Ocellum elogio in* lib. 1. *contra Aſtrologos ita decoravit.*

Ioannes Picus.

Cur & Ocellus idem Leucanus in libro de mundo : teſtimonio etiam ipſe Platonis in Philoſophia eminentiſſimus. *illudque idem Franciſcus Patritius in diſquiſition. Peripat. paſſim teſtatus eſt, dum pleraque Ocelli loca recenſeret, è quibus vel invito Ocello Peripatetica dogmata extorqueret, ibi quinimo* lib. 7. *Ocellum memorat ætate Hippocratem præceſſiſſe, & Pythagoram audiſſe, è quibus certè teſtimoniis & librum de legibus, & elegans hoc præterea, quod modò exponemus de Vniverſi natura opuſculum ab Ocello fuiſſe conſcriptum abundè confirmatur.*

Franciſcus Patritius.

Hoc verò quod præ manibus habemus de natura Vniverſi opuſculum, illud idem eſſe quod Ocellum conſcripſiſſe modò innotuit, nedum gravium confirmat virorum auctoritas, qui id agnovere.

Caſpar ſiquidem Barthius Ocelli nec ſine elogio, cum plerumque meminiſſet, ſcilicet Adverſar. lib. 1. c. 8. & 15. lib. 7. c. 2. lib. 19. c. 16. lib. 23. c. 10. & lib. 56. c. 1. *retulit* lib. 20. c. ult. *locum Ocelli ex* cap. ult. text. 9. & lib. 42. c. 1. *cum attuliſſet locum* cap. ult. text. 3. & 4. *hujus operis de natura Vniverſi addidit;* Dubitant nonnulli de libelli ejus ingenuitate, non conſideratè ſatis, ut ego perſuaſus ſum. nam & brevitas, & gravitas illi ſæculo reſpondet, ut de rebus, & ſermone nunc nihil dicam. ipſa etiam prima verba σεμνὸν illud ævi virtuti devotioris retinet, τὰ δὲ συνέγραψεν Ὤκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τῆς παντὸς φύσεως. Hæc autem conſcripſit Ocellus Lucanus de natura Vniverſi; *quomodo & in libello Timæi ejuſdem inſcriptionis Ioannes Meurſius in ſuis notis in epiſt. Beſſarionis Cardinalis ad pædagogum filiorum Thomæ Palæologi ait:*

Barthius.

Meurſius.

Ecce autem Lector, quantum Græcia illa vetus mutaverit, & in quam barbariem devenerit. venit hic mihi in mentem oraculum illud Ocelli Lucani de natura Vniverſi c. 3. πολλάκις γάρ, &c. ut cap. 3. text. 4.

Daniel

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Daniel Sennertus pariter in epit. ſcient. natur. l. 2. c. 1. *hujus operis locum legitimum veluti Ocelli fœtum retulit; dixit enim* Ocellus librum ſuum de rebus naturalibus, περὶ τῆς Παντὸς inſcripſit, & de his appellationibus ſcribit τὸ δέγε ὅλον, &c. ut c. 1. t. 6. Sennertus.

Præterea tamen in eo contenta dogmata ejuſdem auctorem Ocellum Lucanum ſatis oſtendunt: nam Vniverſi æternitas primo c. expreſſa, & cap. 3. excluſis quodammodo difficultatibus confirmata, Ocellum quidem in libro de Vniverſi natura auctorem accerſit. id Philo Iudæus in libro de mundo ita teſtatur:

Ἔνιοι δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τὸ δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ τῶν Πυθαγορείων τινὰς. ἐγὼ δὲ τὸν Ὠκέλλου συγγράμματα λαβὼν ἐπιγεγραμμένα περὶ τῆς Παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν. cæterum ſunt, qui tradant opinionis hujus non Ariſtotelem primum auctorem, ſed Pythagoræos quoſdam fuiſſe. at mihi Ocelli genere Lucani inſcriptus de Vniverſi natura commentarius oblatus eſt, in quo quidem mundum eſſe ingenitum, & nunquam interiturum, non ſolum protulit, verum etiam exquiſitiſſimis rationibus comprobavit. Philo Iudæus.

Confirmat pariter Cenſorinus de die natali cap. 2. *quo loci dicebat:* Sed prior illa ſententia, qua ſemper humanum genus fuiſſe creditur, auctores habet Pythagoram Samium, & Ocellum Lucanum, & Archytam Tarentinum. Cenſorinus.

Quem ibi de noſtro Ocello loquutum fuiſſe conſenſit Aldus Manucius Pauli filius in ſuis ad illum locum notis, dicens: Manucius.

Ocellum Lucanum (cujus extat liber περὶ τᾶς Παντὸς φύσεως. malè alias Cereium, vel Coceium Lucanum. *& diſertè probavit Theodorus Canterus* var. lect. lib. 1. c. 17. *qui correxit Syrianum Ariſtotelis interpretem* lib. 13. *metaph. legentem* Ἔκελλος *non* Ὄκελλος, *ut pariter legitur in codice Cenſorini edito Pariſiis* 1583. *à Lud. Carrione, & Lovanii* 1628. *ab E. Puteano, & pariter ab Henrico Lindenborgio in ſua editione facta Hamburgi* 1614. *qui in ſuis notis profeſſus eſt Cenſorinum reſpexiſſe ad Ocelli verba, quæ hic habentur* cap. 3. t. 3. *Elementa* Canterus. Lindenborgius.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cap. 2. *enumerata, cælique virtus in hæc inferiora ibi eruditissimè tradita Ocellum quoque auctorem agnoscunt. Sextus enim Empiricus, dum veterum variantes de rerum principiis sententias recenseret*, adv. Mathem. lib. 9. cap. ult. *dicebat:* Ἐκ πέντε δὲ Ὄκελλος ὁ Λευκανὸς καὶ Ἀριστοτέλης. συμπαρέλαβον γὰρ τοῖς τέτταρσι στοιχείοις τὸ πέμπτον, καὶ κυκλοφορητικὸν σῶμα, ἐξ οὗ λέγουσιν εἶναι τὰ ἄστρα. ex quinque autem Ocellus Lucanus, & Aristoteles. simul enim cum quatuor elementis assumpserunt quintum corpus, quod movetur in orbem, ex quo dicunt esse cælestia.)

Sextus Empiricus.

Picolomineus.

Quod idem de primis qualitatibus ab Ocello ibid. *enumeratis Franciscus Picolomineus primus olim in hac Patavina Academia Philosophus* in 2. de gen. t. 6. *ita proferebat:* Aristoteles non profitetur se inventorem numeri primarum qualitatum: nam Ocellus Pythagoræus, & Hippocrates his frequenter sunt usi, at non patefecerunt quare tot, & tales essent.

Stobæus.

De cæteris tandem in hoc opusculo contentis quis dubitet? si enim primum respiciamus caput, textum ejusdem ultimum: si secundum caput, textum sextum, si tertium caput postremam textus quartipartem, & textum quintum ac sextum, iisdem servatis vocibus, immutata licet dialecto adamussim veluti Ocelli dogmata describit Stobæus egl. phys. lib. 1. cap. 24. *si verò postremo tradita capite contemplemur, à Pythagoræa schola ea fere singula prodiisse ex Iamblicho in parte politica à* textu 8. *ad finem usque observabimus, quem Ocelli opera inspexisse, cujus tam nobili meminit testimonio, nemini dubium. Nec quempiam turbari contingat, quod, & de lege fragmentum, eosque ulterius, quos retulit Stobæus textus iisdem quidem omnino vocibus, at diversa, Dorica scilicet dialecto, videat expressos: hinc enim nulla operi demenda fides, quod ipsa dogmata suo abundè vindicent auctori. Id certè asserendum crediderim Ocellum Dorica dialecto suum opus conscripsisse, tum quia Pythagoræos quoslibet illi studuisse comperio, quos legerim, si tamen de antiquis sit sermo: tum quia id Pythagoræ suadeant instituta, qui semper Græcorum idiomatum Doricum maximè voluit sectari, tum antiquius, cum etiam præstan-*

Hoc opus Atticè an Doricè fuerit conscriptum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

præstantius illud semper arbitratus teste Iamblicho: indeque tenui, ac facili immutatione Ocelli opera ad Atticam traducta dialectum, ut scilicet celeberrima dogmata illâ exprimerentur dialecto, quam maximè familiarem Græciæ ejusdem elegantia constituerat, eo ferè pacto, quo Lusitano idiomate ab eruditis viris conscripta opera in Castellanam, amœniorem veluti dictionem transferri haud raro conspicimus exemplo. De vita Pyth. c. 34.

His igitur expletis, quæ Commentatoris grave præscribebat judicium, doctissimum hoc opus ab Ocello, quem Italicæ Philosophiæ fulgentissimum jubar dixerim:

——— quia talia nobis Lucr. l. 5.
Pectore parta suo, quæsitaque præmia liquit.

commentariis illustrare aggredior, in quibus mentem auctoris inquirere constanti cum sanciverim proposito, hoc uno præ oculis semper habito cætera minimo cultu prosequar, varietate rerum Philosophica gravitate parumper delinita, ut inde lector excitatus mentis aciem acrius defigat, prænobiliaque Ocelli placita fortius attingat: & quia barbaris vocibus, quas recentiorum plerique proprias veluti Philosophicæ scientiæ adscripsere, non lucem, sed tenebras in hac tradenda disciplina affundi semper observavi: has non omnino Philosophicis construendis operibus necessarias credidi; sed inauditis hisce vocibus tunc tantum utendum cum monuerit Cicero, ubi in rebus inusitatis versemur, & Latinæ forte deficiant: ideo quotiescunque facilis, tradendisque disciplinis apta permisit eloquutio, eas fugiendas duxi; ne exponendi Ocelli gratia effictus commentarius novo expositore diceretur indigere: conscribendis tamen scientiarum præceptis ineptam hinc quispiam à me λεξιθηρίαν (phaleratarum vocum aucupium,) non expectet, eam enim potius sophistam, quam Philosophum decere, quem res, non verba congruum est inquirere, monebat Xenophon. gratos imo eloquii ornatus Philosophicam gravitatem non exigere, Romanæ innuit pater eloquentiæ, cum ait à Philosopho si afferat eloquentiam, non aspernor: si non habeat, non admodum flagitem. *nec me quispiam damnet, quod frequentibus Aristotelis,* Acad. q. lib. 1. De fin bon. & mal. lib. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſtotelis, aliorumque eruditorum uſus fuerim teſtimoniis, ac ſi ſuppreſſo nomine ſat fuiſſet erudita eorum monita recenſere: ingenuo ſcilicet animi candore ea, quæ aliorum erant inventa, ſuis auctoribus adſcribere, ſemper æquum eſſe credidi, eorumque ideo ſemper nomina prætexui. eſt enim benignum, & plenum ingenui pudoris, fateri per quos profeceris. *nec mihi vitio detur recentiorum plerorumque placita ac dicta eo in opere me retuliſſe, in quo plurima vetuſtiſſimorum ſcriptorum monumenta collocabantur.* ego enim ſum ex his, qui miror antiquos, non tamen, ut quidam, temporum noſtrorum ingenia deſpicio.

Plin. hiſt. nat. in præfat.

Plin. lib. 2. epiſt. 21.

Hæc pauca tecum volui, mi Lector præfari. nunc ad Ocellum ſi lubet accede, in quo ſcias me unicuique ingenio pro virili parte conſulere tentaſſe. Si enim Græca ſapis, textu tantum Græco variis etiam lectionibus locupletato utere: ſin ea ignores, ad verbum verſionem ad frontem illius ubique locatam invenies. quod ſi tibi inſuavis hæc & duris nimium legibus efformata non arrideat, Paraphraſim habes auctoris mentem liberiori quidem, at amœniori, & faciliori ſtylo explicantem: indeque ſi reconditi auctoris ſenſus, eruditaque myſteria tibi occurrant, nulla in legendo commentario per te fiat temporis jactura. at ſi te adhuc iſta lateant, meis laboribus utere, quos ut omni ſecluſo livore evolvas, non deprecor: tanti non ſunt enim hi commentarii, ut Ἐπιφυόμενον τοῖς ὑπερεάλλουσι φθόνον, (invidiam, quæ ſummis rebus adnaſcitur,) *queant excitare. Si meliora ignores, hos tibi jucundos futuros ſpero; at ſi potiora eruditi vires ingenii (quod facillimè continget) tibi dictent, ea ut in lucem proferas obſecro, ut inde major gloria Ocello, ac Philoſophiæ ſtudioſis utilitas conferatur: & dum* mea fama in obſcuro ſit, nobilitate, ac magnitudine eorum, qui nomini officient meo, me conſoler.

Hierocl. in carm. Pyth. v. 38.

Livius in proœm. hiſtor.

OCEL-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

OCELLVS LVCANVS
DE NATVRA VNIVERSI.

Operis auctor, ſubjectum, ac methodus exhibentur.

Textus 1.

ΤΑΔΕ συνέγραψεν Ὠκελλος ὁ Λευκανὸς, περὶ τῆς τοῦ παντὸς φύσεως. τὰ μὲν τεκμηρίοις σαφέσι παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐκμαθών· τὰ δ' ἢ δόξῃ, μᾶλλόγῳ τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως ἐφαζόμενος.

HÆC *conſcripſit Ocellus Lucanus de Vniverſi natura. Alia quidem argumentis manifeſtis ab ipſa natura edoctus: alia vero etiam opinione, cum ratione probabile à cogitatione aſſecutus.*

1. v. Ωκελλος. al. Οἰκελος.

PARAPHRASIS.

OCellus Lucanus hæc dogmata de Univerſi natura conſcripſit: quorum alia certiſſimis veluti indiciis à naturæ eduxit operibus, alia vero opinione aſſecutus eſt, id ſemper quod magis probabile videbatur per rationem, ex iis, quæ cogitaverat, eliciens.

COMMENTARIVS.

VNIVERSI *naturam* prænobili ſpeculationum ſerie illuſtraturus Ocellus, eam nobis aperit viam, cujus auſpiciis ſublimia hæc, quæ ſequuntur theoremata, fæliciter potuit attigiſſe: dum illa & certis ex naturæ operibus eductis experimentis, & diligenti ſtudioſæ mentis conſideratione ſe profitetur aſſequutum; quæ ſa-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Vera methodus Philoſophica.

ne vehemens unicuique Auctoris hujus pervolvendi deſiderium facillimè conciliare valeant, dum hoc unico tramite philoſophiam glorioſe attingi poſſe crediderim; qua ſcilicet ratione quis naturalem philoſophum ſe profitebitur, qui naturæ induſtria numquam opera voluit obſervare? vel quomodo philoſophi nomine ſe audebit inſignire, qui ſcientiæ, cujus amorem vel aperte profitetur, neglecta ratione, ſolis deditus experimentis, eorum cauſas contemplari acerrime recuſavit? quarum ope tantummodo ad ſcientiam liceat accedere, dum hac tantum ſapientem potiri contingat.

Manil. aſtron. 1. — *Poſtquam in proprias deduxit ſingula cauſas.*

Horum utrumque ſe præſtitiſſe cum teſtetur Ocellus, è cujus placitis Academica, & Peripatetica emanarunt inventa, ipſum verè philoſophorum encomiis, & imitatione longe digniſſimum congruum erit confiteri, cum ſcilicet omne ferat punctum in philoſophicis, qui experimentorum certiſſimo non deſtitutus præſidio, ad cauſarum contemplationem ſuos diriget labores, & fœlici nexu admiranda naturæ opera diligenti cauſarum inquiſitione connectet. Hæc fuerunt tam nobilis ſcientiæ primordia, dum effectuum admiratione capta, quia rudis adhuc

Philoſophiæ initia.

Manil. ibid. *In ſpeciem converſa operum ratione carebat*,

ad inquirendas eorum cauſas ſciendi cupida mens humana ſe extulit *Phil. teſte met.* 1. *ſum.* 1. *c. ult.* hinc philoſophiæ amor tam fixas in mortalium animis egit radices, dum arcana naturæ opera ſedulo ſtudio recenſita noſtros ita labores allicerent, ut inventis eorum cauſis, non ſecus quam reperto ditiſſimo mentis theſauro delectaremur. Vnde à pleriſque obſervatam methodum, qua à ſenſibilibus ſemper abſtrahendo, philoſophicas percurrere ſemitas conſueverunt, recentiorum odia non miror excitaſſe, dum amœniſſima florentis ſcientiæ viridaria ita areſcere compulerit, ut ſuo horrore ſpectatores expellant, & quæ elegantiſſimos fructus intellectui polli-

Vnde recentiorum odia in philoſ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pollicebantur, inanes tantum formas videantur exhibere. Hoc quidem me valde sollicitat, quod Peripateticam hoc nomine plerosque scholam odisse conspiciam, ac si experimentis, & naturæ operum observationibus infensa, circa abstracta tantum gestiat versari; & quæ Græcorum lepidissimus Comicorum in Socratem effingebat, non minus falsis nunc in Aristotelem jactentur commentis; atqui à veritate hæc prorsus abhorrere convitia, & ubique à philosopho, ac Peripateticorum præstantissimis observata methodus ostentat, qui summa industria, ac sedulo labore ea, quæ humanam latere natura voluerat notitiam, inquirentes, ac fælici invenientes conatu, nihil antiquius Peripateticis ostenderunt, quam naturæ opera solerter rimari, præstantique causarum contemplatione illustrare: certe hoc ipsum aperte convincit naturalis philosophiæ objectum, quod à sensibili materia non esse immune ubique testatur Aristoteles. Familiarem igitur hanc Peripateticis methodum, ac vero philosopho maxime opportunam cum servasse hic se profiteatur Ocellus, eam pariter, & in hujus operis expositione sectari conabor, & ea, quæ ipse hic docebit, observatis naturæ operibus, & veterum philosophorum placitis, aperire, solerti causarum indagatione munire, poeticisque floribus, amœnæ eruditionis condimentis, & ingeniosis recentiorum inventis materiæ delinita gravitate, antiquissimum philosophum, & qui revera Platonis, & Aristotelis Philosophicas semitas monstravit, novissimo exornatum cultu exhibere curabo. Hic quisnam sit, quid doceat, & qua methodo traditam adeptus fuerit doctrinam, in hoc primo textu elegantissime proponit; se scilicet Ocellum Lucanum, philosophum nuncupat, quem Italum genere, & Pythagoræum fuisse inde apparet, ut etiam mox ostendimus. Operis vero subjectum præstantius certe non contingit exoptare: hic enim Vniversi naturam generoso perscrutatur labore, ut audaci fere conatu ultra quam par

Aristoph. in Nebul.

Peripateticus quo modo procedat.

met. 6. t. 2.

Methodus servanda in hisce commentariis.

Operis auctor. Subjectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

eſſet mortalis progreſſa videatur potentia, quæ Vniverſum brevi verborum ambitu complecti tentavit, ſed

Manil. Aſtron. 4.

——— Quid mirum noſcere mundum,
Si poſſunt homines, quibus eſt & mundus in ipſis?
Exemplumque Dei quiſque eſt in imagine parva.

Ad eam igitur ſingula nec dubio feruntur greſſu dogmata hiſce quatuor modo explicandis comprehenſa capitibus, in quorum primo Vniverſi æternitas: in ſecundo elementa, eorum principia, paſſiones, & mutationes, nec non cauſa ortus effectiva, cælum ſcilicet, diligenti perpenduntur examine: in tertio illæ, quibus prædicta premuntur, ſolvuntur difficultates: ac in poſtremo quanam ratione hominum ortus ritè ſuccedat, acutiſſimè diſſeritur. Quam autem rectè in libello contenta ejuſdem inſcriptioni hæc ipſa reſpondeant, facilè licebit inferre, dum Vniverſi natura propoſita explicanda, ipſum ratione ſui in primo capite conſideretur, de illo, f. tale agitando quæſitum, quod primo loco philoſophanti cuilibet occurrat, vt enim dicebat Plato, dum mundi pariter naturam in Timæo perſcrutaretur. σκεπτέον ἂν δὴ περὶ αὐτοῦ πρῶτον, ὑπὲρ ὁτουοῦν καὶ παντὸς ἐν ἀρχῇ δεῖν σκοπεῖν, πότερον ἦν ἀεὶ γενέσεως ἀρχὴν ἔχων ἀδεμίαν, ἢ γέγονεν, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἀρξάμενος. (*Conſiderandum igitur de ipſo primum, quod quidem ſupponitur de vnoquoq; ab initio opus eſſe ſpeculari, vtrum nullum habuerit ſui ortus principium, vel factus fuerit, à principio aliquo deducens exordium.*) Cuius occaſione quæſiti pleraque, è qubus Vniverſi perfectio apertiſſimè eluceſcat, quam ingenioſiſſimè explicantur. In ſecundo verò cap. Vniverſi quoque rite naturam intuetur, dum ad illius conſtitutionem natiua quadam neceſſitate requiſitæ partes nobis dilucide aſſignanur, elementa ſcilicet, ac cælum ipſum; eoque magis, quodhæc non peculiaris ratione naturæ, ſed quatenus Vniverſum immutabili quodam ordine reſpiciunt, noſtra modo exercent ingenia. hoc vero elementis, & cælo munus adſcri-

Synopſis in eo contentorum.

Quodnam quæſitum primo ſemper explicandum.

Elementa, & cælum Vniverſi partes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

adſcribendum, quod Vniverſi partes ſtatuantur, conſenſit Peripatus, dum illius Princeps 1. *cæli t.* 5. quintum adeſſe corpus præter elementa edocturus, hujuſmodi entia voce μορίων κατ' εἶδος (*partium ſecundum ſpeciem*) in ordine ad Vniverſum voluit expreſſiſſe: eidem quoque inſeruit operi tertium caput, in quo nonnullæ excluduntur difficultates, quas abunde in ſecundo cap. traditæ elementorum mutationes excitaverant, unde ſtatuta in primo cap. Vniverſi æternitas videbatur everti. imperfecta quinimo de Vniverſo quis Ocelli dogmata negaret, ſi primarum illius partium meminiſſe inepta recuſaſſet negligentia, hic, ubi ipſum quatenus eſt etiam τὸ ὅλον (*totum*) ut *t.* 5. contemplari profitetur? ſic enim eas pariter conſiderare oportebat, quia ὅλον λέγεται, ᾧ μηδὲν ἄπεστι μέρος, ἐξ ὧν λέγεται τὸ ὅλον φύσει (*totum dicitur, cujus partium nulla abeſt, è quibus natura dicitur totum*) *met.* 5. *t.* 5. Nec incongrue quartum addidit caput (ſi tamen illud hujus operis, & non alterius cujuſpiam eorum particulam aſſeramus, quæ hunc eumdem auctorem conſcripſiſſe prodidit Architas) in quo nobilior Vniverſi pars, ſi ſaltem inferiora intueamur, homo ſcilicet,

Totum quid.

Hominis præſtantia.

Cui ratio, & magnæ cæleſtia ſemina mentis
Munere ſunt conceſſa Deûm: mortalibus alti
Quantum cælicolæ, tantumdem animalibus iſti
Præcellunt cunctis, tribuit namque ipſa minores
Hos terris natura Deos.

Sil. Ital. bell. Pun. lib. 15.

exhibetur; non ratione quidem ſui, ſed ad univerſi conſervationem omnes ſuos dirigit conatus; dum ibi de humana generatione diſſeratur, politice quidem magis, quam phyſice: ſic enim longe potiori modo inde Vniverſi emanat perfectio, ac in quibuſlibet naturæ operibus expetita conſervatio, quam unicam in ortu, & educatione hominis ſe reſpicere Ocellus ibi profitetur: unde variarum connexio eluceſcit ſpeculationum, quæ hic profunda eruditione congeſtæ ſoli-

Connexio partium hujus operis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

da Peripateticæ doctrinæ fundamenta conſtituerunt. Quod ſi nomine φύσεως in textus limine collocato generationem expreſſam velimus affirmare, ut affirmandum ſuaſit Architas, dum inter opera Ocelli de Vniverſi ortu, non vero de Vniverſi natura recenſuit opuſculum; hic pariter monuit eruditiſſimus Nogarola: ac primæva dictat nominis φύσεως ſignificatio, per quam ortus, & ad naturam per ortum proceſſus indicantur 2. *Phyſ.* 14. & 5. *met. t.* 5. ſicque librum de Vniverſi generatione inſcribendum placeat ſtatuere, pulchrior etiam nobis hujus operis ſeries occurret. Vel enim Vniverſi ortum ratione ſui, vel ratione partium ipſius intuemur. Primum præſtat auctor *cap.* 1. quo loci an Vniverſum genitum ſit, vel æternum perquirit. Alterum cætera exhibent capita, dum hujuſmodi partium mutuus ortus, ac ad perfectam mixti conſtitutionem, ſive ſub materiæ, ſeu ſub effectricis cauſæ accedant ratione, concurſus in 2. *cap.* acutiſſime declaretur: excluſiſque in 3. *cap.* dubitationibus inde, ut dicebatur, emergentibus (non ſat enim eſt veritatem edocere, ni cæ ulterius, quæ inſurgunt valide opprimantur difficultates *met.* 3.*t.*2.) perfectioris mixti, hominis ſcilicet generatio in poſtremo capite exacta methodo conſideratur, ut tamen ipſa ad Vniverſi bonum, perfectionem, ac ejus inferiorum partium regimen recto rationis ducitur impulſu. Et hinc omnino corruet quod, quis facile potuiſſet obiicere, hic ſcilicet pleraque omiſſa, quæ diligentis philoſophi ſpeculatio videbatur exigere; qualia forte fuerint, quæ in ſuo de Vniverſi natura opuſculo Timæus Locrus edocuit, ex eoque in Timæum tranſtulit Plato: & quæ in libris de cælo tradidit Philoſophus, in quibus pariter περὶ τοῦ παντὸς φύσεως (*de Vniverſi natura*) *l.* 1. *t.* 4. ſe agere profitetur; ille enim nedum Vniverſi naturam, at etiam animam aſſumpſerat conſiderandam, dum opus inſcripſit περὶ ψυχᾶς κόσμῳ καὶ φύσιος (*De anima mundi, & natura*) hic Vniverſi partes, ac conditiones voluit indi-

φύσις generationem ſignificat. *Laert. in Architas.*

Difficultas, & ejus ſolutio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

indicare, ideoque librum non de Vniverſo, ſed de cælo potius inſcripſit : at Ocellus ſolam ſibi propoſuit Vniverſi inquirendam generationem, &, ſi naturam explicare contendit, Vniverſum tantummodo, ac ea, quæ in ipſo præcipuæ veluti partes clauduntur, nec ratione ſui, at quatenus ipſum reſpiciunt, contemplari inſtituit.

Has vero de Vniverſo ſpeculationes ſe duplici methodo aſſequutum profitetur, aſſidua ſcilicet naturalium obſervatione, unde manifeſta deduxerit τεκμήρια, & ulterius ex iis, quæ rationabili cogitatione perpendebat, ea, quæ magis probabilia videbantur δόξῃ eliciens; unde obſervandum hic alia ab Auctore, ut neceſſaria, alia vero veluti probabilia exhiberi. Prima ſunt, quæ è naturæ operibus certiſſimis veluti argumentis deprehendit, ut denotat vox τεκμήριον, quæ proprie neceſſarium ſignum exprimit. Ariſtoteles enim *rhet. p. c. 2.* dum de ſignis diſſereret, ajebat: τούτων ὧν τὸ μὲν ἀναγκαῖον τεκμήριον (*horum quod quidem neceſſarium, eſt* τεκμήριον) Alia vero ſunt, quæ vigili comperta ſtudio, ut veritati magis conſona auctori placuit eligere, & hæc ad δόξαν rejicit, utpote ad eam, cujus peculiare ſit munus probabilia attingere: ubi animadvertendum, quod licet δόξαν pro actu mentis, per quem concluſionem contemplatur, hic accipiendum putarit Nogarola, cum tamen hic videatur pro intellectus opere conſtitui, cujus ope probabilia aſſequatur, ab Ocello proprie aſſumi arbitror, prout ſcilicet exprimit intellectus habitum ſcientiæ contradiſtinctum, qui circa ea verſetur (ut terminis ſcholarum utar) quæ aliter poſſunt ſe habere, & dicitur opinio, juxta dogmata Philoſophi *eth. 6. c. 3.* quo loci ſex habitus, quibus exornatur intellectus cum recenſeret, intellectum, ſapientiam, ſcientiam, prudentiam, artem, & opinionem, de quibus *ibid. & ſeqq. c.* hoc inter illos diſcrimen ſtatuebat, quod huic non repugnaret falſitas, cujus omnino incapaces cæteras docebat, quæ tantum ad neceſſaria dirigebantur. In eo verò ſenſu vo-

Methodus ab Ocello ſervata.

τεκμήριον quid.

δόξα quid.

Habitus intellectus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſu vocem δόξαν ab Ocello acceptam mihi ſuadet hujuſmodi ſignificatio apud Pythagoræos nominis δόξα familiaris, in quorum ſchola cum educatus fuerit Ocellus, veriſimile eſt eum ipſorum terminos in differendo uſurpaſſe, quantumvis dogmata non ſectaretur omnino; quod ut veritati conſonum appareat, ne parumper ad elegantem, circa principia Pythagoræorum tædeat digredi ſententiam, è qua ſola traditæ certiſſimum veritatis argumentum valet prodire. Adnotandum igitur Pythagoram numeros entium primordia ſtatuiſſe: id vero qua potiſſimum ratione contingeret traditurus ille, numeri naturam denarium eſſe docuit, eo quod in numero ultra denarium progredi non liceat, denarii vero vim in quaternione aſſeruit conſtitutam; ſi enim quaternario unitatem, dualitatem, & ternarium in eo contentos placeat connectere, jam denarius emanabit. cum igitur, Plutarcho teſte, unitatum ratione in denario veram numeri quantitatem collocaret, quæ quoque in denario refulgebat, ſi tamen facultates ſpectaremus, quod prima pariter entia mathematica ſuadebant, dum unitatis vicem gerebat punctum, cui, indiviſibile cum ſit, rite adaptabitur: dualitatis partes deferebat linea, quam duobus terminis ſcimus incluſam: ternarii vere munia ſubibat prima figurarum, nempe triangulus, ac tandem quaternarii vices ſupplebat primum corpus, videlicet pyramidale, ut obſervavit Hierocles; omnia ideo Pythagoras ex denario aſſeruit conſtitui, cuncta numerorum imitatione entia eſſe conjiciens, ut dicitur *met.* 1. *t.* 6. quod pariter Plato ſecutus idcirco ex unius idea, longitudine, ac latitudine, & profunditate prima animal, & reliqua entia docuit prodire apud Ariſt. 1. *de an.* 26. eodemque percitus dogmate, animam quoque noſtram (ut ex iiſdem colligere licet auctoribus) quaternario, ideoque denario numero credidit conſtitutam, dum in ea intellectum agnovit, ſcientiam, opinionem, & ſenſum, quorum primus unita-

Opinio quid apud Pythagoræos.

Numeri quomodo rerum principia. Denarius numeri natura.

De plac. phil. lib. 1.

In aur. carm. Pyth. con. 47.

Anima quomodo ex quaternario.

tis

tis vicem gereret, vel quia, quæ percipit, velut quid unum consuevit comprehendere, prout scilicet è pluribus particularibus experimentis universale efformat axioma, quod scientiæ est principium *post. 2. t. ult. & 1. met. c. 1.* vel quia ad principia tantummodo fertur *eth. 6. c. 6.* scientia dualitatis rationem subit, cum à principiis, & causis ad conclusionem ita feratur, ut alteram contradictionis partem determinate attingat *post. 1. c. 24. & seqq.* Opinio vero ternarium perfectissime exhibeat, quia mens à principiis per opinionem, ad conclusionis notitiam ita deducitur, quod alteri contradictionis parti inconcusso non adhæreat assensu, sed semper alterius partis formidine prematur *ibid. c. eod.* sensus tandem exacte quaternario respondebat, ratione objecti, cum corpora tantum prosequatur, quæ è quaternario videntur educta. cum igitur opinioni ternarium Pythagoras adscripserit, solo probabilitatis intuitu, eamque nomine δόξας prædictis in locis videamus expressam, quis eam ab Ocello Pythagoræo accipi pro assensu intellectus probabilia considerantis audeat negare? eoque magis, quod hanc esse Ocelli sententiam libentius crediderim, quod non quibuslibet suæ mentis cogitationibus se adhæsisse profitetur, at iis tantummodo, quæ probabilioribus innixæ fundamentis inter eas prodierant. Suas igitur ad Vniversum celebres cum dirigat Ocellus contemplationes, ea proponendo, quæ & illustribus naturæ operibus, & probabili ductus conjectura observavit, demonstrativam necessitatem in singulis hujus operis partibus non expetendam meminerit lector, quod si auctoris mentem alicubi nostris commentariis non exacte inveniet expressam (quod plerumque certe continget) at tantum probabilibus delineatam conjecturis, eas blando contempletur animo, memor hanc methodum in illius expositione auctoris non dedecere, qui per eam se profeciisse quam modestissime profitetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Prima ratio, qua Vniverſi infertur æternitas ab Auctore.

Textus 2.

Δοκεῖ γὰρ μοι τὸ πᾶν ἀνόλεθρον εἶναι καὶ ἀγένητον. ἀεί τε γὰρ ἦν, καὶ ἔσται. εἰ γὰρ ἔγγρονον, οὐκ ἂν ἔτι ἦν. ὅτως ἂν ἀγένητον τὸ πᾶν καὶ ἀνώλεθρον. 1. ἔστε γὰρ εἰ γενόμενόν τις αὐτὸ δοξάζοι, εὕροιτο ἂν εἰς ὃ φθαρήσ, καὶ ἀπολυθείη. ἐξ οὗ. 2. γὰρ γέγονεν, ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντός ἐστιν. εἰς ὅτε πάλιν φθαρήσε), ἐκεῖνο πρῶτον τοῦ παντὸς ἔσται, τὸ γε δὲ. 3. πᾶν γινόμενον σὺν πᾶσι γίνε), καὶ τὸ φθειρόμενον σὺν πᾶσι φθερεῖ), καὶ τοῦτο γε. 4. ἀδύνατον. ἄναρχον ἄρα καὶ ἀτελεύτητον τὸ πᾶν. ἐμοὶ ἄλλως ἔχει. 5. ἢ ὅτως.

1. vv. ἀνώλεθρόν τε καὶ ἀγένητον τὸ πᾶν.

2. vv. & Lou. ἐξ ὅτε καὶ γέγονεν.

3. v. δὲ γε.

4. n. γε δὲ immut. ex v.

5. n. ἔχει. im. ex c.

VIdetur mihi Vniverſum interitu, & ortu carere, ſemper enim fuit, & erit; ſi enim in tempore, non adhuc eſſet. ſic igitur ingenitum univerſum, & incorruptibile, neque enim, ſi quis factum ipſum opinetur, inveniet in quid corrumpatur, & diſſolvatur. ex quo enim factum eſt, illud prius Vniverſo eſt. in quodque rurſus corrumpetur, illud poſterius Vniverſo erit. Vniverſum vero cum omnibus fit, & dum corrumpitur, cum omnibus corrumpetur. hoc autem impoſſibile. ſine principio igitur, & ſine fine Vniverſum. non igitur aliter ſe habet, quam ſic.

PARAPHRASIS.

VNiverſum ſane ortus expers, ac interitus eſt ſtatuendum, quia ſemper fuit, ac ſemper erit. ſi enim in tempore conditum fuiſſe quis aſſerat, jam certe aliquando interitu premetur. ideoque ſatius erit ipſum ingenitum dicere, ac incorruptibile; non licet enim oſtendere è quanam prodierit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

dierit materia, hæc enim præceſſiſſet Vniverſum, ideoque ipſum totum non fuiſſet productum; & pari ratione ſi interiret, in aliquam diſſolveretur materiam, quæ eo corrupto permaneret, ideoque amplius Vniverſum interiiſſe non liceret aſſerere; ut enim Vniverſum fiat, omnes ſimul partes fieri, ac ut intereat omnes partes interire oportet; quod fieri cum nequeat, ortu, ac interitu Vniverſum carere dicendum erit.

COMMENTARIVS.

PRima ſui erroris, quo æternitatem Vniverſo adſcribere contendit, Ocellus hic conſtituit fundamenta, quæ in hujus operis limine vigili collocanda ſtudio, ac ſolerti luſtranda examine, ne principii petitione *pr.* 2. *c.* 18. damnata, validiſſimo veluti concuſſa cuniculo miſerrime corruant. videtur ſcilicet Auctor in hoc contextu eidem poſitioni, principii, ac concluſionis munia tribuere, nec aliunde æternum inferre Vniverſum, quam quia ortus æque ac interitus expers cenſeatur, quæ duo in idem coincidere, cum nos moneat Phil. 1. *cæli* 125. jam idem probari per idem pleroſque continget aſſerere. Auctoris igitur propoſitio, ut hæc eviteutur abſurda, ab ingenioſa ejuſdem probatione acuta contemplatione ſejungenda; & obſervandum, hic primo ſuam de Vniverſi æternitate (quam *hoc c. t. ult.* prorſus evertemus) Ocellum referre ſententiam, eamque diligenter, novam veluti ac cæterorum placitis philoſophorum repugnantem, primo explicare, ac inde valida munire ratione, cujus exordium ibi οὐδὲ γὰρ (*neque enim*) Tunc novum hoc dogma dixi, quia & poſteriori ignotum ætati comperio, dum eruditiſſimum de

Difficultas, & ejus ſolutio.

Auctoris mens in hoc textu.

Mundus apud antiquos genitus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cœlo conſcribens opus Ariſtoteles, nondum forte conſpecto hoc Ocelli opuſculo, è quo inde plura fæliciſſime deſumpſit *lib.* 1. *t.* 102. omnes mundum genitum dixerit aſſeruiſſe. Perobſcura ſane utraque textus pars, at longe majori luce prior videtur indigere. Vniverſum in ipſa interitus ſtatuit expers, & ortus, ideoque æternum; quia ſemper fuiſſe, ac ſemper futurum arbitratur, è quibus ſane ortus rei excluditur ac interitus, cum ille ex traditis *phyſ.* 5. *t.* 7. à non eſſe ad eſſe, hic vero ex oppoſito ab eſſe ad non eſſe tranſitum penes philoſophos conſueverit expreſſiſſe. cum tamen ſubdit, quod ſi ἔγχρονον (*in tempore*) ſtatuatur, in poſterum non erit: Cimmerias video tenebras inſurgere, ideoque lucem à veteri cenſeo expoſcendam philoſophia. Genitum veteres aſſerebant Vniverſum, eorum tamen plerique non putabant interitui obnoxium *d. t.* 102. inter quos ſane Pythagoras apud Plutarchum. idem de cœlo aſſerebat Timæus *ibid. t.* 109. hoc dogma crediderim Ocellum reſpexiſſe, atque idcirco dixiſſe ab Vniverſo, ſi ipſum interitu carere aſſeramus, excludenda pariter eſſe primordia: quia ſi genitum affirmemus, interitui certe ſubjicietur, ut *ibid. ſeqq. text.* probat philoſophus, ideoque & ortu, & interitu ipſum immune ſtatuendum arbitrari. idque voce ἔγχρονον expreſſiſſe reor, quia juxta veterum dogmata, Vniverſum, ſi conditum aſſeramus, in tempore quoque genitum affirmare oportebit, dum & tempus æternum omnes ſtatuiſſe obſervet Philoſophus 8. *phyſ.* 10. uno excepto Platone, quem Ocello poſteriorem oſtendimus. Sic vero ſua propoſita ſententia, ſimulque declarata, eam pluribus munire contendit rationibus; earumque prima, quam hic acutiſſime effingit, talis profecto videtur. Si Vniverſum ortui, ac interitui eſt obnoxium, ex aliquo certe prodiit, quod ipſum Vniverſum præceſſit, & in aliquid pariter reſolvetur, quod erit Vniverſo poſterius, ut mox abunde declarabitur. id vero à recta arbitratur ratione abhorrere

Ortus, & interitus quid.

De Vniverſo veterum ſententiæ.

2. *de plac. phil. c.* 4.

Tempus æternum veteres opinabantur.

Ocelli ratio prima pro Vniverſi æternitate.

Ocellus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Ocellus, ex eo, quod si Universum dicatur progigni, singulas insimul, quæ illi insunt, partes produci oportebit, si enim secus contingeret, non jam genitum foret Vniversum, at tantummodo ex præexistentibus illis partibus non Vniversum, sed reliquæ Vniversi partes prodiissent: quod si singulæ cum Vniverso producuntur partes, jam nulla præexistit; cujus contrarium mox supponebatur, ac verum esse mox certis firmabitur argumentis. eademque de Vniversi interitu vigebit ratio. si enim ipsum interire statuamus, singulæ ipsius peribunt partes, alias non Vniversi, at quarumdam tantum partium contigisset interitus; ideoque cum quid anterius, & quid posterius, à quo gignatur, & in quod resolvatur Vniversum, assignare videatur impossibile, satius erit ortum ab ipso excludere, ac interitum. Longe vero certissimum, si naturæ jura placeat intueri, illud videbitur principium, quod si quid præesse oporteat, si Vniversum sit progignendum, dum valida quavis naturæ facultate, ex non ente ens nequeat educi, ideoque commune philosophantium fuisse placitum doceat Arist. 1. *phys.* 34. ex nihilo nil fieri, idemque *met.* 11. *sum.* 2. *c.* 4. confirmet, indeque hæc potissimum veritas eluceſcit, quod vix aliquid factum audimus, quod naturali illico quopiam perciti impulsu, ex quonam factum fuerit, inquirimus; unde Epicuri studia lepida traxere primordia; ille siquidem adolescens adhuc, attente Grammaticum hæc sibi Hesiodi carmina cum audiret explicantem:

Ens non fit ex non ente.

Epicurus qua ratione philosophus *in Theogon.*

Ἦ τοι μὲν πρώτιστα Χάος γένετ', αὐτὰρ ἔπειτα
Γαῖ' εὐρύστερνος, πάντων ἕδος ——

(*Primo quidem Chaos factum est, at deinde Terra latum habens pectus, omnium sedes*) à quonam tale prodiisset Chaos, si exortum fuisse ibi asserebatur, ingeniosissimè interrogavit. quo eleganti perculsum quæsito Grammaticum, hæc docere non sui muneris esse, at eorum, qui philosophi nuncuparentur,

Sext. Empir. adv. Mathem. lib. 9. c. de loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cum audiſſet reſpondentem; ad eos ſibi Epicurus acute intulit accedendum, dimiſſoque Grammatico, celeri greſſu ad philoſophiæ ſtudia ſe conferens, eorum tanto correptus eſt amore, ut ſedulo perquirendis opere naturæ arcanis omnino intentus, è vilibus tantummodo telluris, ac fontium muneribus ignobilia ſuo corpori miniſtrarit alimenta, ut avidum ſciendi animum nobili melius ſpeculationum ubertate recrearet. unde Juvenalis dicebat:

Diog. Laert. in ejus vita.

Sat. 4.

Epicuri victus.

——————————— edam,
In quantum ſitis, atque fames, & frigora poſcunt,
Quantum, Epicure, tibi parvis ſuffecit in hortis.

Ut vero naturæ conſonum eſt, omnia ex aliquo ente prodire, in ens pariter cuncta reſolvi immutabili ejuſdem ſancitum decreto, ideoque dogmaticorum omnium commune placitum aſſerebat Empiricus omnia ex aliquo ente progigni, & in aliquod pariter ens, dum intereant, reſolvi, quod quanam potiſſimum ratione contingat, *phyſ. p.* 15. late monuit Ariſtoteles impreſſa hic ab Ocello *cap.* 2. ſequutus veſtigia, quibus pariter inhæſiſſe videtur Lucretius, cum cecinit:

Pyrhon. hypot. l. 3. c. 17.

rer. nat. 1.

Nil igitur fieri de nilo poſſe fatendum eſt,
Semine quando opus eſt rebus, quo quæque creatæ
Aëris in teneras poſſint proferrier auras.

Text. 3.

Mutationes, quibus premuntur ea, quæ oriuntur, hic recenſentur.

1. v. δε.

Πᾶνπ. 1. τὸ γενέσεως ἀρχὴν εἰληφὸς, καὶ ἀλύσεως ὀφεῖλον κοινωνῆσαι. 2. δύο ἐπιδέχεται μεταβολὰς, μίαν μὲν τὴν ἀπὸ ἧττον ἐπὶ τὸ μεῖζον, καὶ τὴν ἀπὸ ἧττον χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. καλεῖται δὲ τὸ μὲν ἀφ' ἧττον ἄν. 3. ἄρξηται

Quidquid generationis principium accepit, & diſſolutionis debet eſſe particeps duabus afficitur mutationibus, quarum eſt una quidem à minori ad majus, & à deteriori ad melius. vocatur vero id quidem

2. v. deſunt hæc duo verba.

3. vv. & c. ἀπὸ.

ξητω μεταβάλλῃ, γένεσις, τὸ δὲ εἰς ὃ ἀφικνεῖται, ἀκμὴ. δευτέραν δὲ τὴν ἀπὸ τοῦ μείζονος ἐπὶ τὸ μεῖον, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. τόδε συμπέρασμα τῆς μεταβολῆς ταύτης ὀνομάζεται φθορὰ, καὶ διάλυσις.

dem à quo incipit mutari, generatio: id vero ad quod pervenit, vigor. altera autem à majori ad minus, & à meliori ad deterius. & terminus talis mutationis dicitur corruptio, & dissolutio.

PARAPHRASIS.

QVidquid genitum est, ideoque interitui obnoxium, duabus premitur mutationibus, per quarum unam à minori ad majus, & à deteriori progreditur ad melius, & hujus principium generatio, ac terminus est rei ipsius vigor; per aliam vero ex opposito à majori ad minus, & à meliori vergit ad deterius; ac hujusmodi terminus mutationis est ipsius rei interitus, & dissolutio.

COMMENTARIVS.

VNiversum in præcedenti contextu inde Ocellus intulit æternum, quod excogitabile non foret principium, è quo quis ipsum affirmaret prodiisse, idem nunc aliis firmandum cum ducat rationibus, alteram ex eo potissimum desumpsit, quod iis Vniversum non prematur mutationibus, nec subjaceat conditionibus, quas in genitis ipsis frequenti exemplo contingere videmus. has ideo in hoc textu ingeniose recenset, ac simul explicat, ut inde in sequenti textu statuendæ rationis certissima consurgant principia. Nos igitur monet Auctor entia quælibet, quæ ortum sortita communi naturæ lege interitui sunt obnoxia, duabus necessario mutationibus affici,

Textus cum præced. connexio.

Entium genitorum mutationes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

fici, per quarum unam cum à non esse ferantur ad esse, à minori ad majus, & à deteriori ad melius fælici ducuntur sorte: hujusque mutationis exordium, rei ortus dicitur, ac terminus ἀκμὴ, qui rei vigorem, ac perfectum statum, ejusque florem exprimit. per alteram vero è perfecta hac conditione cum ad non esse præcipiti ferantur occasu, à meliori ad deterius, & à majori ad minus, infælix quidam erit transitus, cujus terminus ipsius entis erit interitus. medium vero illum statum, quem hic ingeniose ἀκμὴν nuncupavit Ocellus, eleganter nobis descripsit Timæus Locrus in suo de mundi anima opusculo, quod nobilia Platonicæ philosophiæ præbuit incrementa, ibi enim cum acute contemplaretur, vivido quotiescunque vegetantis animæ robore major alimenti copia in viventis immutetur substantiam, quam nativi vorax caloris ardor consumpserit, vivens augeri, ut late profitetur philos. 1. *de ortu* 41. dicebat ὃ καὶ εἴκα πλείω τὰς ἀπορρεούσας ἐπέρδοιτο, αὔξη λέγεται. εἴκα δὲ μείω φθίσις. ἀδὴ ἀκμὰ μεσαίτατον τετέων ἐστὶ, καὶ ἐν ἰσότητι ἀπορροᾶς καὶ ἐπιῤῥοᾶς νοέεται, (*quod & si plus adveniat, quam defluxerit, auctio dicitur; sin vero minus, corruptio. Vigor autem medius harum terminus est, & æqualitate defluxionis & influxionis intelligitur*) hæc autem perfectæ, ac imperfectæ conditionis, incrementi, & decrementi per ἀκμὴν connexio in naturali tantum mutatione perenni nobis apparet eventu; in ea siquidem apto veluti quodam incremento per gradus proportionaliter ad τὴν ἀκμὴν ascendimus, unde pari decrementi ratione ad interitum vergimus. hujus perspicuum nobis humana vita præbet exemplum, in qua à tenera ætate paulatim contracto vigore lento gradu ad ætatis robur progredimur, quod ubi nec longo decursu sensim imminui contigerit, jam siccitas supervenit, consequitur inde nativi caloris imminutio, quæ lente quantumvis succedat, ni violentia morborum occurrat, revera tamen nativus calor ad eum statum paulatim vergit, ut à minima

Ortus, vigor, & interitus in genitis.

In motu naturali.

In humana vita.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ma quavis alteratione extrinsecus accedente dissipetur, misserrimeque simul extinguatur. quas fugaces ætatis nostræ vicissitudines, mediæ quoque illius, quam ἀκμὴν diximus, conditionis non immemor Ovidius, sic elegantissime describebat: Metam. 15.

Editus in lucem jacuit sine viribus infans
Mox quadrupes, rituque tulit sua membra ferarum,
Paulatimque tremens, & nondum poplite firmo
Constitit, adjutisque aliquo conamine nervis
Inde valens veloxque fuit, spatiumque juventæ
Transit, & emeritis medii quoque temporis annis
Labitur occiduæ per iter declive senectæ.

has vero immutabili se consequentes serie incrementi, ac decrementi vices violenta nobis non exhibet mutatio, ab extrinseca scilicet proveniens causa *eth. 3. cap. 1.* momentaneo velut ictu, id omne, quod natura successivo temporis decursu benignissime concessit, sævissime gestit abolere. Hæc autem quæ de ortu, & interitu, hic præscripsit Ocellus ad auctionem quoque, & diminutionem, ac eas alterationes, in quibus successive acquisita qualitas pari fere successione deperditur, licet transferre; cujus oppositum in motu locali gravium apparebit, tam si naturalem, quam si violentum ab invicem disjunctos placeat considerare. in his enim non mobile à quiete, quam in termino à quo sortiebatur recedens, Motus violenti conditio.

Mobilitate viget, viresque acquirit eundo; Virg. Aen. 4.

ita quod ad medium usque spatii vires gradatim illius motus acquirat, quæ inde pari quoque proportione, usque ad terminum in quo quiescet procedendo, omnino deperdantur: at si motus sit naturalis, quo magis mobile recedet à termino à quo, eo velocius semper feretur, ut eo citius nativo sibi loco liceat potiri: si vero sit violentus, ex oppositio, quo magis ad terminum ad quem impellitur, accedit, eo magis acquisitam celeritatem deperdit. prædicta vero inter motum locaNaturalis, & violenti motus natura, & discrimen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Ejuſdem ratio.

lem, & reliquas mutationes ex eo facile emergit diverſitas, quod in cæteris mutationibus, non una tantum aſſumitur, at duæ oppoſitæ connectuntur : hic vero ſeorſim unumquemque motum localem contemplamur ; quod ſi & hos connecteremus per quietem, quæ ut dicitur 8. *phyſ. & ſeqq.* in puncto reflexionis occurrit, non ſecus quam per ἀκμὴν ortum, & interitum, auctionem, & diminutionem acceſſum, & receſſum à qualitate conjungimus, idem profecto in motu locali, quod in cæteris motibus clariſſime appareret. Hujus vero, cujus localis unuſquiſque motus particeps eſt, inæqualitatis rationem (quæ eo inventu difficilior videtur, quo nullum gravitatis gradum, nec ullam entitatem mobili, dum fertur, ſuperaddi conſpicimus, & ab eodem, quatenus idem ſemper provenit idem) è philoſophorum doctrina, ſive naturalem, ſive violentum motum contemplemur, non difficili licebit eruere negotio, ſi non inutili omnino labore, ut illa inquiratur, à textu paulatim libeat digredi. illum quippe ſi contemplemur, quem naturalem ſcholæ nuncuparunt, ſemper intendi, & quo magis ad locum naturalem mobile accedat, eo velocius ferri 8. *phyſ.* 76. cum docuiſſet Philoſophus talis rationem eventus 1. *cæli* 88. in gravitatis rejiciebat incrementum, quæ mobili, dum moveretur, accederet ; accipiendo ſcilicet gravitatem, non ſecundum propriam rationem; hæc quippe in motu nec augetur, nec minuitur, ſed pro gravis corporis operatione, dum ſubeſt motui, in ordine ad media, per quæ motus exercetur ; quam aliud eſſe non inveniemus, quam imminutionem medii reſiſtentiæ, eatenus ſuccedentem, quatenus mobile per motum primæ aëris parti communicatum, efficit, ut ſubſequentis aëris partes minus reſiſtant, imo quodammodo illius motum coadjuvent, ac ſi à tergo mobile ipſum, & ſuccedentes aëris partes impellerent. nam ubi, exempli gratia, lapis ad inferiorem partem nativo motu ferri inceperit, prima aëris pars in medio quieſcens

Cur naturalis motus in fine velocior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſcens illi ſubſtat, quam, propria gravitate quodammodo reſiſtentem violento quaſi ubi lapis moverit impulſu, ipſa jam preſſa ſibi ſubjectam aëris partem quoque premit, ac neceſſario urget, viciſſim pellentibus etiam lapidem adhærentibus aëris partibus, ab eo, dum fertur, agitatis, ſicque in ſecunda aëris parte longe minus mobili cum reſiſtat aër, dum ad hoc illud perveniat jam motum, & ad inferiora à prima aëris parte impulſum, jam velocior in ſecunda parte motus apparebit; ocyori quinimo motu in tertia feretur mobile, quia hęc vehementiori premitur conatu à duabus aëris antecedentibus partibus, quam pellerentur anteriores, ratione ſcilicet majoris molis: ideoque ſemper eadem ſervata proportione æqualia velocitatis incrementa in quarta, quinta, cæteriſque medii partibus, motus ſuſcipiet, quaſi feratur mobile per medium, quod ſimili motu jam in eandem partem (ea, quam mox retulimus, ratione) inclinetur: ideoque licet toto ſpatio, nil gravitatis mobili accedat, illius tamen gravitatis opus majores vires aſſumere, ac augeri dicetur. Si vero de violento motu diſſeramus, ejus velocitatem, quo magis à ſuo diſtat primordio, ſemper imminui, cum obſervaret Ariſt. 8. *phyſ.* 82. hujus quoque eventus rationem in medium rejiciebat; quatenus ſcilicet talis motus ut mobili violentus, cui, contra propriæ appetitum naturæ, extrinſecus communicabatur, omnino ab extraneo, puta projiciente lapidem (ſi de lapidis jactu ſermo contingeret) certiſſime emanabat; dum ſcilicet ab hoc, in ipſo motus initio, nedum lapidi, at longe melius contiguo aëri validus conferretur impulſus; quod inde aër, ratione propriæ naturæ facillime mobile, quodammodo præcurrens lapidem, proximam aëris partem moveret; quæ jam mota ſecundam aëris partem pelleret, ac illa tertiam, & ſic de ſingulis, ita tamen quod ſemper neceſſario cum tenuior vis movendi ſucceſſive partibus imprimatur, quo magis à primo diſtant principio, jam ferri contingat mobile ad aliquam

Cur motus violentus in principio velocior.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

aëris partem, quæ, jam ſenſim per præcedentes partes imminuta facultate motrice, nullam queat impartiri ſubſequenti aëris parti vim movendi, ideoque ſenſim pariter motus velocitas imminuatur, motuſque tandem violentus extinguatur: dictaque de motu gravium pari quoque conſideratione ad levia licet transferre, corpora ſiquidem prout

Lucr. lib. 3. — *Lævissima sunt, ita mobilitata feruntur.*

ſingula vero hæc, à quibus motuum velocitatis incrementa, & decrementa exoriri aſſeruimus elegantiſſime Phil. 3. *cæli* 28. edocebat, ibi enim cum naturalem ac violentum motum foret contemplatus ajebat, πρὸς ἀμφότερα δὲ ὥσπερ ὀργάνῳ χρῆται τῷ ἀέρι. πέφυκε γὰρ ἔστω καὶ κοῦφον εἶναι καὶ βαρύ. τὸ μὲν ἐν ἄνω πιὸν φορὰν ἢ κοῦφον, ὅταν ὠθῇ καὶ λάβῃ τὸν ἐρχὸν ἀπὸ τῆς δυνάμεως· τὸ δὲ κάτω πάλιν ἢ βαρύς ὥσπερ γὰρ ἐναφάψασι, συμβαδίδωσιν ἑκατέρῳ· διὸ καὶ ἐπομένου μὲν τοῦ κινήσαντος φέρεται τὸ βίᾳ κινηθέν. (*ad utrumque autem aëre utitur tamquam instrumento. Natus est enim hic & levis esse, & gravis. Eum igitur, qui sursum est, facit motum, quatenus levis est, cum pulsus fuerit, & sumpserit principium à potentia. Eum vero, qui deorsum rursum quatenus levis est, velut enim admota utrique præbet, & propterea non sequente movente fertur, quod violente movetur.*) Quod ſi quis anxiè nimis hiſce modo inhærens ſpeculationibus, hæc in motus naturalis, ac violenti progreſſu acquiſita, & deperdita velocitas qua proportione ſuccedat, diligenter inquirat, ſagacia quoque refulgebunt juniorum inventa huic quæſito abunde ſatisfactura. docuit ſcilicet P. Bonaventura Cavalerius Mathematicus in Bononien. Archigymnaſio celeberrimus, ac eruditiſſimus profeſſor, in motu naturali velocitatis deſumenda fore incrementa juxta ſeriem numerorum imparium, ab unitate ſcilicet exordia deducendo, eademque ratione in motu violento retrogrado ordine procedendo occurrere decrementa. puta dum grave fertur ad inferiora, ſi primo momento, puta unico arteriæ ictu, unum

In ſpecula uſtor. cap. 39.

ſpatii

ſpatii pertranſeat cubitum, ſecundo momento tria, tertio quinque, quarto ſeptem, quinto novem percurret, ſicque in cæteris proportionaliter: & ex oppoſito grave aſcendens ſi primo momento novem pertranſeat cubitos, ſecundo ſeptem, tertio quinque, quarto tres, quinto unum ita percurret, ut in ſexto momento ad reflexionem, quæ eſt violenti motus terminus, deveniat. quod ingenioſum dogma ibi eruditiſſime confirmatum acutiſſimus quoque confirmavit Galilæus. Quod ſi velimus etiam horum motuum exemplo poſitam hic ab Ocello veritatem declarare, & in his acquiſitum per gradus uſque ad τῷ ἀκμῷ robur pari quoque inde ratione deperditum obſervantes; congrue id fieret, ſi motum gravis alicujus aſſumeremus, quod ubi deſcendiſſet, in termino ad inſtar pilæ luſoriæ repercuteretur, per æqualia ſpatia talis mobilis naturalem, & violentum motum connectentes. ſic enim mobile acquirendo proportionaliter in motu naturali velocitatem, ad punctum reflexionis accederet, quam inde ex eodem reſiliens pari proportione in motu violento ad illud inde ſpatium, unde receſſerat, ubi perveniret, omnino deperdidiſſet. Et hoc pacto triplex hæc in unaquaq; re genita conditio refulgebit, quod primo imperfectum eſſe ſortita ſuæ virtutis ſuſcipiet incrementa, per hæc ad perfectiſſimum ſuæ naturæ robur, & ἀκμῷ perveniat, à quo tamdem ſenſim, ac ſenſim in dies recedendo per continuata ejuſdem decrementa pergat ad interitum, eo fere pacto, quo de humano corde philoſophabatur Ægyptus, quæ ipſum per ſingulos annos augeri, ideoque binas drachmas ponderis ad quinquageſimum annum accedere arbitrabatur, ac tantumdem ab eo inde detrahi æquali temporis decurſu affirmabat, & idcirco ultra centeſimum annum humanam vitam protrahi non poſſe, inani quidem (ut Phlegeton Tralianus, & Lucianus oſtendit) dogmate, monebat. præſcriptam vero in textu veritatem exactiſſime Ocellum imitatus Ariſtotel. 3. *de an.* 59.

In diſcur. Mathem. circa novas de mechan. ſcient. dial. 3.

Plin. nat. hiſt. lib. 11. c. 37.

lib. de Mirabilib. & Longævis in Macrobiis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

iisdem fere terminis expressit, dum ait ἀνάγκη γὰρ τὸ γενόμενον αὔξησιν ἔχειν, καὶ ἀκμὴν καὶ φθίσιν. (*necesse enim est omne genitum auctionem habere & vigorem, & interitum.*) quibus vocibus duplicem hunc progressum, & entis cujuslibet in medio vitæ decursu florem, nobis quam brevissime exhibuit.

Textus 4. Secunda ratio, qua Universi infertur æternitas.

Ἐὰν οὖν καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν γενητόν. 1. ἔστιν καὶ φθαρτόν, γενόμενον ἀπὸ κακίονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μετέβαλλε. 2. καὶ ἀπὸ κακίονος ἐπὶ τὸ βέλτιον. ὥστε καὶ ἀπὸ κακίονος ἐπὶ τὸ κρεῖττον μεταβαλεῖ, καὶ ἀπὸ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον. γενόμενος ἄρα ὁ κόσμος αὔξησιν ἔλαβε καὶ ἀκμὴν, καὶ πάλιν λήψεται φθίσιν καὶ τελευτήν. ἅπασα γὰρ φύσις ἡ ἔχουσα διέξοδον ὅρους ἔχει τρεῖς, καὶ δύο διαστήματα. ὅροι μὲν οὖν εἰσὶ τρεῖς, γένεσις, ἀκμὴ, τελευτή. διαστήματα δέ, τότε ἀπὸ τῆς γενέσεως μέχρι τῆς ἀκμῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τῆς ἀκμῆς μέχρι τῆς τελευτῆς. τὸ δέ γε ὅλον καὶ τὸ πᾶν οὐδὲν ἡμῖν ἐξ αὑτοῦ παρέχεται τεκμήριον τοιοῦτον. ὅτε μὲν γὰρ γενόμενον αὐτὸ εἴδομεν, ὅτε μὲν. 3. ἐπὶ βέλτιον καὶ τὸ χεῖρον μεταβάλλον, ὅτε μέντοι κρεῖττον ἢ κακίονα γενόμενον, ἀλλ' ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως διατελεῖ καὶ ἴσον, καὶ ὅμοιον αὐτὸ ἑαυτῷ.

1. v. θνητόν.

2. vv. μεταβάλλη.

3. N. μὲν. & ubi χεῖρον habet μεῖζον, & è converso invit. ex V V.

SI igitur totum & universum genitum est, ac corruptibile, factum à minori ad majus immutatum est, & à deteriori in melius, quare & à majori ad minus mutabitur, & à meliori ad deterius. factus igitur mundus auctionem suscepit, ac vigorem, & rursus finem assumet, atque corruptionem. omnis enim natura transitum habens terminos habet tres, & duo intervalla. termini quidem sunt tres, ortus, robur, & finis, intervalla vero id quod à generatione usque ad vigorem, & quod à vigore usque ad finem intercedit. totum vero & Universum nullum nobis ex se præbet indicium tale: neque enim umquam factum novimus, neque in melius, vel majus mutari, neque deterius aliquando fieri, sed semper per se ipsum, & similiter permanet, & æquale, ac simile ipsum sibi ipsi.

PA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

TOtum igitur ac Vniverſum ſi genitum fuiſſe, ac interiturum ſtatuamus, ubi certe progenitum fuit, à minori ad majus, & à deteriori ad melius pertranſiit, ac idcirco à majori ad minus, & à meliori ferretur ad deterius. Quare ſi mundus fuit genitus, incrementum primo ſuſcepit, ac inde vigorem, poſtremoque ſortietur interitum, quælibet enim natura, quæ non permaneat, tribus terminis, ac duobus afficitur intervallis. ii ſunt ortus, vigor, ac interitus. horum verò primum ab ortu ad vigorem, poſtremum verò à vigore ad interitum intercedit. Hujuſmodi autem in Vniverſo nulla ratione contingunt: nullibi enim ipſum conditum fuiſſe apparet, nec ulla in eo in potiorem, vel deteriorem mutationis ſtatum occurrunt veſtigia, at ſemper idem, ac ſimiliter ſe habens, ſibique æquale, ac ſibi ipſi omnino ſimile perſeverat.

COMMENTARIVS.

ET raditis in præcedenti textu acutam educturus Auctor rationem, qua Vniverſum rurſus eſſe ſanciat æternum, quod ibi univerſaliter enuntiaverat dogma, nunc ad præſentem coarctat materiam, ut ibi enumeratis non ſubeſſe mutationibus cum doceat Vniverſum, quibus tamen entia quælibet progenita affici aſſeruerat, ipſum æternum eſſe, nec injuria, Mens auctoris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

juria, queat inferre, è qua certe methodo profunda noſtri Auctoris eluceſcit eruditio, dum quamvis communia quælibet principia, ea quæ ſcientiam parit ratiocinatio, atrociſſime rejiciat Philoſopho teſte *poſt.* 1. *c.* 7. ab unoquoque tamen ſcientifico ad propriam coarctata materiam utiliſſime aſſumi doceamur *ibid. c.* 8. *& met.* 11. *ſum.* 2. *c.* 2. Habita præcedenti textu, & diffuſe quidem expoſitio ab eodem nos modo immunes labore in hoc reddit contextu, in quo plurima ibi communi ratione recenſita de ipſo ingenioſe proferuntur Vniverſo, ideoque ſat erit Ocelli rationem ſic brevi verborum ambitu perſtringere, ipſumque ſic inducere differentem. Si ortui, ac interitui obnoxium ſtatuere placeat Vniverſum, ab imperfecto certe ſtatu ad florem ipſum progredi, & ab hoc inde ad interitum pariter digredi ex habitis ſuperius neceſſario erit aſſerendum. quod tamen de Vniverſo quis audeat proferre? illius enim ortus nemo certus nobis occurret teſtis, & in præcedenti recenſitas mutationes in Vniverſo nemo potuit intueri, dum ipſum numquam incrementa ſuſcipere, vel in deterius labi contigerit, ac ſemper idem ſimili permaneat ratione, ac ſibimetipſi ſemper æquale, ſimul, ac ſimile perſeveret, è quibus certe identitas ſubſtantiæ conſurgit, quantitatis quinimo, & qualitatis, quarum eam æqualitas, hanc certe ſimilitudo reſpicit *ut in præd. c. de quanto, & quali.* Hujus autem præpotentem rationis vim ne facile liceat eludere ſolerti animadvertendum cura, Vniverſum hic juxta propriæ conditionem naturæ aſſumi, non vero partium ratione, ut valido verborum τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν (totum & Vniverſum) nexu, textus nobis indicat auctoritas, eas enim ſi lubeat contemplari, quis perenni ſubjectas ignorat viciſſitudini, & aſſiduis mutationibus non conſpiciat agitari, quænam harum non uberrime ferax terrarum orbis particula, dum feliciſſime quondam urbes, ac regna efflorverint, ubi nunc profunda maris intuemur: & è converſo terrarum, ac mon-

Communibus principiis an utatur ſcientia.

Ratio probans æternitatem Vniverſi.

Vniverſi mutationes.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

montium ibi vigeant culmina, ubi depreſſæ quondam valles jacuere.

Quodque fuit campus, vallem decurſus aquarum Ovid. Met. 15.
Fecit: & eluvie mons eſt deductus in æquor,
Eque paludoſa ſiccis humus aret arenis,
Quæque ſitim tulerant ſtagnata paludibus hument.
Hic fontes natura novos emiſit, & illic
Clauſit, & antiquis tam multa tremoribus orbis
Flumina proſiliunt, aut exſiccata reſidunt.

perenni inferior hæc Vniverſi pars fluxu circumvolvitur, & vorax ille ſenex, qui ſuam prolem impio lacerare dente non perhorreſcit, quo fortius noſtra immortalitatem opera appetere intuetur, eò validiori geſtit impetu disjeciſſe. Tu ſola cunctarum victrix gentium, ac Orbis domina id ſatis ſuperque teſtaberis Roma, quæ uti ſuperbas tot Regum cervices nobili jugo preſſiſſe potuiſti, ita tot Regnis proculcatis, glorioſis hoſtium ſpoliis onuſta, quaſi temporis, ac mortis prævalidos eluſura conatus, monumenta futura, interitus neſcia, erigere tentaſti, vix tamen nunc minima priſcæ majeſtatis remanent veſtigia, per quæ ad tenuem tuæ gloriæ liceat accedere notitiam, ut jure cum Iano Vitali Panormita dicere poſſimus: *Heſiod. Theogon.* Romæ antiquum decus.

Albula Romani reſtat nunc nominis index
Quin etiam rapidis fertur in æquor aquis.
Diſce hinc quid poſſit fortuna: immota labaſcunt
Et quæ perpetuo ſunt agitata, manent.

At hic dum aſſerit Ocellus idem permanere Vniverſum: ipſum ſecundum ſe contemplatur. ut enim præcedenti monuimus textu, ut diceretur oriri, vel interire Vniverſum, talibus unamquamque illius partem mutationibus premi oportere. idem profecto nunc ſtatuendum ſi ſibi ipſi factum diſſimile velimus aſſerere Vniverſum. ut enim terrarum orbis, certiſſimis Mathematicorum placitis, cum æqualitate qua- Tellus quo pacto cum æqualitate rotunda.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

dam rotundus ſancitur, eximia licet montium altitudo exactam ſphæricæ figuræ perfectionem impedire videatur; eò quia ubi ad univerſum reſpexeris, manifeſta eorum humilitas; ac ut in luſoria pila ſi commiſſuras ejuſdem, ac rimas quis adſpiciat, *nihil illa intervalla officiunt ad ſpeciem rotundi, ſic nec in univerſo quidem orbe terrarum editi montes, quorum altitudo totius mundi collatione conſumitur.* & uti licet quaſdam ejus partes à motu non videamus immunes, immobilem tamen ipſum validiſſima ſuadent principia, ut late 2. *cæli* 90. *& ſeqq.* in Vniverſo pariter entia quantumvis aliqua augeantur, & alia in hoc terrarum orbe decreſcant, id quidnam jam traditæ Vniverſi officiet immutabilitati? eoque magis, quod tellus, in qua hujuſmodi præcipue vigent mutationes, ſi Vniverſum reſpicias puncti exerceat rationem, ut ideo dixerit Philoſophus *meteor.* 1. *cap. ult.* ὁ γῆς ὄγκος καὶ τὸ μέγεθος ἀφὴν ἐστι δή πως πρὸς τὸ ὅλον οὐρανόν. *terræ autem tumor, & magnitudo nihil eſt ſane ad totum cælum.* ac Cicero Scipionem induxerit dicentem: *jam vero ipſa terra ita mihi parva viſa eſt, ut me imperii noſtri, quo quaſi ejus punctum attingimus, pæniteret.* ni forte quis ridicule timeat, ne terræ mutationibus, & cæli afficiantur, eos inde credens conſervari, quaſi è prodeuntibus ab ea vaporibus aſtra nutriri eo pacto, quo Sextus Empiricus monebat, arbitretur. vel ut Stoici apud Porphyrum aſſerebant, qui Solem maris exhalatione, Lunam ea, quæ ex fontium, fluminumque aquis, aſtra tandem, ea quam tellus aſſiduc præberet, enutriri credidere. Vniverſum igitur ex vi propriæ naturæ, non partium ratione ipſum accipiendo, ſemper idem ſibi ipſi permanere obſervat modo Ocellus, ut ipſe inferius expreſſe profitetur, ac *t. ſequ.* ubi huic nil obeſſe poſitioni partium mutationem apertiſſime teſtatur. Quod vero idem, ac ſibi ſimile Vniverſum permaneat, è quo potiſſimum allatæ rationis robur exoritur, non modo probat Auctor, illud arbitratus omnino manifeſtum. nulla ſcilicet talis pro-

Sen. nat. q. l. 4. c. 11.

in ſomn. Scip.

Antro nymphar. num.

Adverſus Mathematicos. l. 8. c. de Diis.

Declaratio prædictæ rationis.

Vniverſum ſemper idem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

progreſſus de imperfecto ad perfectum, vel è converſo, nec etiam minima uſquam apparuerunt veſtigia, cum nil ad id mutationes conferant in aliquibus tantummodo entibus ſuccedentes, quæ vix partis nomen in Vniverſo promeruere: ni forte in delira quis incidat animi ſenſa eorum, qui mundum pluries genitum, ac pluries corruptum, multoties pariter novo adhuc ortui, ac interitui ſubjiciendum, dixere (nec pigeat quempiam, me ad veterum aboletas commigrantem aliquando legere ſententias, cum in vetuſtiſſimi auctoris expoſitione verſemur) hi enim caſu aſſerentes ipſum progenitum, in primordiis pleraque arbitrati ſunt entia imperfecta prodiiſſe, quæ inde interierint, eorum ſalutem negligente natura, perfecta tantummodo expoſcente; ſicque ex imperfecto ſtatu aliquando ad ἀκμὴν juxta horum placita Vniverſum videatur promotum, cujus ſane ſententiæ Ariſtoteles teſtis, qui *phyſ.* 2. 43. Empedoclis carmen referebat dicentis:

Falſum eſt mundum pluries genitum ac pluries corruptum fuiſſe.

Ὡς ἔτω συνέκυρσε θεῶν τότε, πολλάκις δ' ἄλλως,

ſic contigit forte tunc, ſæpe autem aliter. & 76. eam ſententiam fuſius proferebat, ac ibidem rejiciebat, & *de p. an.* 1. *c.* 1. ex immutabili naturæ ordine, ac operandi ratione, quam pariter Manilius reſpiciens canebat:

Aſtron. 1.

Si ſors iſta dedit nobis, ſors ipſa gubernet.
At cur diſpoſitis vicibus conſurgere ſigna,
Et velut imperio, præſcriptos reddere curſus
Cernimus, ac nullis properantibus ulla relinqui?
Cur eadem æſtivas exornant ſydera noctes,
Semper, & hybernas eadem, certamque figuram
Quiſque dies reddit mundo, certamque relinquit?

Eundem quinimo Vniverſi ad perfectionem fateri videntur progreſſum ii, qui ipſum in ſui primordio incolis aſſeruere deſtitutum, qui inde è terra momento temporis eruperint: & decrementa perpeti ipſum aſſerere non dubitant, tellurem edocentes hujuſmodi amplius animantia perfecta non progignere,

Opinio eorum qui quondam homines è terra gigni falſo putarunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

gignere, eo quod jam viribus langueat deſtituta, jamque conſenuerit, quam contemplabimur ſententiam *inf. c. 3.* at anilibus his fabulis, quæ terræ tantam vim tribuere, philoſophi mentem turbari dedecebat, iis enim tantummodo, quas inſurgere permittit ratio, dubitationibus philoſophi animus detinetur, ac in iis tantum ſolvendis elaborare conſuevit: nullum autem evidens occurrebat ſignum, quod prædictas in Vniverſo indicaret mutationes, ac ſi quodpiam à veteribus philoſophis contigit exhiberi, *id inf. cap. tertio* omnino deletur.

Tertia ad illud idem probandum ratio.

1. deeſt καὶ in v. 2. n. αὐτῆ ſim. ex vv.

Τὰ σημεῖα ἢ καὶ. 1. τεκμήρια τάττ. 2. ἐναργῆ αἱ πάξεις, αἱ συμμετρίαι, σχηματισμοὶ, θέσεις, διαστάσεις, δυνάμεις, ταχύτητες πρὸς ἄλληλα καὶ βραδύτητες, ἀριθμοὶ χρόνων. 3. καὶ χρόνων περίοδοι. πάντα γὰρ τὰ τοιαῦτα μεταβολὴν καὶ μείωσιν ὑπιδέχεται κατὰ τὸν τῆς γενητῆς φύσεως διέξοδον. τῇ μὲν γὰρ ἀκμῇ διὰ τὴν δύναμιν τὰ μείζονα καὶ τὰ βελτίονα παρέπεται, τῇ δὲ φθίσει διὰ τὴν ἀσθένειαν τὰ μείονα, καὶ τὰ χείρονα.

3. v. ἔν. v. αὖ.

Signa vero, & indicia ipſius manifeſta ordines, ſymmetriæ, figurationes, poſitiones, intervalla, potentiæ, celeritates ad invicem, & tarditates, numeri quoque, & temporum circuitus. omnia hæc enim mutationem, & diminutionem ſuſcipiunt, ſecundum genitæ naturæ tranſitum; vigorem enim per potentiam majora, & meliora concomitantur, interitum vero per imbecillitatem minora, & deteriora.

PARAPHRASIS.

TRaditæ vero veritatis haud dubia præbent argumenta, ordines, figuræ, ſitus, intervalla, facultates, mutuæ celeritates, ac tarditates motuum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

motuum, nec non numeri, & temporum circuitus; hæc quippe ſingula immutantur, eatenus, ac diminuuntur, quatenus genita natura, quæ iis ſubeſt, immutatur. & ipſa enim reddita majora, ac potiora rem in apice conſtitutam per nativam vim concomitantur, & ubi hæc per imbecillitatem propriam ad interitum vergit, ſimul ipſa minora fiunt, ac deteriora.

COMMENTARIVS.

QVæ præcedenti textu erudito noſter auctor expreſſit conſilio, hic certe valido munire contendit præſidio, entium, quæ ſunt ad id munus peragendum quam pluribus convocatis, quorum pleriſque in rebus frequentia noſtræ ipſa notitiæ quam maxime reddidit familiaria. Duo tamen ingenioſe nobis præcedentis textus cum exhibuerit doctrina, horum quidnam vere Ocellus reſpiciat, dubium profecto, an ſcilicet ibi expreſſam rerum viciſſitudinem, qua modo ad propriæ conditionis florem novis ſemper adauctæ decoribus alacriter ferantur, modoque priſtino deſtitutæ robore ad miſerrimos interitus ocyſſime dilabantur: vel potius in poſtremis illius contextus verbis conſtitutam Vniverſi perennitatem nova velit ratione ſancire. Ad primum placitum auctoris mentem potius certo greſſu ferri Nogarola videtur opinari; ille ſiquidem V. C. ultima textus verba ſic cenſuit vertenda: *Ejuſmodi enim omnia, ut mortalis hæc & generationi obnoxia progreditur natura, mutationem, diminutionemque ſuſcipiunt, ac quæ majora quidem, ac potiora fuerint, ſtatum ipſum propter vigorem, quæ autem minora, deterioraque ſunt, interitum præ imbecillitate conſequi ſolent.* è quibus aperte colligitur verbis, cum referantur ad entia in textu enumerata,

Connexio cum præcedenti textu.

Dubitatio de intentione Auctoris.

Nogarolæ ſententia circa mentem Ocelli, & probabilis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ordinem ſcilicet, ſymmetriam, & alia hujuſmodi, hoc præcipue Ocellum indicare, quod eorum ope potenti velut inductionis robore duplex illa inferatur conditio, quam *& 2. & 3. textu* caducis ineſſe ampliſſime oſtenderat, dum his, quæ vel junctim, vel ſeorſim in unaquaque re obſervantur, talem, nec immerito, tribuat naturam, quod τῷ ἀκμῷ tunc ipſa aſſequantur (quam dictionem ipſe per *ſtatum*, neſcio an proprie, explicat) cum propriæ congruam naturæ perfectionem adepta fuerint, indeque minora ſimul reddita, ac deteriora interitu præ imbecillitate propria premantur. quare in aliis entibus productis idem non diſſimili exemplo videbitur aſſerendum : hancque expoſitionem textus ſeries non renuit, nec noſtra paraphraſis (licet jam dictæ non omnino conſona) ab ea prorſus videtur abhorrere. Huic quinimo dogmati, ut plena inductionis beneficio fides accedat, ſolerti ſane invento Ocellum ſola circumſpicere accidentia, eorum quinimo pleraque relativa unuſquiſque fatebitur, ſi in accidentium naturam acuto feratur intuitu : ea quippe non entia ſimpliciter, at potius entis entia comperiet, ut *met. 4. t. 2.* monemur, ipſaque idcirco naturam entium, quibus ea accidit ineſſe, exacte conſequi, certiſſime cognoſcet; cum ab eorum plerumque principiis illa emanare contingat. hæc igitur magis noſtro cum occurrant ſenſui, ac inde intellectui, cui ſingula ſenſus objecta blando præbere non recuſat miniſterio, ſiquidem,

Accidentium natura.

Lucr. rer. nat. 4.

Invenies primis ab ſenſibus eſſe creatam
Notitiam veri —— ——

optimo ſane conſilio, eorum exemplo accidentium ſuperius dictas entium mutationes voluit aperire, hæc etenim cum neſciant abeſſe à ſubjecto, ortum in eo, & interitum aſſequentur, & ab eo cum fluant, ejus quoque naturam exactiſſime poterunt indicare *p. de an.* 11. & hæc ideo *ſecundum genitæ naturæ*, cui ſcilicet inſunt, *tranſitum* mutari, ac diminui prodit

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

prodit Ocellus, ut ſingula patebit percurrenti. maxime vero relativorum meminit accidentium, quia in illis longe clarior apparet, ac facilior allata viciſſitudo, dum ne minima quidem in ſubjecto facta mutatione, ipſi ſponte quodammodo adhæreant, ab eodemque pariter recedant, ſi correlativum ſcilicet tantummodo parum immutetur. 8. *phyſ.* 9. hæc quinimo magis congrua videbuntur, ni eam pigeat textus ſervare expoſitionem, quam mox trademus: univerſi ſcilicet ordo, & maxima ejus partium connexio relativis præcipue accidentibus ipſum reddunt quam maxime obnoxium: ubi vero frequens accidentium occurrebat memoria, ac illa interius naturam reſpiciendo placebat contemplari, æquum erat temporis etiam meminiſſe, tum quia tempus plerique dixerunt σύμπλωμα συμπλωμάτων παρεπόμενον ἡμέραις τε νυξὶ καὶ ὥραις καὶ πάθεσι τε ἀπαθείαις, τε κινήσεσι τε μοναῖς, teſte Empirico, *accidens accidentium, conſequens dies, noctes, & horas, & paſſiones, & immobilitates, motus, ac unitates*, quare ſi accidentium credebatur accidens non ſine crimine illius mentio poterat omitti, cum etiam quia ab eodem cuncta præcipiti ad occaſum violentia aſſerantur impelli, ideoque 3. *phyſ.* 128. quærebat Philoſophus cur tempori, licet ortus uniuſcujuſque rei ſit parens, interitus tantummodo conſueverit adſcribi. numquid hominibus quam maxime familiari crimine, quos tenax injuriarum memoria ſemper concomitatur, ac parum ſyncera accepti beneficii oblivio? quod eleganti profecto quæſitum ibi ratione ſolvebat, erudito nos edocens reſponſo, horum revera neutrum entibus præ temporis vel odio, vel amore accedere, dum non à tempore, at potius in tempore rerum ſimul ortus perageretur, ac interitus; at quoniam entia quantumvis imperfecta effectricis, quæ tamen extrinſecus accederet beneficio cauſæ ortum ſemper conſequi ſenſus apertiſſime intuetur, quæ tamen ad interitum ab internis ut plurimum impelli principiis contingat, & propriæ quaſi ætatis

Omnium accidentium maxime mutabilia ſunt relativa.

Hypoth. l. 3. c. 17.

Quare tempus dicatur cauſa corruptionis non autem generationis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tis pondere colliſa in tenues auras, ac cineres miſerrime redigi, ſua inde mortales primordia, quæ peculiari ſe cauſæ debere cognoſcebant, non tempori adſcribere voluiſſe, quod tamen proprii interitus, cujus auctor plerumque apertus nullibi appareret, certiſſimum aſſerere non dubitabant principium. In horum quolibet igitur accidentium confirmari toties repetitam duplicem entium mutationem, ex dictis in textus limine, licet aſſerere. ubi recenſitæ ſi libeat expoſitioni adhærere vereor, ne noſtros aliquis veluti nimis faciles aſſenſus, nec prorſus iniquo damnet judicio, cur enim per ſe claræ, ac pluries repetitæ credamus inſiſtere propoſitioni Ocellum, tenuique probatione, qui breviſſimo ut plurimum ſtylo ſua exprimere vel etiam difficillima ſenſa conſuevit, ut plerumque Ariſtotelicam etiam brevitatem excedat, ut frequenti exemplo inferius eluceſcet. ideo ſubtilius etiam ſpeculando, profundius in hoc textu philoſophandum cenſeo, quod ſcilicet alia hic ratione Auctor Vniverſi æternitatem teſtari contendat, & quaſi omnium hucuſque dictorum veritatem ex ordine, ſymmetria, & hujuſmodi petere accidentibus, ita tamen, quod eorum illam nobis eſſe præſcribat conditionem, quod caduca veluti, ac infirma, ſubſtantiam, cui innixa permaneant, exoptent, ac neceſſario expoſcant *p. de ortu* 11. ſuaſque idcirco aſſumant ordine mutationes, prout illud ſubjectum, cui inſeparabili nexu adhærent, immutari contingat, ut hujus veritatem, & alterationem eorumdem quoque conſequatur immutatio : quod nobis acute arbitror Ocellum innuiſſe, dum enumeratis omnibus iis accidentibus, ea ſingula, *mutationem ſuſcipere ſecundum genitæ naturæ tranſitum*, edoceat, per quam procul dubio ſubjectum ipſum exprimi ex eo potiſſimum indicari videtur, quod illi tantummodo vere, ac proprie ortus queat adſcribi, ut obſervabimus inferius *cap.* 2. hanc quinimo auctoris mentem indicant ſimul, ac confirmant ſequentia textus verba, quæ ad prædicta

Probabilior ſententia de opinione Auctoris.

referi

referri apertiſſime monſtrat ſubſequens particula γὰρ (*enim*) cujus peculiare eſt cauſam indicare: quæ verba an illis à Nogarola tributam queant perpeti expoſitionem, dubium ſane, dum dictio παρέπε) proprie de re, quæ aliam ſequitur, ac illi veluti comes adhæreat, paſſim conſueverit proferri, non autem ſignificet *aſſequitur*, ut hic ipſe videtur excogitaſſe; ideoque potius ibi arbitror Ocellum nobis indicare enumerata accidentia, cum juxta ſubjecti varietatem præcipue immutentur, ſic ſe habere, quod ſubjecti ſui florem neceſſario nexu concomitentur,& ipſa reddita majora, & meliora, ac, ut ita loquar, & ipſa in flore conſtituta. nec diſſimili ratione ſubjecti interitum concomitentur & ipſa quoque facta minora, ac deteriora, & ita proprio inhæreant ſubjecto, ut numquam deformi oppreſſa ſorte illius conditionem omnino ſequantur. unde quoties illa varietati intuemur obnoxia, eadem pariter ſubjectum certo premi conſenſu erit aſſerendum. ideoque ingenioſiſſimè auctor verbo παρέπε) concomitantiam indicante uti voluiſſe erit aſſerendum. Hanc ſi lubeat amplecti expoſitionem; quam couſque lectori benigno velim propoſitam, quouſque ipſe vel Nogarolæ verſioni neſciat adhærere, vel aliam aptiorem, quod facili negotio ipſum præſtiturum confido, non invenerit: tunc longe diverſam ab ea quam in principio textus recenſuimus, fuiſſe Auctoris mentem, ipſumque hic novo ratiocinio ad Vniverſi perennitatem ferri, erit affirmandum, ac ſic diſſerere. ordinem, commenſurationem, & reliqua hujuſmodi, hic enumerata mutationi, & occaſui tunc certiſſime videmus obnoxia, cum ad interitum progenita vergit natura, quam illa concomitantur: juxta enim illius nativum robur ſuæ conditionis florem, ac perfectionem aſſequuntur, à quo ad occaſum ocyſſime inde ferantur, ſi illud imbecillitate preſſum langueſcat; ubi videbimus igitur ordinem, figuram, velocitatis, ac tarditatis motuum proportionem, ac cætera hujuſmodi

Vera ſignificatio verbi παρέπεται.

Nova textus expoſitio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

interitu immunia, omniſque expertia mutationis permanere, aſſerendum erit æternam eſſe illam, cui inſunt, naturam: & oppoſita ratione, dum hæc immutantur, eorum quoque ſubjectum immutari licet inferre, nam

Lucr. l. 2.

— ipſis in rebus item cum materiai
Intervalla, viæ connexus, pondera, plagæ
Concurſus, motus, ordo, poſitura, figuræ
Cum permutantur, mutari res quoque debent.

hæc vero ſingula nulli obnoxia in Vniverſo vigent mutationi (ſubdat lector) & longævis quibuslibet inconcuſſa temporibus, nullis urgentur caſibus, vel rerum premuntur viciſſitudinibus, ut diligenti univerſum contemplatione ſi placeat percurrere, clariſſime apparebit. immutabilis enim ordo in eo eluceſcit, dum in ſui perenni inconſtantia, & motu quodammodo immobile, æternam ubique ſervat inconſtantiam; eaſdem cæleſtium ſemper motuum proportiones; eadem, vigintiquatuor horarum ſpatio, celeritate totum orbem circumagi; eodem ſemper orbes ab invicem, & ab ipſa tellure diſtantes intervallo; iiſdem res ipſas ſemper ditatas facultatibus, ac numerum ſemper eundem, & ambitum temporum in rebus quibuslibet certiſſime intuemur, ſeu errantium motus ſyderum, ſive recurrentes ſtatis temporibus dierum, ac noctium longitudines, ſive geſtandorum in utero fœtuum, progignendæque proli aptas conſtitutas in animantibus ætates, ſeu tandem quodcunque aliud vel leviſſimum naturæ opus attente velimus aſpicere: erudita tamen conſideratione in ſublunaribus his ea contenti neceſſitate, quæ in pluribus inviolabili præſcripta ſerie obſervatur 2. *phyſ.* 82. hoc tamen inter cæleſtia, & inferiora obſervato diſcrimine, ut dicitur *p. de p. an c. p.* quod τὸ τεταγμένον, καὶ ὡρισμένον πολὺ μᾶλλον φαίνεται ἐν τοῖς οὐρανίοις, ἢ περὶ ἡμᾶς. τὸ δὲ ἄλλοτε ἄλλως καὶ ὡς ἔτυχε περὶ τὰ θνητὰ μᾶλλον, (*ordinatum vero, ac definitum magis apparet in cæleſtibus, quam circa nos. quod vero alias aliter & potius ut contigit,*

Immutabilis ordo Vniverſi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

contigit, circa mortalia.) quare æternum videbitur, in quo hæc vigent, Vniverſum, ut eadem fere inferebat ratione Manilius, dum canebat:

Omnia mortali mutantur lege creata, Aſtron. 1.
Nec ſe cognoſcunt terræ vertentibus annis
Exutas variam faciem per ſæcula gentes,
At manet incolumis mundus, ſuaque omnia ſervat;
Quæ nec longa dies auget, minuitque ſenectus,
Nec motus puncto currit, curſuſque fatigat:
Idem ſemper erit, quoniam ſemper fuit idem;
Non alium videre patres, aliumve nepotes
Aſpicient. ———

Duplici autem percitus conjectura huic aſſentiri non vereor expoſitioni. primo, quia ſic optime textus hujuſce cum præcedenti ſurgat connexio, in quo Vniverſum ideo ſtatuebatur ingenitum, quia ſemper ſibi ipſi idem permaneret; cum igitur ſubdat, *ſigna vero, & indicia ipſius manifeſta, &c.* cunctaque ibi recenſita eadem ſervari, licet entia particularia varientur, ac in ſublunarium ſingulis ſpeciebus, & in cæleſtibus orbibus, quæ majorem & potiorem univerſi conſtituunt partem, aſſidue obſervent Aſtronomi, & re, non nomine tantum naturales Philoſophi; patet hic validiſſimo confirmari medio jam ſancitum dogma, quo æternitas illius, vel ſaltem identitas, quam in eo aſſidue dixit obſervari, ſtatuatur. Præterea, quia ſi primam illam propoſitionem ſuperius prolatam certo declarare voluiſſet inſtituto, qua duplex ſingulis entibus genitis tribuebatur mutatio, ſatius erat hic ipſam in validiſſimis ſubſtantiis, quam in tenuibus accidentibus longe perfectius expreſſiſſe; id quinimo ulterius velim animadverti, quod hæc Vniverſo cum adſcribatur æternitas non ratione particularium entium ſublunarium, at ſpecierum potius (quod optime indicabitur infra *c.* 2.) & corporum cæleſtium, hic Ocellum ideo ſola entia attuliſſe, quæ hujuſmodi naturis queant convenire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Textus 6.

Vniverſi natura, ac nomen explicantur.

1. n. ad γε.

Τὸ δὲ 1. ὅλον, καὶ τὸ πᾶν ὀνομάζω τ σύμπαντα κόσμον. δι' 2. αὐτὸ γὰ τοῦτο καὶ τ̃ ἀρθονίαν ἔτυχε ταύτης, ἐκ τῶν ἁπάντων δὴ κοσμηθεὶς. σύνημα γάρ ἐστιν τ̃ τ̃ ὅλων φύσεως. 3. αὐτοτελὲς, καὶ τέλειον. ἐκτὸς γὰ τ̃ παντὸς οὐδέν, εἰ γὰ τί ἐστιν, ἐν τῷ παντὶ ἐστιν, καὶ σοὶ τούτῳ τὸ πᾶν, καὶ σοὶ τούτῳ τὸ πάντα ἔχειν, τὰ μὲν ὡς μέρη, τὰ δὲ ὡς ἐπιγωνήματα.

2. n. διὰ γάρ im. ex vv.

3 n. φύσεων, nec adeſt τῆς im. ex v.

TOtum autem & Vniverſum nuncupo univerſum mundum, idcirco enim talem ſortitus eſt appellationem omnibus rebus exornatus: eſt enim conſtitutio omnium naturæ per ſe abſoluta, & perfecta; extra univerſum enim nihil eſt; namque ſi quid eſt, univerſo ineſt, & cum hoc Vniverſum, & cum hoc omnia habere, alia quidem ut partes, alia vero ut ſuperaccedentia.

PARAPHRASIS.

TOtius autem, ac Vniverſi nomine mundum exprimimus univerſum, qui entibus quibuslibet exornatus, talem non aliunde ſortitur denominationem, quàm ex eo, quod ſit quædam omnium naturarum per ſe abſoluta, ac perfectiſſima collectio: extra ipſum enim nil reperitur, quia ſi quid eſt in rerum natura, id in ipſo certe collocatum eſt mundo, qui eatenus etiam dicitur Vniverſum, quatenus & hoc in ſe complectitur, omniaque continet entia, hoc tantum obſervato diſcrimine, quod alia ſint præcipuæ illius partes, alia vero ſe habeant veluti quædam acceſſoria.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

TVnc fallaces tantummodo æquivocationis ſcopulos prorſus eludi *top.* 1. *c.* 5. monebat Philoſophus, dum illa nominis ſignificatio, cui adhæremus, cauto prænuntiaretur conſilio. hoc idem Ocellus nunc præſtat, qui mundo æternitatem pluribus adſcribere cum tentet rationibus, univerſi, ac totius nominibus hucuſque acceptis, quid vere exprimatur nobis indicat,& rudi quadam definitione, quam quid nominis Peripatetici dicerent juxta præſcripta 7.*met.t.* 14. nunc declarat,indeque cuncta docens ingenti univerſi ambitu contineri, ea rurſus entia, quæ ipſum ſuo ſinu complectitur, recenſet ſimul, ac diſtinguit. His igitur vocibus τὸ ὅλον,& τὸ πᾶν (*totum, ac univerſum*) ſe σύμπαντα κόσμον (*univerſum mundum*) exprimere profitetur, vocem vero σύμπαντα erudite ſane voluit adjeciſſe, ut non terrarum orbem inde tantummodo, at cæleſtia ulterius etiam à ſe aſſumi teſtaretur, quæ voce κόσμος ſimpliciter accepta difficile comprehendi contigiſſet, ut præpotenti licet Ariſtotelis auctoritate confirmare, 1. *cæli* 107. dicentis ἡ δὲ τοῦ ὅλα σύστασίς ἐστι κόσμος, καὶ οὐρανὸς (*totius vero conſtitutio eſt mundus, & cælum*) Mundum vero jure σύμπαντα κόσμον obſervat ideo nuncupatum, quia ſingulis entium ſpeciebus κοσμηθεὶς (*ornatus*) & miro ordine decoratus appareat. in hoc Pythagoræ inſiſtens veſtigiis, qui primus hunc ambitum, quo cuncta includuntur κόσμον nuncupavit ἐκ τοῦ ἐν αὐτῷ τάξεως (*ex eo, qui in ipſo, ordine*) quatenus ſcilicet in eo omnis natura mirabili nexu cohæret, ut omnium inde entium perfecta, & abſoluta emanet congeries, dum nihil extra ipſum accipere contingat; ſi quid enim eſt, id certe in ampliſſimo univerſi ſinu comprehenditur, nec mundum univerſi nomine deceret inſigniri, niſi & hoc includeret, ac quantumvis minimum, ſuo ambitu benigniſſime complecteretur.

Quid verè exprimat vox κόσμος.

Vnde mundus dicatur.

Plut. de plac. phil. l. 2. c. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Quænam sint universi partes, & quæ additamenta.

retur. In hoc igitur cuncta nobili disposita serie entia perseverant, tam arcto ipsi fœdere connexa, ut quædam insigne universi partium munus subeant, cætera vero præclara veluti additamenta eidem accedant. ita tamen partes velim accipi, quod nedum eas, quibus primo constituitur universum, cælum scilicet, ac elementa, lubeat assumere, verum etiam substantias ex his prodeuntes, dum ad has etiam nomen partis quodammodo auctor diffuderit *c. 3. t. 1. & 2.* additamenti vero nomen crediderim Ocellum accidentibus adscripsisse, iisque præterea entibus, quæ à perfecto parumper naturæ desciscunt ordine ad meteorologiam rejecta à Philosopho *meteor. 1. c. 1.* hancque totius naturam perpendisse videtur Aristoteles, indeque *phys. 3. 63. & met. 5. 31.* sumpsisse definitionem, quod scilicet totum sit, cujus nullam partem extra ipsum possumus reperire. omnia quinimo hic tradita peripatetica esse quam certissime licet asserere; universi siquidem inde nomen deductum, quod omnia complectatur, & Aristoteles observavit *1. cæli t. 4.* ubi τὸ πᾶν dicebat τέλειον ἀναγκαῖον εἶναι, καὶ καθάπερ τέκμωρ σημαίνει, πάντη, καὶ μὴ τῇ μὲν, τῇ δὲ μή. (*universum perfectum necesse est esse, ac quemadmodum nomen indicat ex omni parte, & non hac quidem sic, illa vero non*) nullumque ulterius ens extra universi ambitum collocari, & ipse quoque Aristoteles est abunde professus, qui cum docuisset cælum, præcipue pro externa cælestium corporum superficie reliqua ambiente assumendum, nullum extra ipsum corpus occurrere subdidit *1. cæli 97.* imo nullum nec etiam locum, vacuum, vel tempus extra ipsum adesse *ibid. 99.* profitetur, quod etiam sensisse videtur Plato in Timæo, quo loci mundum quoddam esse animal cum profiteretur, ex universo igne, aëre, aqua, ac terra dicebat compactum, nullamque horum partem extrinsecus relictam, ut maxime perfectum animal è perfectis partibus constitueretur, nullo quinimo extraneo frigore, vel calore ad senectutem

Vnde nomen Universi.

Nil extra cælum.

Et cur, juxta Platonem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tem, vel morbum posset impelli: ideoque oculos ipsi Deum non contulisse, eo quia nil extra ipsum reliquisset, quod aspectui occurreret, aures que denegasse, cum nil extra superesset, quod auditum afficeret, nullaque illi membra, per quæ nova susciperet alimenta, vel cibi emitteret excrementa assignasse, eo quia nihil ipsi accedere, vel ab eodem decedere posse videbatur, universam quinimo fere ad verbum, qua mundum hic Ocellus descripsit, rationem, hinc videtur accepisse auctor libri de mundo (de quo inf.) *cap.* 2. usus & ipse voce σύημα, dum ibi dixit, mundum esse σύημα ἐξ οὐρανοῦ καὶ γῆς, καὶ τῶν ἐν τούτοις περιεχομένων φύσεων (*compagem ex cælo, & terra, & in his contentis naturis*) eam tandem sectionem rerum, quæ in mundo continentur à Peripato non abhorrere asserendum. Aristoteles enim in libris de cælo, præcipuas universi partes dum contemplaretur, 3. *cæli. t.* 1. perquirendas primo dixit substantias, opera, & passiones illarum, ac inde substantiarum nomine simplicia corpora, entia ex iis ulterius constituta, cælum, ac ejus partes, animalia, plantas, ac earum partes exprimi docuit: passiones vero, & opera statuit complecti, eorum entium motus ab elementis præcipue provenientes, aliaque hujusmodi, quare cum omnibus illis nomen partis hic *cap.* 3. *t.* 1. tribuat Ocellus, cur additamenti voce accidentia, ac meteora, quæ κατὰ φύσιν ἀτακτότερον (*secundum naturam magis ordine destitutam*) *meteor.* 1. *cap.* 1. eveniunt, negabimus expressa fuisse?

Vniversum est animal apud Platonem, & cur destituatur sensibus.

Quæcunque sunt in Vniverso, ipsum intuentur.

Textus 7.

Τὰ μὲν οὖν ἐμπεριεχόμενα τῷ κόσμῳ πρὸς τὸν κόσμον ἔχει τὴν συναρμογὴν, ὁ δὲ κόσμος πρὸς οὐδὲν ἕτερον, ἀλλ' αὐτὸς πρὸς

IN mundo igitur comprehensa cum mundo habent convenientiam, mundus vero cum nulla alia re, sed ipse cum seipso,

alia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

1. vv. αὐτὸν

πρὸς ἑαυτὸν. 1. τὰ μὲν γὰρ ἄλλα πάντα τὴν φύσιν οὐκ αὐτοτελῆ ἔχοντα συνέστηκεν, ἀλλ' ἐπιδεῖται.

2. vv. & al. ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ.

2. τῆς πρὸς τὰ ἐκτὸς ἐχόμενα συναρμογῆς. ζῶα μὲν πρὸς ἀναπνοὴν, ὄψις δὲ πρὸς τὸ φῶς, αἱ δὲ ἄλλαι αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητὸν, τὰ δὲ φυτὰ πρὸς τὸ φύεσθαι, ἥλιος δὲ, καὶ σελήνη καὶ οἱ πλανῆται, καὶ οἱ ἀπλανεῖς, καὶ

3. ad οἰκονῆς ex vv. &c.

τὸ μέρος μὲν τῆς. 3. κοινῆς διακοσμήσεως αὐτὸ, αὐτὸς δὲ πρὸς

4. n. ἀλλὰ πρὸς αὐτὸ. im. ex vv.

ὁδὲν ἕτερον, ἀλλ'. 4. αὐτὸς πρὸς αὐτόν.

alia enim omnia naturam per se absolutam non constituunt, sed adhuc indigent convenientia quadam ad ea, quæ sunt extra; animalia quidem ad respirationem, visus vero ad lumen, alii autem sensus ad proprium sensibile, plantæ vero, ut producantur. Sol quoque, & Luna, & planetæ, & fixæ ad partem communis gubernationis ipsius, ipse vero ad nihil aliud, sed ad seipsum.

PARAPHRASIS.

QVare singula, quæ sinu suo Vniversum complectitur, ipsum ordine quodam respiciunt, at mundus se ipsum tantummodo intuetur, nec cum alio quopiam ordinem exercet, vel cognationem. cætera quippe entia prorsus perfecta non gaudent natura, ab extrinsecis suæ complementum perfectionis captantia, animalia enim extrinseco egent aëre, ut respirent; visus lumen, ac cæteri sensus propria exposcunt sensibilia, ut sua queant munia exercere, plantæque ipsæ multa extrinsecus adsciscunt, ut prodire valeant. Sol etiam, Luna, ac tam errantia, quàm fixa sydera universo inserviunt, in inferiorum veluti regimen

suis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſuis influxibus intenta, at Vniverſum nil præter ſe ipſum reſpicit.

COMMENTARIVS.

VNiverſum æternum eſſe alia edocturus ratione Ocellus, in hoc contextu diſcrimen, quod inter Vniverſum, ac ejus partes vigere obſervat, nobis aſſignat: ut inde ſcilicet, jam expreſſa univerſi præſtantia, ex hac in ſequenti textu ejuſdem perennitatem inferat. Eo igitur potiſſimum à ſuis partibus Vniverſum nos monet differre, quod hæ velut arcto cognationis vinculo illi conjunctæ, conſtanti in ipſum ferantur ordine. Vniverſum vero, propriæ quaſi viribus naturæ, undequaque perfectum quidpiam aliud non reſpiciat, ſed proprii veluti decoris conſcium, ſeipſum tantummodo geſtiat intueri. Hujus autem primæva inde prodit diſcriminis origo, quod cætera ea conditione conſpicimus affecta, quod undequaque perfecta deſtituantur natura, ideoque ſemper externi alicujus indiga, cujus ope propria exerceant munia, nobis apparent. hæc ſane veritas nobiliorum Vniverſi partium exemplo nunc confirmatur, ut inde cæterarum quoque partium tenuis conditio, quo externis ipſis connectuntur, facilius appareat, dum præſtantioribus iis hæc ſemper inſervire immutabilis Vniverſi ſeries compellat: eo fere pacto, quo ſingula homini, velut entium præſtantiſſimo inſervire æterna naturæ jura ſtatuerunt, quod reſpiciens Philoſophus dicebat *Phyſ.* 2. 24. ἐσμὲν γάρ πως καὶ ἡμεῖς τέλος, (*ſumus enim quodammodo & nos finis*) idemque dogma, cui conſenſit Cicero, elegantius etiam ſic expreſſit *polit. p. cap.* 8. docens τάτε φυτὰ τῶν ζώων ἕνεκεν εἶναι, καὶ τὰ ἄλλα ζῶα τῶν ἀνθρώπων χάριν. τὰ μὲν ἥμερα, καὶ διὰ τὴν χρῆσιν, καὶ διὰ τὴν τροφήν. τῶν δ' ἀγρίων, εἰ μὴ πάντα, ἀλλά τά γε πλεῖστα τῆς τροφῆς, καὶ ἄλλης βοηθείας ἕνεκεν, ἵνα καὶ ἐσθὴς καὶ ἄλλα ὄργανα γίνηται ἐξ αὐτῶν. εἰ δὲ ἡ φύ-

Homini cuncta inſerviunt.

De Nat. Deor. 2. prope finem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

σις μηδὲν, μήτε ἀτελὲς ποιεῖ, μήτε μάτην, ἀναγκαῖον τ̃ ἀνθρώπων ἕνεκεν αὐτὰ πάντα πεποιηκέναι τὴν φύσιν, (*plantas animalium gratia esse, & alia animalia hominum gratia. mansueta quidem propter usum, & cibum, fera vero, si non omnia, saltem plurima cibi, & alterius præsidii causa, & ut vestis, ac cætera instrumenta fiant ex ipsis. si igitur natura nihil neque imperfectum facit, neque frustra, necesse & hominum gratia hæc omnia fecisse naturam,*) quorum ideo fortasse, ut Sanctissimus Pontifex Vrbanus VIII. in cælestissimo cujus ingenio cunctorum eruditio sæculorum fœcundo proventu uberrime effloruit, in eruditissimo carmine ad sapientissimum Nepotem Franciscum Cardinalem Barberinum, nobile vere pii Principis exemplar, Ecclesiastici orbis Alcidem, unaque literarii Mœcenatem, elegantissime meditabatur:

——— jussis animantia cætera terræ
Subdidit & cæli volucres, turmasque natantes.

prædictum vero partium ordinem, quo universo connectuntur, inductive ex eo confirmat, quod animalia, ut respirent, externorum usu indigent, similem pariter visus cum lumine sortitur nexum, & pari ordine cæteri sensus proprium respiciunt sensibile, stirpesque ipsæ, imo viventia omnia, ut prodeant, externa quoque adsciscunt. aëres scilicet, ut respiret, eget animal ratione caloris interni 2. *de anim.* 88. ut hic aëris attracti vi imminuatur: alias non extingueretur quidem, non adesset enim frigus, quod divelleret, at marcore pressus corrumperetur *de resp. c.* 9. unde animalis erumperet interitus, dum nativi caloris ope viventia quælibet nutriantur *de p. an.* 2. *c.* 2. ideoque vivant, juxta illud Philosophi 1. *de gen.* 41. & 2. *de an.* 47. μέχρι τούτου ἐστὶν, ἕως ἂν κρατῇ τρέφει. (*eo usque est, quo usque nutritur*) lumine pariter visus eget, quia eo destitutus color conspectui non occurrit, 2. *de an.* 67. vel non est actu color, ut quidam opinantur, quod non videtur à mente Philosophi prorsus abhorrere, qui 3. *de an.* 18. dixit

Cur aëre egeat animal.

Color sine lumine an actu color.

τὸ φῶς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

τὸ φῶς ποιεῖ τὰ δυνάμει ὄντα χρώματα ἐνεργείᾳ χρώματα, (*lumen facit potentia exiſtentes colores actu colores*) Senſibilia quoque ſenſus alii neceſſario expoſcunt, ut proprium eliciant opus, dum hoc diſcriminis inter ſenſum, ac intellectum vigere monuerit Ariſtoteles 2. *de an.* 60. quod, eo quia ſcientia univerſalia attingit, quorum auctor eſt intellectus *p. de an.* 8. *&* 3. *de an.* 18. intelligere poſſumus, quotieſcunque libeat, non vero ſentire; quia ſenſibilis præſentia neceſſario exigitur, ut ſenſitivum liceat opus elicere, cum ipſius objectum extra ſenſitivam facultatem ſit conſtitutum. conſulto autem, non ſimpliciter ſenſibile accepit, at dixit εἰκεῖον αἰσθητὸν, (*proprium ſenſibile*) quia id vere objicitur unicuique ſenſui, ac circa ipſum perfecta, & deceptionis incapax exercetur operatio, quod nec in ſenſibili communi, vel per accidens, de quibus 2. *de an.* 63. *ſeqq.* non contingit. Similiter plantæ, ut enaſcantur, externis egent, vbi etiam conceptæ fuerint, aquas enim expoſcunt, ut enutriantur, ac Solis aſpectum, ut foveantur, non ſecus, quam fœtus in utero contenti maternum alimentum, & in ovis clauſi externum expoſcant calorem, ſive animalis ipſius, ut in noſtris regionibus frequenti intuemur eventu, ſive alia quapiam ratione, ut in Ægypto contingit, ubi ova citra incubitum nedum in fimetis ſponte naturæ pullos gignunt, ut obſervabat Plinius, verum etiam in furnis ova tepido calore, & magna induſtria, ac admirabili foventibus, ut *ibid.* monebat Dalechampius. nec quiſpiam objiciat è piſcium ovis pariter animal prodire, quæ tamen externo deſtituuntur calore, cum in aquis ſint, quibus natura frigus contulit, ut *ſeqq. c.* & tamen inde fœtus uberrimè erumpunt: etenim illa à piſcibus ipſis imperfecta eduntur, ſuumque extrinſecus aſſumunt incrementum, & perfectionem, *de ortu anim.* 3. *c.* 1. Aſtra tandem, corporum licet perfectiſſima, quodam & ipſa ordine Vniverſum reſpiciunt, cujus diſpoſitionis præcipuæ quædam partes exiſtunt:

Diſcrimen inter ſenſum, & intellectum.

Ex ovis pulli in Ægypto citra incubitum.

nat. hiſt. l. 10. *c.* 54.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

eos quoque, quibus insunt, orbes intuentur, & ab iis ulterius pendent, à quibus moventur, intelligentiis, de quibus

Opinio excludentium motrices intelligentias.

met. 12. 48. nisi forte motrices à cælis cum recentioribus quibusdam excludere placeret intelligentias, & à præpotenti supremi artificis manu progenitos planetas in fluidum æthera ab eodem asserere longo immersos, ac immissos intervallo, naturali sibi impetu circularem motum vindicasse; eo quia corpori motus ille non repugnet, ac in perfecta omnino superficie, remotis quibuslibet impedimentis, perfectæ sphæræ communicatum motum nunquam liqueat interrumpendum. à quo placito non recessisse videtur omnino

In Timæo.

Plato: cui licet quis velit adhærere, non tamen inde cælestium ordo ad externa omnino excluderetur, dum inferioris hujus mundi nunc placido, nunc severo intuitu habenas moderentur (ut *c. seqq. t. ult.* dicetur) quare & ipsi universo inservient. Singula igitur entia cum appareat necessarium quendam ordinem cum extrinseco quopiam semper exercere, quo Vniversum necessario careat, cum nil extra ipsum occurrat *hic t.* 5. jam patet cætera omnia Vniversum, hoc vero se ipsum tantummodo aspicere. Quæret tamen

Dubit.

aliquis, cum aëre indigeat animal ut respiret; sensibile pariter exigat objectum, ut sentiat: cur in textu non aëris, at potius actionis in respiratione auctor meminerit, dum ait ζῶα μὴ πρὸς ἀναπνοὴν, & sensum dum contemplaretur, non opus ipsius, at objectum assumpserit, si quidem dixit αἰσθήσεις πρὸς τὸ οἰκεῖον αἰσθητόν. Si velimus asserere id temerè factum, quid hoc indignum Philosopho proferremus, acutis sanè monitis, ac diligenti consilio prima nobis naturalis scientiæ dogmata

Solutio.

præscribente. Dicerem ego idcirco ab auctore id factum, quia respiratio hic exprimit necessariam illam, ut vita permaneat, caloris nativi temperiem, quæ externorum præsidio peragitur: hæc verò non aëris tantum beneficio, unave tantum ratione exercetur. illa scilicet adest & in piscibus, qui pulmone

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mone carent, ac in aquis degunt, quibus natura branchias est elargita, ut earum ope agitantes aquam, eodem fruerentur munere, quo in aëre viventes *de resp. c.* 10. & ulterius apparet in cartilagineis ipsis: ideoque non aëris, at respirationis voluit meminisse, ut eo nomine comprehenderet quamcunque respirationis rationem, sive membra, per quæ, sive medium, in quo exerceatur, placeret contemplari: eoque magis quod hic exactissime materies illa non erat pertractanda, tum quia hic illius sedes non erat constituta, cum etiam quia exempli tantum gratia afferebatur, quare cum dixisset entia quælibet externis connecti, optimo certe exemplo respirationem voluit assumere, quæ etiam in aquarum incolis, & per diversa membra in exanguibus, & sanguine præditis exercebatur, de quibus latè *de resp. c.* 9. Simile tamen quid non licebit excogitare, si quispiam inquirat, cur luminis meminerit, ubi visum contemplaretur, cum tamen alios sensus circa proprium sensibile inspexerit, quod (si visum intueamur) colorem esse, nemo ignorat. Dicamus nos luminis Ocellum fortasse meminisse, eo quia hoc arbitrabatur adæquatum visus objectum. color enim non videtur sine lumine, & præter colorem lumen etiam ipsum aspectui occurrit, & singula, quæ in tenebris videntur, ut lucida sane videntur, puta quercus putrida, squammæ piscium, ac hujusmodi, & idcirco Phil. 2. *de an.* 66. monebat adæquatum visus objectum non esse colorem, at quidpiam nomine destitutum, quod colorem quidem, ut lumine præditum complecteretur, at ulterius etiam ea, quæ ut lucida videmus; quare lucidis lumen cum conferat ut videantur, idem quoque præstet colori *ibid.* 23. non incongruè lumen hic accepisse Ocellum potius, quam colorem videtur asserendum; eoque magis, quod sat erat aliquid assumere rei extraneum, quo destituta proprio operi peragendo inepta redderetur. At his longe major emergit difficultas contra postrema textus verba,

Cur piscibus datæ branchiæ.

Color non est adæquatum visus objectum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ba, in quibus Vniverſum ad nil referri ſtatuitur. nonne Deum ipſum reſpiciet Vniverſum? cum profecto oporteat:

Pind. Pyth. od. 5. Παυσὶ μὲν θεὸν αἴτιον ὑποτιθέμεν,

Deus univerſi ſupremus finis.

(*cuique rei quidem Deum cauſam ſuperponere*) & ipſe Ariſtoteles mundum profitebatur æternum 1. *cæli* 101. *& ſeqq.* eundem tamen, primum motorem ſupremum veluti finem intueri edocuit, dum ab eo mundum, ac naturam prorſus monuit pendere 12. *met.* 38. quo loci Deum efficientem Vniverſi cauſam ſtatui, multi profitentur, ac hujuſmodi dogma

An efficiens cauſa juxta Peripateticos.

in via peripatetica ſuſtinendum acutiſſime probavit doctiſſimus Vincentius Montecalvus præceptor meus in ſuis eruditiſſimis metaphyſicę ſpeculationibus, ne tamen dubiis omnino

de pr. & 2. int. c. 4.

certa miſceamus, nemo auſus eſt unquam negare eo loci ab Ariſtotele, Deum finalem ſaltem univerſi, & naturæ cauſam conſtitui. Ocellum igitur tam impium dicemus, ut Deum ſaltem Vniverſi finem negaverit? & ſi illius eſt finis, jam certe Vniverſum ad quidpiam aliud, Deum ſcilicet, neceſſario ordine feretur. An id conſideraverit Ocellus, ignoro, veroſimile tamen eſt harmoniæ mundi auctorem Deum conſtituentem Ocellum, ac fatorum memorem, Deo ſaltem tribuiſſe, quod finalis foret univerſi cauſa, etenim fata admittendo providentiam quandam ipſius Dei fateri videtur, eo-

In op. de legibus hic c. 2. t. 2.

Pythagoræi providentiam Dei novere.

que magis, quod Pythagoreum ipſum fuiſſe novimus: & in hoc potiſſimum celeberrima illa ſchola videtur profeciſſe, ut unus inſtar omnium teſtabitur Hierocles, ſi excelſa illius dogmata legere placeat, quare dicerem Ocellum Vniverſi

in carm. Pyth. com. 16, & 17.

nomine cælos, tellurem, ac Deum ipſum fuiſſe complexum, ideoque Vniverſum à nullo pendere ſtatuiſſe, quia Deus omnium cauſa, ac ſempiternum, optimumque vivens 12. *met.* 39. in Vniverſo ab eo collocabatur, neque mirum id cuipiam videatur, nam cælum certe auctor Vniverſi nomine voluit con-

Dii cælorum incolæ.

tineri, & cælos Deum incolere crediderunt antiqui, ut enim monebat Philoſophus 2. *cæli t.* 2. τὸ δ' ἀφανὲς, καὶ τὸ ἄνω τόπον οἱ

μὲν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

μὴν δὲ χαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν, ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον (*Cælum, & eum, qui ſurſum eſt, locum veteres Diis attribuerunt, ut exiſtentem ſolum immortalem*) cælum quinimo genitum ideo aſſerebat Heſiodus: *in Theogon.*

ὄφρ' ἕη μακάρεσσι θεοῖς ἕδος ἀσφαλὲς αἰεί,

(*ut eſſet beatis Diis ſedes tuta ſemper*) quare ſi ſedem Dei cælum arbitrabatur, & illud in Vniverſo locabat, jam clarum eſt, Vniverſum juxta Ocelli placita Deum comprehendere; ideoque illius licet cauſa Deus ſtatuatur, optime dicetur ab alio Vniverſum non pendere. nec quis hæc Ocellum aſſerat non fuiſſe opinatum, cum enim inferiùs *cap.* 3. dicat Deos in cælis eſſe, hæc quoque ſingula videtur aſſeruiſſe. nec quiſpiam turbetur, quod ibi plurali numero Ocellum videat loquutum, illud enim vulgari inſiſtens rationi protulit: ſapientis quippe intellectus Deorum multitudinem neſcit excogitare, at unum ipſum cum Ariſtotele prædicabit 12. *met. ult.* dicente, οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη εἷς κοίρανος (*non bona principatuum multitudo: unus princeps*) cum *ſuperius ibid. t.* 50. primi motoris unitate tradita, dixiſſet, cætera quæ de Diis confinxerat antiquitas, μυθικῶς ἤδη προσήχθη πρὸς τὴν πειθὼ τῶν πολλῶν, καὶ πρὸς τὰ εἰς τοὺς νόμους καὶ τὸ συμφέρον χρῆσιν. (*fabuloſe addita, ut multitudo ſuaderetur, & ad leges, & ad eas res, quæ conducunt, complectendas*) is ſcilicet, qui primus tam ſtolida Diis adſcripſit, populiſque ſuaſit, non prorſus inſanos ethnicos arbitratus, illa excogitavit, verum ut aiebat Iſocrates, ἅμα μὲν ἐθίζειν ὀιόμενος δεῖν τὸν ὄχλον ἅπασιν ἐμμένειν τοῖς ὑπὸ τῶν ἀρχόντων προσταττομένοις, ἅμα δὲ βουλόμενος πεῖραν λαμβάνειν τοῖς φανεροῖς ἴνα τινα περὶ τῶν ἀφανῶν διάνοιαν ἔχωσιν. ἐνόμιζε γὰρ τοὺς μὲν τούτων ὀλιγωρήσαντας, τυχὸν ἂν καὶ τῶν μειζόνων καταφρονήσειν· τοὺς δ' ὑπὸ πάντων ὁμοίως ἐμμένοντας τῇ τάξει βεβαιώσεσθαι τὴν αὐτῶν εὐσέβειαν ἀπαδεδειγμένους. (*partim vulgus aſſuefaciendum eſſe ad obſervanda omnia Principum edicta exiſtimavit, partim in rebus manifeſtis experiri voluit, quid de occultis ſentirent. nam qui hæc negli-*

Deus unus juxta veteres ſapientes, & cur plures aſſererent.

in Buſir. laud.

negligerent, eos fortaſſis etiam majora contempturos. qui autem æque in omnibus ordinem conſervarent, eos jam edidiſſe ſpecimen ſuæ in conſervanda religione conſtantiæ arbitrabatur) his autem abſurdis, per quæ Deorum turba effingeretur, licet non adhæreret Ariſtoteles, voluit tamen Deos plurali nomine expreſſiſſe, ut vulgarem, ſcilicet, loquendi modum ſectaretur, ea de cauſa, quam *inf. c. 2. t. 9.* exprimemus; qui etiam cum Ocello mirificè conſentit, dum cuncta, quæ ſunt in univerſo mutuo tradat ordine connexa 12. *met.* 52. ita ut unum quid, bonum ſcilicet univerſi reſpiciant, quod pariter hic Ocellum intendere eſt veroſimile, quem etiam ad externa ordinem in ipſis elementis acutè expreſſit Ariſt. dum 4. *phyſ.* 48. ſic ea invicem ſe obſervavit habere, quod ipſorum unumquodque ad ſuperius ita properaret, ac ſi ab eo per ſimilem qualitatem conſervari appeteret, illudque ſemper, quod inter ipſa foret inferius ad ſibi proximum corpus, ſuum veluti actum præpeti greſſu ferretur *ibid.* 49. ut infra obſervabimus. & nobilem hunc cunctarum Vniverſi partium nexum, & illum, quo Deum ſupremum opificem, primo, ac præcipuè reſpicit, ordinem ſic eleganter expreſſit Manilius:

Mutuus elementorum ordo.

ca. 2. t. 4.

aſtron. 1.

Hoc opus immenſi conſtructum corpore mundi,
Membraque naturæ diverſa condita forma
Aëris, atque ignis, terræ, pelagique jacentis
Vis animæ divina regit, ſacroque meatu
Conſpirat Deus, & tacita ratione gubernat,
Et multa in cunctas diſpenſat fœdera partes,
Alter ut alterius vires faciatque, feratque
Summaque per varias maneat cognata figuras.

Quarta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Quarta ratio, qua Vniverſi æternitas infertur. Text. 8.

Ἔτι δὲ καὶ ὅτως ἔυγνωστον ἔσται τὸ λεγόμενον, ὅτι ἀληθές ἐστι. τότε γὰρ πῦρ ἑτέρῳ θερμαντικὸν ὂν αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ. 1. θερμόν ἐστι. καὶ τὸ μέλι γλυκαντικὸν γιόμενον αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ. 1. γλυκύ ἐστιν. καὶ αἱ ἀρχαὶ τ ἀποδείξεων τ ἀφανῶν σημαντικαὶ ὅσαι αὐταὶ ἐξ ἑαυτῶν ἐμφανεῖς. 2. τε, καὶ γνωστικαί εἰσιν. ὅτως ἂν καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τ αὐτοτελείας, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ αὐτοτελές ἐστι, καὶ τὸ τοῖς ἄλλοις αἴτιον. 3. γινόμενον τ σωτηρίας καὶ διαμονῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ σωζόμενον, καὶ διαμένον ἐστί. ⁊ τοῖς ἄλλοις αἴτιον γινόμενον τῆς συναρμογῆς, αὐτὸ ἐξ ἑαυτοῦ συνηρμοσμένον ἐστιν. ὁ δέγε κόσμος αὐτός ἐστι τοῖς ἄλλοις καὶ 4. τοῦ εἶναι, καὶ τοῦ σώζεσθαι, καὶ τοῦ αὐτοτελῆ εἶναι. αὐτὸς ἄρα ἐξ ἑαυτοῦ αἰδιός ἐστι, καὶ αὐτοτελής, καὶ διαμένων τ πάντα αἰῶνα, καὶ δι' αὐτὸ τοῦτο τοῖς ἄλλοις παραίτιος γινόμενος τ διαμονῆς τῶν ὅλων. 5.

ADhuc autem melius cognoſcetur jam dicta vera eſſe: ignis enim alia cum calefaciat ex ſe ipſo calidus eſt, & mel, quod aliis dulcedinem communicat, ex ſe ipſo eſt dulce, & demonſtrationis principia, per quæ obſcura nobis innoteſcunt, ex ſe ipſis manifeſta ſunt, ac nota. ſic igitur & quod aliis cauſa eſt ut in ſe ſint perfecta, ipſum ex ſe ipſo perfectum eſt, & quod aliis eſt cauſa ſalutis, ac permanentiæ, ipſum ex ſe ipſo ſalvum eſt, ac permanens, & quod aliis eſt cauſa concentus, ex ſe ipſo eſt concinnum. Mundus ſane cauſa aliis, quod ſint, ſerventur, & in ſe perfectionem habeant, ipſe igitur ex ſe ipſo perpetuus eſt, ex ſe perfectus, & permanet per omnia ſæcula, & per hoc ipſum cæteris eſt cauſa, ut perpetuo permaneant.

1. n. αὐτοῦ im. ex v. & al.

2. n. ἀφανεῖς im. ex vv. & c.

3. in vv. deeſt αἴτιον.

4. ad ϳ ex vv.

5. ad ex c. & vv.

PARAPHRASIS.

EOrum vero, quæ dicta ſunt, veritas magis eluceſcet, ſi placeat animadvertere ignem, quia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

aliis calorem confert, ſuapte natura ſibi calorem, & ſic pariter mel, cum cæteris dulcedinem communicet, eam ſibi, eadem ratione, vindicare: prima quoque demonſtrationis principia, per quæ ignotæ nobis innoteſcunt concluſiones, per ſe nota eſſe, ac manifeſta. quare ſimili profecto ratione de eo philoſophandum, quod cæteris perfectionem, ſalutem, ac permanentiam conferre conſuevit; ipſum ſcilicet per ſe perfectum eſſe, ſalubre, ac permanens, idque ex ſe concinnum eſſe, à quo cætera concentum deſumunt. ideoque Vniverſum, ut alia quælibet entia exiſtant, ſerventur, ac ſint perfecta, vera cum ſit cauſa, neceſſario per ſe perpetuum erit, per omnia permanebit ſæcula, ac ſuam virtutem aliis quoque rebus, ut perpetuo permaneant, communicabit.

COMMENTARIVS.

DEſumpto fere ex traditis præcedenti textu principio; alia hic ſtatuitur ratio, qua univerſum æternum eſſe, illi quinimo prædicatum hujuſmodi per ſe, ac fere ſecundum quod ipſum, de quibus late *poſt.* 1. *c.* 4. *& ſeq.* ineſſe facillime inferatur: ac ita differere videtur Ocellus. ab univerſo cætera ſortiuntur, quod exiſtant, permaneant, ac perfecta ſint; quare à ſe ipſo hæc eadem ſingula aſſequetur univerſum, ideoque æternum permanebit, quæ ſingula veritati eſſe conſona ex eo potiſſimum apparet, quod ſi univerſum, non aliunde, quam ex ſe ipſo proprium eſſe depromit, nullam

Auctoris ratio.

certe

certe licebit rationem excogitare, qua illud queat amittere, ut latius *inf. t. 9.* quod vero cæteris ſingula jam tradita univerſum uberrime præſtet, ex eo patet, quod ſupra monebamus, cuncta ad univerſum referri edocentes; ac inde confirmatur, quod eatenus res eſt, permanet, ac propriæ dicitur perfectionis particeps, quatenus eſt actu in rerum natura, & extra ſuas cauſas, quod eſt idem ac eſſe in univerſo: ideoque res ab ipſo ſingulæ pendebunt, ut ab eo, in quo ſint, conſerventur, & ab ejuſdem potiſſimis partibus omnino conſtituantur. Vniverſum vero ea ſingula non ab alio quopiam, at à ſe ipſo aſſequi, inde infert auctor, quod ſemper ex ſe ipſo eſt tale, quod alii confert, ut alia ſint. puta ignis, à quo alia calorem deſumunt, ſuapte natura calidus eſt; mel pariter, quod aliis dulcedinem tribuit, eſt per ſe dulce; demonſtrationis principia ex ſe ſunt certa, & manifeſta, quia ignotas nobis concluſiones aperiunt, ſicque ſingula entia percurrendo, quidquid aliis perfectionem aliquam confert, ut ejuſdem, actu, vel virtute ſit per ſe particeps, oportet. Hanc Ocelli rationem, hic obſervat Nogarola, & à Critolao Peripatetico ad hoc idem probandum fuiſſe depromptam, ac Philonem in duabus præcedentibus idem præſtitiſſe, id tamen in illius V. Cl. notis, in hujus operis calce impreſſis, unuſquiſque legat, cum ſit noſtri tantummodo inſtituti Ocellum commentariis illuſtrare, & Ariſtotelis præcipue ex eo deprehenſa dogmata obſervare, ut Peripateticæ ſcholæ aliquid utilitatis, tenues hi noſtri labores (ſi noſtra permittat imbecillitas) conferant. & idcirco animadvertendum, Peripateticis pariter eſſe commune axioma illud, ens unumquodque eam ſuapte natura ſibi qualitatem adſciſcere, quam aliis valeat elargiri, ipſum ſcilicet longe clarius, & firmius iiſdem ignis, & demonſtrationis principiorum exemplis exhibuit Philoſophus, tum univerſaliter, tum etiam uni certæ demonſtrationis materiæ coaptatum: primum nobis occurrit *met. 2. t. 4.* quo

Peripateticum axioma.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quo loci edocebat, ens illud, quod reliquis qualitatem quampiam confert, ſemper ejuſdem quam maxime particeps eſſe, cum ſic edoceret: ἕκαστον δὲ μάλιστα αὐτὸ τ̃ ἄλλων, καθ' ὃ καὶ τοῖς ἄλλοις ὑπάρχῃ τὸ σωώνυμον, οἷον τὸ πῦρ θερμότατον, καὶ γὰρ τοῖς ἄλλοις τὸ αἴτιον τοῦτο τ̃ θερμότητ⟨ος⟩. ὥστε καὶ ἀληθέστατον τὸ τοῖς ὑστέροις αἴτιον τοῦτο ἀληθέσιν εἶναι (*unumquodque autem maximè ipſum aliorum per quod & aliis ineſt univocum, ut ignis calidiſſimus, namque hic aliis cauſa caliditatis, quare & maxime verum, poſterioribus quod eſt cauſa ut vera ſint*) alterum aperte expreſſit pariter Philoſophus *poſt. p. c.* 2. ubi demonſtrationis principia eſſe notiora concluſione cum doceret, ex eo potiſſimum veritatem illam inferebat, quod concluſionis notitiam parerent; & celebre illud ibi ſtatuebat axioma, ἀεὶ γὰρ δι' ὃ ὑπάρχῃ ἕκαστον ἐκεῖνο μᾶλλον ὑπάρχῃ (*ſemper enim propter quod eſt unumquodque, illud magis ineſt,*) ens ſcilicet illud, quod alteri confert, ut alicujus particeps ſit qualitatis, eam nedum ſibi vindicare, ſed etiam magis, quam illud ens, cui eam communicet, ut prædictum ignis exemplum abunde confirmat. quod eleganter ſane reſpexit Iſocrates, dum Principes longe ſubditis præſtantiores eſſe oportere inde ſuadebat, quod ex iis præſtantia quodammodo in hos transferretur, ajebat enim: ὠφθόκειν ἡγοῦμαι, τοσούτῳ τὰς βασιλέας βελτίους εἶναι τ̃ ἰδιωτῶν, ὅσῳπερ καὶ τὰς τιμὰς μείζους αὐτῶν ἔχουσι. καὶ δεινὰ ποιεῖν ὅσοι τοὺς μὲν ἄλλους κοσμίως ζῆν ἀναγκάζουσιν, αὐτοὶ δ' αὑτοὺς μὴ σωφρονεστέρους τ̃ ἀρχομένων παρέχουσι. (*decere arbitrabar tanto reges meliores eſſe privatis hominibus, quo majores habent honores, quam ipſi, & iniquiſſimè facere quoſcunque, qui alios quidem modeſte vivere cogunt, ipſi vero ſe ipſos modeſtiores non præbent iis, quibus imperant.*)

Deus moderator Vniverſi.

Quinta

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Quinta ad hoc idem oſtendendum ratio. Textus 9.

Ὅλως δὲ εἰ καὶ διαλύεται τὸ πᾶν, ἤτοι εἰς τὸ ὂν, ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν διαλυθήσεται. καὶ εἰς μὲν τὸ ὂν ἀδύνατον. ἐ γὰρ ἔσται τοῦ παντὸς φθορὰ ἐὰν εἰς τὸ ὂν διαλύεται. 1. τὸ γὰρ ὂν, ἤτοι τὸ πᾶν, ἢ τὸ μέρος τί ἐστι τοῦ παντὸς, καὶ μὲν οὐδὲ εἰς τὸ μὴ ὄν. ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀποτελέσθαι ἐκ τῶν μὴ ὄντων, 2. ἢ εἰς τὸ μὴ ὂν ἀναλυθῆναι. ἄφθαρτον ἄρα. 3. καὶ ἀνώλεθρον τὸ πᾶν.

Omnino autem, & diſſolvatur univerſum, vel in ens diſſolvetur, vel in non ens. & in ens quidem eſt impoſſibile, non enim erit Vniverſi corruptio, ſi in ens diſſolvatur: ens enim vel eſt ipſum univerſum, vel univerſi quædam pars; & ſane neque in non ens: namque impoſſibile ens perfici ex non entibus, vel in non ens reſolvi. incorruptibile igitur, & interitus expers eſt univerſum.

1. c. & v. διαλύῃ.

2. vv. ἀπόλεσθαι ἐκ τοῦ ὄντος.

3. c. & vv. non ἄφθαρτα, ſed γάρ.

PARAPHRASIS.

PRæterea Vniverſum ſi contingeret diſſolvi, vel in ens certe, vel in non ens reſolveretur. ſi prius quis ſtatuat, is oppoſita ſimul affirmabit, nam quoties in ens reſolutum dicamus Vniverſum, ipſum negamus interiiſſe: eo quia ens vel idem ſit ac univerſum, vel ſaltem illius pars. abſurdum pariter eſt alterum, cum à rectis diſſonum ſit Philoſophiæ monitis, edocere, ens ex non entibus prodire, vel in ea reſolvi. quare ut hæc abſurda evitentur, ſancire oportebit, interitus expers eſſe Vniverſum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

VNiversi æternitatem alia suadet ratione Ocellus, quæ primo loco recensitæ non dissimilis, omnium certe validissima videatur, quas Philosophus, cui solum naturæ lumen affulserit, queat afferre, ac ita disserit. Si universum quis statuat interire, per interitum vel ad ens vergere, vel ad non ens, proculdubio affirmabit; quorum prius asserere si placeat, universum adhuc permanebit, posteaquam ipsum interiisse statuerimus; ens siquidem vel erit ipsum Vniversum, vel Vniversi pars; vox enim πᾶν (universum) singula quæ sunt, complectitur. Si vero alterum quis affirmat, illud pariter absurdum, eo quia, ut ens ex non ente nequit prodire, in non ens pariter resolvi est impossibile. Huic diutius insistere rationi foret inutile, dum fuse ex iis, quæ *tex.* 1. tradidimus ipsa illustretur: illo siquidem nititur dogmate, quod viribus naturæ nil queat ex non ente prodire, nec per interitum unquam aliquid in nihilum redigi contingat, ut ideo cecinerit Lucretius:

Ratio Auctoris.

Lib. 1.

Nam si de nihilo fierent, ex omnibus rebus
Omne genus nasci posset: nil semine egeret.
E mare primùm homines, è terra posset oriri
Squamigerum genus, & volucres, ——

indeque interitum eorum, quæ sunt, respiciens, *ibidem*, subdebat:

Huc accedit, uti quidque in sua corpora rursum
Dissolvat natura: neque ad nihilum interimat res.

Qua ratione ortus apud Arist. sit æternus.

ex hoc vero naturæ instituto perpetuum esse ortum, & interitum educebat Aristoteles, dum entia æternitatem hujusmodi in Vniverso sortiri dicebat, non quod materia foret infinita, è qua res educerentur (abunde scilicet infinitum fuerat excluſum, *phys.* 3. 35. *& seqq.*) sed quia unius interitum semper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

semper alterius entis ortus consequebatur, 1. *de ortu* 17. quatenus res dum interiret, in materiam resolveretur, quæ illico alia forma exornaretur, unde Ovidius elegantissime dicebat: Met. 15.

Nec perit in tanto quidquam, mihi credite, mundo.
Sed variat, faciemque novat: nascique vocatur
Incipere esse aliud, quàm quod fuit ante: morique
Desinere illud idem: cum sint huc forsitan illa,
Hæc translata illuc.

hanc tamen rationem, non secus quam cæteras, quibus falsum hoc inhæret Ocelli dogma, *inf. t. ult.* facillime solvi ostendemus. quam ingeniosam esse vel Aristotelis suadere videtur auctoritas, qui, non dissimili methodo, materiam pariter ortus expertem, ac interitus *phys. p.* 82. profitebatur. quam tamen, cum formis aliquando videret destitui, quibus antea gaudebat; eam idcirco per accidens oriri dixit, & interire, ratione annexæ privationis, quæ unum numero cum ipsa constituit *ibid.* 66. quod non ita crediderim intelligendum, ut plerique interpretum opinantur; adventum scilicet formæ, illi ortum per accidens conferre, ejusdemque abscessum illius interitum moliri: at potius ex opposito arbitrarer, quod eatenus ortum sibi, ac interitum materia cum adsciscat, quatenus unum numero cum privatione constituit: tunc per accidens materiam oriri videatur statuendum, quando recedente forma compositum intereat, sicque materiæ privatio accedat: eamque pari ratione interire, per accidens, cum formæ accessus ab ea privationem expellat, indeque compositum enascatur; ut aperte *phys. p.* 82. suadetur, quo loci Philosophus materiæ interitum docebat adscribi, quia, τὸ φθειρόμενον ἐν τούτῳ ἐστὶν ἡ στέρησις, *quod corrumpitur in hac, est privatio.*

Materia ortus expers ac interitus.

Quo pacto per accidens oriatur & intereat.

Sexta

Text. 10.

Sexta ad hoc idem ratio.

1. v. non habet καὶ. 2. c. δεξάζοι. 3. al. ἔξοθεν, ἤτοι ὑπὸ τινος τῶν ὄντος.

Εἰ δέ τις 1. δοξάζοι 2. τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω. 3. τὸ παντὸς φθαρήσεται δυνασδόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός. ἅτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν. ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν. τὰ γὰρ ἄλλα πάντα ἐν τῷ παντὶ, καὶ τὸ ὅλον, καὶ τὸ πᾶν ὁ κόσμος. ἅτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ. δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά τε, καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. τοῦτο δὲ οὐκ ἀληθές. 4. ἄρεται γὰρ τὰ πάντα ὑπὸ τοῦ παντὸς, καὶ εἰς τοῦτο, καὶ σώζεται, καὶ συνήρμοσται, καὶ βίον ἔχει, καὶ ψυχήν. εἰ δὲ ἅτε ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, ἅτε ὑπό τινος τῶν ἔνδοθεν φθαρήσεται τὸ πᾶν ἄφθαρτος ἄρα, καὶ ἀνώλεθρος ὁ κόσμος. τοῦτο γὰρ ἔφαμεν εἶναι τὸ πᾶν.

4. n. ἀληθές. im. ex v. & c.

SI autem quis opinetur ipſum corrumpendum, ab aliquo, quod ſit extra univerſum, ſuperatum corrumpetur, vel ab aliquo, quod ſit intra. non ſane ab aliquo extrinſeco, extra univerſum enim nihil eſt, alia namque omnia in Vniverſo, & totum ac Vniverſum eſt mundus. nec etiam ab aliquibus quæ ſint in ipſo; hæc enim majora ipſo, ac potentiora eſſe oporteret, hoc autem verum non eſt, nam omnia aguntur ab univerſo, & per ipſum ſervantur, conveniunt, vitam habent, ac animam. ſi vero nec ab aliquo externo, nec ab interno quopiam univerſum corrumpetur, incorruptibilis igitur, & æternus erit mundus, eum enim diximus eſſe univerſum.

PARAPHRASIS.

SI autem quis opinetur ipſum corrumpendum vel ab aliquo, quod ſit extra Vniverſum, ſuperatum, interibit, vel à quopiam, quod in ipſo locetur: non ſane ab aliquo extrinſeco, namque extra

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tra universum nihil continget reperiri, cum universo singula insint entia, ac mundus sit ipsum Vniversum. ab aliquo intrinseco eo minus interitum pertimescet, quia id certe ipso majus, ac potentius esse oporteret, dum illius interitum queat moliri: quod dissonum est, cum omnia regat universum, vitamque singulis, ac animam conferat. quare cum nec interna, nec externa ullum ipsi minentur interitum, mundus perennis erit, nec interitui obnoxius, cum idem sit mundus, ac Vniversum.

COMMENTARIVS.

LOnge omnium ingeniosa ratione sæpius probatum dogma hoc textu confirmat Ocellus, & ita ratiocinatur, ut interitui nunquam futurum obnoxium inferat Vniversum. si interiturum ipsum statuamus, illius certe corruptionem molietur quidpiam, quod in illius sinu claudatur, vel quod extra ipsum jam fuerit constitutum. postremum hoc, tradita *t.* 5. abunde rejiciunt, dum inde constet nil extra ipsum reperiri, at omnia in eo comprehendi: neque magis veritati consonum videtur prius, id siquidem universo longe validius esse oporteret; cuipiam scilicet non succumberet, ni illud se ipso potentius experiretur: videmus enim contraria, quæ assidue in mutuum conspirant interitum, semper quidem acres pugnas exercere, sed tunc tantummodo eorum unum alterum evertere, cum eo fortius, ac vehementius fuerit, ut observabat Aristotel. 1. *de gen.* 88. at verosimile non est aliquid in universo contineri ipso validius, cum id singula entia complectatur, eademque per ipsum sint, serventur, ac pro- Auctoris ratio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
367 E 4

prias perfectiones acquirant : imo universum cunctas partes, è quibus consurgit, robore superabit ; cum illas moveat, agitet, ab illisque nil simile patiatur : quare si nec interna, nec externa illius queunt perniciem moliri, proculdubio interitus expers erit statuendum : & hac eadem fere ratione universi pariter æternitatem apud Stobæum Philolaus inferebat, dicens, ἔτι γὰρ ἔνπαθεν ἄλλα τις αἰτία δυναμικωτέρα αὐτᾶς εὑρεθήσεται, ἔτ' ἔκπαθεν φθεῖραι αὐτὸν δυναμένα (*nec intra ipsum causa potentior ulla reperitur, nec extra quicquam, quod possit eum perdere.*) nec hujus rationis principia à Peripateticis dissentiunt fundamentis. hoc enim duplex interitus principium interius scilicet, ac exterius, & in ipsis viventibus, observavit Aristoteles *de rep. cap.* 17. quo loci modos corruptionis ab invicem specie differre docebat, quia mors aliqua foret violenta, cum scilicet ab externis prodiret principiis, altera vero naturalis, cum illius principia in ipso vigerent subjecto, quod *ibid. & c. seq.* fusius declarat : & hæc tunc accidit, cum contraria, è quibus unumquodque constituitur (de quibus hic *cap. seq.*) invicem pugnent, eorumque unum cætera omnino sibi subjiciat, inde enim mixti formam recedere oportet, ut plene Philosophus expressit 1. *cæli t. ult.* tunc vero illa contingit, cum ab externis quibuslibet causis opprimitur compositum. duplex hoc corruptionis genus pariter in ipsis rebuspublicis Philosophus *polit.* 5. *cap.* 7. docuit contingere, dicens πᾶσαι δ' αἱ πολιτεῖαι λύονται ὁτὲ μὲν ἐξ αὐτῶν, ὁτὲ δ' ἔξωθεν. (*dissolvuntur vero cunctæ respublicæ interdum per seipsas, interdum per externam causam.*) nec miretur aliquis nedum violentos interitus, at naturales etiam adesse, dum hoc etiam discrimen in ortu, auctione, reliquisque speciebus motus, observarit Aristoteles *phys.* 5. 57. *& seqq.*

Duplex causa interitus.

Mors naturalis, & violenta quæ.

Rerumpubl. duplex interitus causa.

Ortus naturalis, & violentus.

Æter-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Æternitas quanam ratione entibus caducis à natura conferatur. Text. 11.

Ἔτι δὲ καὶ ὅλη δι' ὅλης ἡ φύσις θεωρουμένη τὸ συνεχὲς ἀπὸ τῶν πρώτων καὶ τιμιωτάτων ἀφαιρεῖ, καὶ 1. λόγον ἀπομαραινομένη τὸ συνεχὲς, καὶ προσάγουσι ἐπὶ πᾶν τὸ θνητὸν, καὶ διέξοδον ἐπιδεχομένη τῆς ἰδίας συστάσεως (τὰ μὲν γὰρ πρῶτα κινούμενα κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως κύκλου ἀμείβει) 2. διέξοδον 3. οὐκ. 4. ἐφεξῆς καὶ συνεχῶς. ἀμοιβὴν τόνδε 5. κατὰ τόπον, ἀλλὰ τὴν κατὰ μεταβολήν.

Præterea tota natura secundum totam considerata, continuitatem à primis & maximè honorabilibus adimit, proportione servata languidam reddens continuitatem, & ad omne mortale adducens, & transitum accipiens suæ constitutionis (prima enim quæ moventur per eadem & similiter circulum pertranseunt) transitum non deinceps, & continuò, neque illum qui sit secundum locum, sed qui sit secundum mutationem.

1. v. κατ' ἐλίγον.
2. vv. ἀμείβουσα.
3. Lov. περιόδων ἐφεξῆς.
4. v. ἓν.
5. h. τλὸ. im. ex v.

PARAPHRASIS.

IPsa quoque natura, si eam universam contemplemur, hæc indicat: dum perennitatem à primis, & præcipuis Vniversi partibus ad eas, quæ sunt caducæ, ac mortales, licet proportione quadam servata, tenuatam, videtur ita transferre, ut non perfecta tamen, at diminuta quadam ratione iis attribuatur, ut enim prima corpora quæ moventur, per eadem semper spatia, eademque ratione perenni motu circumvolvuntur, ita caducorum species non continuato quidem, & non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

interrupto motu, nec etiam per localem lationem, sed per cæteras mutationes conservantur.

COMMENTARIVS.

PLuribus hucusque Auctor sua placita illustravit rationibus, quibus universi æternitatem ostenderet, quia tamen hæc facilè everti posse videbantur, dum in inferiorum quibuslibet entium speciebus, in ipsis quoque elementis interitus quocunque temporis occurrat momento, unde hoc prorsus Ocelli dogma caderet: ubi enim testis sit sensus, ac sensibilia spectemus, frustra ad rationes confugimus, quæ contrarium ostentent 8. *phys.* 22. ni forte Heraclitum placeat sectari, qui barbaros tantum animos fidem sensibus habere profitebatur, ajebat enim apud Empiricum κακοὶ μάρτυρες ἀνθρώποισιν ὀφθαλμοὶ, καὶ ὦτα βαρβάρους ψυχὰς ἐχόντων (*Mali sunt testes hominibus oculi, & aures barbaras habentium animas.*) Auctor ideo, ut hanc ingeniosè eludat difficultatem, illius quasi præveniens impetum, qua potissimum ratione entium quoque caducorum speciebus æternitas insit, nobis aperit, & in earum perpetua etiam mutatione æternitatis quandam nec obscuram simul edocens refulgere imaginem, nova præsidia confert, quibus statutum dogma valide contingat inniti: ac si ratiocinetur ita. partes universi, quæ assidua premuntur mutatione, æternitatem præseferunt, idem igitur longe magis cæteræ præstabunt, quæ illi non videntur obnoxiæ, indeque universi consurget æternitas. Id præcipue cum hoc, & *seqq. tex.* velit suadere, nunc elegantem exprimit rationem, qua enti unicuique æternitas à natura tribuatur, & docet, quod si naturam ipsam secundum se totam attente contemplemur, videbimus eam à primis, & præstantissimis universi partibus quodammodo auferre perennitatem, eamque proportione quadam servata sensim imminuere, &

Heracliti sententia de sensibus.

Adv. mathem. lib. 7.

Æternit. vestigia etiam in caducis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

re, & languidam quodammodo reddere, ac ita imminutam ad unumquodque mortale adducere, ita ut in entibus quoque caducis æternitas appareat, sed non ita vivida, ac perfecta, ut in supremis illis partibus refulget. Sed, cedo mi Ocelle, quanam ratione langueſcit hæc æternitas, quonam pacto imminuitur? ab ea enim si quid vel minimum dempseris, nobili æternitatis nomine prorsus erit indigna; præcipiti nimis impetu ad metaphoras hæc feruntur, ideoque à Philosophia omnino excludenda non minùs, quam maris illa definitio, quam afferebat Empedocles dicens ipsum terræ sudorem, fuerit ideo ab Aristotele excluſa *meteor. 2. sum. 1. c. 3.* Declarat acute quid sentiat Ocellus, & id, quod perobscure tradiderat, subdit contingere, quia æternitas suæ constitutionis quendam percursum, ac transitum assumit: immobili scilicet non servat ratione id, quod ejus perfecta conditio exigere videtur. quæ enim sunt absolute æterna, à se quæcunque vel minima ortus, ac interitus vestigia excludunt *eth. 6. cap. 3.* quod in præcipuis universi partibus exactissime viget, ideoque in illis perfecta æternitatis floret constitutio, quæ in cæteris imperfecte cum refulgeat, transitum ideo quendam, ac percursum videtur assumere. Sed dicas quæso, ô Ocelle, his primis partibus quomodo æternitas ineſt, ac cæteræ quonam pacto illa imminuta potiuntur, & quisnam hic est percursus, quem sumit in cæteris perennitatis constitutio? quæsito satisfacturus, eorum fere quæ dixerat propriam afferens rationem, observat ea, quæ primo moventur per eadem, & similiter circulum, ac orbem suum pertransire: hoc est ipsi cæli, qui primum inter corpora motu prædita locum sibi vindicant, in orbem ita feruntur, ut semper similiter, ac per eandem viam, & per eadem media nullius alterius alterationis participes, circulari motu ferantur, qui solus unus, continuus, & perpetuus esse potest *phys. 8. 73.* cæteroſque omnes motus à se excludunt *1. cæli 22.* dicit verò *per eadem* pertransire, & conficere circulum, quia

Mare terræ sudor.

Æternitatis tenuatæ ratio.

Cælorum motus qualis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ab eodem in idem circularis motus progreditur *d. t. 73.* eademque ideo ſemper ſpatia percurrit : addiditque *ſimiliter*, quia talis motus ſolus unitatis particeps cum ſit ſolus etiam eſt regularis, 8. *phyſ.76.* ut qui ſimili ſemper ratione, & æquali velocitate queat exerceri,non me latet Ariſtotelem docuiſſe *d. t. 73.* circularem motum nunquam eſſe in iiſdem, ut in recto motu contingit, unde falſum videatur quod hic ſtatuitur, per eadem in circulari motu fieri tranſitum : at hæc nil officiunt, ibi ſiquidem de regreſſu eſt ſermo ad terminum à quo motus inchoarat, qui ſuccedit, novas ſemper ſpatii partes percurrendo, quod in recto motu reflexo non contingit, ut *ibid.* obſervatur : hic vero loquitur auctor de iterato motu circulari, qualem in cæleſtibus orbibus intuemur, in quibus perennes revolutiones ſtatis temporibus continuè iteratæ per eadem ſpatia, eademque prorſus ratione exercentur. ex iis igitur jure infert æternitatem in cælis refulgere ; quia ſuos peragunt motus cujuslibet contrarietatis, alterationis, & interitus incapaces, ideoque illos primas, ac præſtantiſſimas univerſi partes nuncupavit, iiſque tantummodo veram, ac propriè acceptam æternitatem adſcripſit, quod pariter ab antiquis obſervatum monuiſſe videtur Ariſtoteles,dum 2. *cæli t.* 2. ait, τὸν δ' ἐραννὸν καὶ τ' ἄνω τόπον, οἱ μὲν ἀρχαῖοι τοῖς θεοῖς ἀπένειμαν, ὡς ὄντα μόνον ἀθάνατον. (*ſuperum locum cælumque veteres Diis tribuerunt, utpote qui ſolùm ſit immortalis.*) Hanc vero tenuatam in aliis apparere ſuadet æternitatem, quia progreſſum accipiat in illis, non perenni quadam, ac perfecta ſerie, ut in cælis evenit, corruptioni namque reliqua entia ſunt obnoxia, ideoque nec hujuſmodi progreſſus continuus in iis expoſcendus, qui ſuccedat ſecundum motum localem, hujus enim unitas unitatem exigit ſubjecti 8. *phyſ.* 64. cum ille tantùm motus ſit ſimpliciter unus, qui continuus cum ſit, ulterius dicit unitatem termini, ſubjecti,& temporis. 5. *phyſ.* 35. ſed perennitas dicitur aſſumere *tranſitum ſecun-*

Motus circularis ſolus regularis. Dubitatio.

Solutio.

Cælum cur Diis tributum.

Qui motus ſimpliciter unus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſecundum mutationem, quia in rebus continuò apparent quædam mutationes, quarum nexus iiſdem tribuat æternitatem; dum ſemper unius interitum alterius ortus conſequatur, quod dilucide *t.* 12. *hic* explicabitur, in fine præſertim, ubi docebit entium plurima diſſolvi, & inde alia fieri. mutationis vero nomine ab Auctore nunc ortum, & interitum expreſſos fuiſſe, nedum ex eo licet conjicere, quod iis vere mutationis rationem ſcimus competere, ut monebat Ariſtoteles *phyſ.* 5. *t.* 7. quo loci motum propriè iis non convenire obſervabat *textu ſeq.* at ulterius inde inferendum, quod *ſuperius t.* 2. ortum, & interitum mutationis nomine tantummodo exprimi Auctor profitebatur. Alia quoque poſſumus ratione excogitare imperfectam æternitatem in entibus caducis vigere, quatenus ſcilicet beneficio generationis, ut dicetur *inf.* licet intereant individua, ſpecies conſervantur, ac ita humana v. g. ſpecies æternitatis particeps conſtituitur, licet ſingula individua corruptioni ſint obnoxia: cæli vero, quia iidem numero ſemper permanent, vere, ac perfecte æternitatem conſequi dicuntur, quæ in cæteris eſt imminuta, & *tranſitum* ſumit per *mutationem*, dum generationis beneficio de uno ad aliud individuum talis naturæ, puta humanæ, æternitas pertranſit, ac progreditur. & huic ſi placeat inſiſtere expoſitioni, Ariſtotelem pariter ejuſdem certiſſimum teſtem aſſequemur, dum enim docuit à motu circulari æterno cælorum, æternam horum inferiorum generationem prodire 2. *de gen.* 59. hoc idem exprimit, quod hic præſcribitur, à primis corporibus demptam æternitatem inferioribus hiſce à natura conferri. & dum *ibid.* 59. ait impoſſibile cum foret ſingula ſemper permanere, Deum alia ratione univerſum compleviſſe, perennitate generationi tributa, imminutam hanc æternitatem inferioribus collatam videtur ſuaſiſſe; ac demum docens *ibid.* 57. circuitum inferioris cujuslibet vitam, ac ætatem dimetiri, non quidem prorſus eundem, at aliis

Ortus & interitus vere mutationes.

c. ult. t. 2. æternitas quomodo inſit caducis.

Deus univerſum conſervat.

Omnia menſurantur circulo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

aliis majorem, aliis minorem tributum, nam τοῖς μὲν γὰρ ἐνιαυτὸς, τοῖς δὲ μείζων, τοῖς δὲ ἐλάττων ἡ περίοδός ἐστι τὸ μέτρον (*his enim annus, his autem major, aliis autem minor circuitus est mensura*) idem certe declaravit, quod hic nobis exhibet auctor; dum sensim æternitatem in cæteris entibus imminui monuit quadam servata proportione, edocturus, quòd licet nulla species æternitatis non foret imperfecte saltem particeps, si tamen individuorum vitam spectaremus, eam non eodem modo in omnibus apparere, sed quadam uniformi diversitate servata; quod pariter clarissime 1. *cæli* 100. expressit, dum ait: τὸ δ' ἅπαντων ἄπειρον χρόνον καὶ τὴν ἀπειρίαν περιέχον τέλος, αἰών ἐστιν, ἀπὸ τοῦ ἀεὶ εἶναι εἰληφὼς τὴν ἐπωνυμίαν, ἀθάνατος καὶ θεῖος. ὅθεν καὶ τοῖς ἄλλοις ἐξήρτηται, τοῖς μὲν ἀκριβέστερον, τοῖς δ' ἀμαυρότερον, τὸ εἶναι καὶ ζῆν, (*omnium infinitum tempus, & infinitatem continens finis ævum est, ab eo quod sit semper sumpta denominatione, immortale, & divinum. unde & aliis pendet his quidem exactius, his vero obscurius esse & vivere.*) Sibimetipsi tamen Ocellum contradicere nemo dubitet, quia dicat refulgere συνεχὲς in omnibus mortalibus, & inde dicat non adesse progressum, jam dictum in iis συνεχῶς; ibi enim per συνεχὲς accipit *æternum*, hic vero *continuum*, ac si diceret æternitatem servari & in caducis modo prædicto; non vero continuitatem, quæ æternitati juncta subjectum exigeret idem numero. continuum imo ac συνεχὲς cum occurrat, quando idem sit, & unus entium, quæ continua dicuntur, terminus 5. *phys.* 26. jam patet hujusmodi continuam æternitatem in entibus caducis esse non posse, quæ optime in motibus cujuslibet orbis cælestis aperte refulget, in quibus idem cum sit terminus prioris, ac posterioris revolutionis, perfecte τὸ συνεχὲς, ac inde æternitas aderit. imo nos optime monuit talem æternitatis progressum nec etiam esse ἐφεξῆς (*deinceps*) hac enim voce ea tantum cum exprimantur, quæ ejusdem cum sint naturæ, sic se habent, ut inter ipsa nil intercedat eorum, quæ in eodem genere

Dubitatio.

Solutio.

συνεχὲς quid.

ἐφεξῆς quid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nere cónſtituuntur *5. phyſ. 25.* jam patet in caducis non poſſe æternitatis progreſſum vigere ἐφεξῆς: cum enim prædicta æternitatis ratio non tribuatur ſpeciei è duorum tantummodo individuorum nexu, ſed plurium, imo infinitorum, quæ ſibi invicem ſuccedant, apparet inter hæc non poſſe hujuſmodi non interruptam ſucceſſionem occurrere. Ex his igitur, quod ſentit Auctor, illaturi dicamus naturam etiam in caducis præſeferre æternitatem, ita tamen quod illa perfecta, ac omnibus numeris abſoluta in cælis cum vigeat, inde inferioribus entibus conferri videatur ratione ſuccedentium mutationum, quatenus interitum unius alterius ſemper ortus conſequitur: vel etiam, ut poſtremo dicebatur, quia ſpecies ipſæ perenni individuorum ſucceſſione aliquam, licet tenuem, æternitatis ſpeciem ſibi vindicare videntur. Synopſis textus.

Illud idem in elementis, ac plantis declaratur. Text. 12.

Πῦρ μὲν γὰρ εἰς ἓν συνερχόμενον, ἀέρα ἀπογεννᾷ, ἀὴρ δὲ ὕδωρ, ὕδωρ δὲ γῆν, ἀπὸ γῆς δὲ ἡ αὐτὴ πάλιν ὁδὸς τῆς μεταβολῆς. 1. μέχρι πυρὸς, ὅθεν ἤρξατο μεταβάλλειν. οἱ δὲ καρποὶ, καὶ τὰ φυόμενα τῶν ῥιζοφύτων ἀπὸ σπερμάτων ἀνέλαβον τὴν ἀρχὴν τῆς γενέσεως, καρποφόρα δὲ, καὶ τελεσφορήσαντα, πάλιν ἐπὶ τὸ σπέρμα τὴν ἀνάλυσιν ποιεῖται, ἀπὸ τοῦ αὐτοῦ, καὶ ἐπὶ τὸ αὐτὸ τὴν διέξοδον ἀπεπληρωμένης. 2. τῆς φύσεως.

IGnis enim in unum coactus aëra progignit, aër vero aquam, & aqua terram, à terra autem idem circuitus mutationis uſque ad ignem, unde cœpit mutari. fructus autem, & radicem emittentium plurima à ſeminibus reſumpſere initium ſui ortus, & fructum ubi tulerint, & ſint perfecta, rurſus in ſemen regrediuntur ab eodem in idem percurſum perficiente natura.

1. in aliquibus deſunt duo verba ſeqq.

2. vv ἀπεπληρωμένης.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

IGnis ſiquidem in unum coactus aëra progignit, & hic pari ratione in aquam, & aqua in terram immutatur, ac rurſus è converſo è terra aqua, ab hac aër, & ex hoc ignis rarefactionis prodit beneficio, arborum, & plantarum plurimæ è ſeminibus prodeunt, ac ubi fuerint adultæ fructus progignunt, qui in ſemen ita reſolvuntur, ut circuitu quodam ab eodem ad idem quodammodo regredi natura videatur.

COMMENTARIVS.

ÆTernitatem, diminuta licet ratione, entibus quibuslibet à natura attribui docuit Auctor in præcedentibus, quanam potiſſimum ratione id contingat, ſingula quæ ſunt percurrendo, in hoc textu & ſequenti inquirit ſimul, ac determinat. elementa quippe docet ſic ſe habere, ut unum in aliud frequenter immutetur rari, ac denſi beneficio: puta igne condenſato, aër prodibit; ex hoc quoque, ſi condenſetur, aqua erumpet; & pariter ex hac, terra, rurſumque per rarefactionem ab inferiori ad ſuperius elementum, erit regreſſus; inter enim ſimplicia corpora id ſemper quod ſuperius eſt, magis etiam tenue apparet, minuſque materiæ, quaſi dixerim, obnoxium; & jure, cum ſemper ſuperius elementum contineat inferius, ac in ordine ad ipſum quodammodo formæ exerceat rationem *phyſ.* 4. 49. hujus immutationis frequens præſtat experimentum aër, dum inter ſilicem, ac ferrum interceptus, vel inter quædam ligna, quæ invicem

Elementa invicem immutantur.

Superius elementum forma inferioris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

invicem atteruntur, Plinio teſte, facillime in ignem convertitur, quare Lucretius canebat:

Exprimitur validis extritus viribus ignis,
Emicat interdum flammai fervidus ardor
Mutua dum inter ſe rami, ſtirpeſque teruntur.

idemque aër ex oppoſito, ſi denſetur, in aquam celerrimè immutatur; ut indicant aſſiduè vapores vi ſolis è terra elati, qui aëreæ quodammodo participes naturæ, ubi à frigore in ſecunda aëris regione occupantur, in aquam illico convertuntur *meteor.* 1. *ſum.* 3. *c.* 1. ac nubes,& pluvias progignunt, ut Nonnius elegantiſſimè deſcribebat,

Pluviæ & nubes quomodo generentur.

——— μεταπάσιον ἀτμίδα γαίης
Ηέλιος φλογερῆσι βολῆις ἀντωπὸν ἀμέλγων
Τηλαλέῳ κοτέουσαν ἀνείρυσεν αἰθέρος ὁλκῷ,
Ηδὲ παχυνομένη νεφελῶν ὤδινε καλύπτρην

Dion. 7.

(evagantem vaporationem terræ Sol flammantibus radiis contra è regione eliciens fervido humidam exiſtentem extraxit, ætheris tractu, hæc verò incraſſata nubium genuit tegumentum.) aërque ab ore animalis reſpirantis hyemali tempore emiſſus, ambientis corporis frigore denſatur, ac in aquam ferè immutatur, ut noſtro occurrat ideo aſpectui, quod æſtate non contingit. & hoc raritatis opus Cæneus apud Ariſtotelem *poſt.* 1. *c.* 9. reſpiciebat, dum ignem augeri multiplicata proportione aſſerebat; quod idem contemplabatur Philoſophus 2. *de gen.* 37. eidem inſiſtens exemplo, dum ex hemina una aquæ decem aëris heminas prodire ajebat. cum igitur mutua inter elementa vigeat immutatio, ac invicem ipſa perenni aſcenſu, & deſcenſu convertantur, ut abunde *ſeq. cap.* aſſerendum profecto in iis corporibus, quæ primam inferioris naturæ partem conſtituunt, & ex quibus quælibet entia componuntur 2. *de ortu* 46. & 49. æternitatem refulgere; tum quia eorum aliquid in nihil unquam vergat, at in alterius elementi naturam tantum immutetur, cum etiam quia prædicti regreſſus beneficio

Qua ratione in elementis æternitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ficio æternitatem quandam in propria ſpecie præſeferunt. Idem quoque æternitatis ſtudium aperte in vegetabilibus natura profitetur, & illa namque circulari quodam progreſſu ad perpetuitatem properant; nam plantæ ſemper fructus edunt, è quibus ſemen prodit, quod terræ commiſſum grata rurſum viciſſitudine fructum, & plantas nobis elargitur; ac ita perennis quidam enaſcitur regreſſus, dum ſemen nobis planta, & è converſo planta ſemen fœcundiſſime tribuit. dixit vero Auctor *radicem emittentium plurima*, ut ampliori etiam ambitu ea complecteretur, quæ non fructum, at flores tantum, ac ex iis ſemen edunt; & illa ulterius, quæ non ſemen præbent, & ramulos, qui deciſi, & terræ commiſſi vireſcunt, & hoc tenui munere à natura ſuæ æternitatem ſpecici mercari videntur. ſemen autem, ac fructus quonam invicem nexu jungantur *t. ſeq.* edocebimus. nulla vero ratione entium imperfectiorum, cujuſmodi ſunt lapides, gemmæ, & ſimilia meminit Ocellus; hæc enim ab ipſo, non exactiſſime hujuſmodi pertractante, ſed ut omnino terrena conſiderantur, niſi quis novarum opinionum avidus ſectator, quod noſtro ſæculo maxime contingit, ingenioſæ adhæreat ſententiæ eruditiſſimi Peireskii; & hæc eo loci opinetur ideo comprehenſa, quo ſeminis auctorem contigit meminiſſe. munificentiſſimus ſcilicet ſui ſæculi Mecœnas Nicolaus Peireskius, quem ad omnium ſcientiarum beneficia natum, utinam ſinguli principes imitarentur, quorum gloriam vivens occupavit, ſingulos lapides propriæ materiei, ac propriis quibuſdam ſeminibus ſuos debere cenſuit natales, ita ut horum omnium materiem afferens aquam, ſeu liquorem, vel ſuccum variis in locis varia arbitraretur rerum ſemina contineri, lapidumque præcipue, quæ prædicto liquori immixta, ipſum adglutinarent, ac ſpecialem formam, ſimulque figuram imprimerent: eademque ratione cryſtallum, adamantem, amethyſtum, cæteroſque hujuſmodi nobiles lapides progigni; cum ſcilicet eorum ſemina

Cur hic lapidum & gemmarum nulla mentio.

Nova de lapidibus & lapidescentibus Peireſckii Philoſophia.

purum

purum omnino liquorem, ideoque congruum, nacta fuissent, alios vero lapides constitui, turbido, magisque denso liquore eorum semini occurrente: & quoniam concavitate quadam ceu conceptaculo, ne præ tenuitate propria diffluat, unusquisque liquor indigeat, inde evenire ut pretiosis etiam lapidibus crassum quid, & obscurum aliquando subsidat; tum quia conceptaculum hujusmodi terreum sit, ut plurimum, ac immundum, tum quia quidquid in liquore crassius inest, id totum subsidere oportet, ut aquæ fontium in vasis servatæ aperte demonstrant, indeque longe hebetior in extrema parte, coagulatio facillime contingit, eademque ratione mirum non erit crystallis, diaphanisque aliis lapidibus paleas, muscas, & hujusmodi inesse, quæ casus quispiam in liquorem, vel conceptacula adtulerit, dum in eo contentus liquor indurescceret; eo fere pacto, quo de vipera electro inclusa dicebat Martialis: Animalcula in gemmis.

Epig lib. 4.

Flentibus Heliadum ramis dum vipera serpit,
Fluxit in obstantem succina gemma feram:
Quæ dum miratur pingui se rore teneri,
Concreto riguit vincta repente gelu:
Ne tibi regali placeas Cleopatra sepulchro
Vipera si tumulo nobiliore jacet.

hos vero lapides (ne quid intactum in hac materia relinqueret amœnissimum illud ingenium) dum densantur arbitratus est diffindi; indeque in plures quasi scisso humore particulas, plures eodem loco progigni; eo fere pacto, quo multiplici decoram fœtu unicam aristam intuemur. ideoque mirandum non esse crystallum figuram oblongam subire hexagonam, smaragdum dodecahedricam, Adamantem, & Rubinum octahedricam, & pari ratione cæteras gemmas peculiarem sibi figuram, propriorum ratione seminum, vindicare; è quibus lapides non minus constanter suam deducerent figuram, quàm stirpes ipsæ, ac animalia inde pariter suæ for- Figuræ cur lapidibus propriæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mæ, ac figuræ certum deducant exemplar; indeque oriri docebat, quod aliquando lapides ad figuras concharum, cochlearum, & innumeras alias accederent: dum scilicet hæc ludentis naturæ opera casui adscribere liceret, quo, conchas, cochleas, & hujusmodi liquori illi excipiendo conceptaculum fieri contigisset, ut facilè lapidescens in illis jam contentus humor, ac in iisdem coagulatus, continentis figuram servasset; eo fere pacto, quo liquatum æs continentis figuram, ubi induruerit, sibi vindicare conspicimus: imo sic etiam tenuiorem humoris partem testam ipsam sibi suppositam quandoque penetrare opinatus est Peireskius; nec non adjacentia sibi plantarum folia, ossa, vel alia hujusmodi; indeque talia lapidescere: ac præterea si hujusmodi humor crassus fuerit, crassum quoque circa eadem corpora lapidem efformare: ac in aliis acuta similiter indagine philosophandum opinabatur, ut elegantissime descripsit Gassendus; quod retulisse operæ pretium duxi, ut ad hujusmodi consideranda tam nobili unusquisque excitetur exemplo, tum quia lepidam hanc sententiam, & quibuslibet in hac materia solvendis problematibus longe aptissimam, non temere omnino damnandam vel Auctoris veneranda jubet eruditio: nec omnino à naturæ institutis abhorrere chymicorum præstantissimi se sæpe expertos, jurati testes quopiam liquore alteri duritiem conferri, mihi hæc apud eos differenti, nec semel fuere, nec inter admiranda prorsus recensendum illud dogma monet natura, quæ si aquis quibusdam tribuit, ut suo contactu mollia corpora adglutinare, ac indurare valerent; pulveri quoque Puteolano eam vim indidit, ut aquam ubi attigerit, saxum fiat; & sulphuratam tandem aquam circa canales suos, tubosque voluit durari: cur admirandas constanti ordine formas, ac figuras unicuique lapidi, ac gemmæ, non minus quam plantæ, ac animali cum eadem præscripserit, è proprio pariter eas elicere semine, quod crassioris particeps conditionis aquas queat

Lapides conchis similes.

Lapidescentia.

In ejus vita lib. 4.

Senec. nat. q. l. 3. c. 20.

queat adglutinare, ac pretioso aliquando compede vincire, docentem ingeniosissimum Gallum, si non sectari, saltem laudare recusabimus?

Idem in hominibus, & animalibus indicatur. Text. 13.

Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ τὰ λοιπὰ ζῶα μᾶλλον ὑποβεβηκότως τ καθόλε ὅρον τῆς φύσεως ἀμείβουσιν. ὃ γάρ ἐστιν ἐπανάκαμψις αὐτοῖς ὅπὶ τὴν πρώτην ἡλικίαν. 1. ὃ δὲ ἀνταπόδοσις μεταβολῆς εἰς ἄλληλα, 2. καθάπερ ὅπὶ πυρὸς, καὶ ἀέρος, καὶ ὕδατος, καὶ γῆς, ἀλλὰ τὸν. 3. Διὰ τῶν τεσσάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσαντα, καὶ. 4. τὰς μεταβολὰς τ ἡλικιῶν, διαλύεται, καὶ ἄλλα γίνεται. 5. ταῦτα 6. ἔν ἐστι σημεῖά τε καὶ τεκμήρια τὸ τὸ μὲν ὅλον καὶ τὸ συνέχον μένειν ἀεὶ καὶ σώζεσθαι, τὰ δ' ὅπὶ μέρους καὶ ὅπιγινόμενα αὐτῷ. 7. φθείρεσθαι, καὶ διαλύεσθαι.

AT homines, & cætera viventia longe inferiori ratione ad Vniversalis terminum naturæ pertranseunt, ipsa enim non reflectuntur ad primam ætatem, nec est antiperistasis mutationis ad invicem, ut in igne, aëre, aqua, & terra; sed per quatuor quadripartitum circulum cum perfecerint, & mutationes ætatum, dissolvuntur, & alia fiunt. hæc igitur sunt signa, & certa indicia, quod universum, & continens maneat semper, ac servetur, partes vero, & quæ ipsi adnascuntur corrumpantur, & dissolvantur.

1. in Lovan. deest ab ὃ γὰρ usque ad ὃ δὲ.
2. forte corrigendum, ut in nostro comment.
3. vv. τῶν διὰ τεσσάρων.
4. vv. κατὰ
5. c. & vv. ἀπογίνεται.
6. Lov. τότων, & vv.
7. n. non habet αὐτῷ, ad. ex c. & vv.

PARAPHRASIS.

IN hominibus vero & brutis longe diversa ratione procedit natura; hæc enim deteriori modo naturæ perennitatem specierum exoptantis finem attingunt, dum ad primam ætatem nunquam reflectantur, nec mutua in ipsis occurrat mutatio,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mutatio, ut modo in elementis contingere obſervabamus. at ubi quadripartitum orbem pertranſierint, ac ætatum impleverint diſcrimina, diſſolvuntur, ex eorumque materia alia efformantur. è quibus naturæ inſtitutis, certiſſimis veluti argumentis, inferendum, univerſum ipſum, quod omnia complectitur, ſemper permanere, ac ea tantum, quæ illi adnaſcuntur, diſſolvi, & interire.

COMMENTARIVS.

Series doctrinæ horum textuum.

ENtium unicuique generi, licet longe diverſa ratione, æternitatem tributam *tex.* 10. animadvertens Ocellus, eam quodammodo à ſupremis ad infima docebat transferri, ita ut ſenſim imperfectioribus hiſce tributa imminueretur, in præſtantiſſimiſque tantummodo entibus præſtantiſſime refulgeret. Id quonam pacto fieret, cognitu longe difficile videbatur, *textu* ideo *ſeq.* in elementis, ac inde in vegetativa præditis facultate, hujus elegantem ſane aperuit eventus rationem, ea mutuæ, cujuſdam mutationis, hæc perennis regreſſus beneficio æternitatem conſequi, acute obſervans: ad homines, & cætera animalium genera nunc digreditur, & in iiſdem quoq; tenuiora tamen æternitatis veſtigia docet apparere, dum iis, quas modo recenſuerat, aſſequendæ æternitatis rationibus, ipſa deſtitui, in hoc difficillimo textu contempletur. Explicandum igitur in hoc textu dogma proponens, homines ait, ac cætera animalia univerſæ naturæ terminum, ſed imperfectius implere, ad æternitatem ſcilicet & ipſa tendere, eam tamen imbecilliori longe ratione aſſequi: nil aliud enim auctor hic per ὅρον (*terminum*) potuit expreſſiſſe, tum quia nunc ſolam æternitatem contemplatur, ea tamen ratione,

Naturæ terminus cur generatio.

qua

qua entibus confertur, cum etiam quia à quibuslibet entibus perpetuum esse primò, ac præcipuè expeti nos monuit Philosophus, dum 2. *de an.* 34. ubi docuisset viventia quælibet ad progignendos sibi similes fœtus vehementissimo ferri desiderio, hujusce veram eventus assignans causam subdebat, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν ᾗ δύνανται· πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται, καὶ ἐκεῖνου ἕνεκα πράττει ὅσα κατὰ φύσιν πράττει. (*ut ipso semper & divino participent, secundum quod possunt; omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcunque agunt secundum naturam*) quo loci potissimum veluti finem singulis æternitatem entibus præscriptam procul dubio eluceſcere voluit, dum hunc esse τὸ οὗ ἕνεκα (*id cujus gratia*) doceamur 2. *phys.* 29. in homine vero, cæterisque animalibus imperfectiori ratione æternitatem adesse, hanc quasi ex traditis *præc. textu* eliciens veritatem, ex eo testatur, quod in his ad priorem ætatem reflexio non occurrat, nec mutationis antiperistasis; per illam certe relatam *in antec.* innuit assequendæ æternitatis rationem, quam in plantis observarat, dum ibi regressum ad priorem statum occurrere indicaverat, cum è semine fructus, & ex hoc rursus perenni quadam reflexione semen prodiret, quam exprimens eleganter ἡλικίας (*ætatis*) nomine uti voluit, ubi enim seminis & fructus connexio consideratur, qui idem quodammodo esse videntur, tunc certe ætatis licet meminisse; cum enim tantum prioris, & posterioris differant ratione semen, & fructus, alias vero ἄμφω τ' αὐτό ἐστιν (*ambo idem sunt*) 1. *de gen. an. c.* 18. semen infans fructus, ac fructus semen jam consenescens videbuntur. Per antiperistasim vero illum profecto mutationis indicat regressum, quem in elementis *ibid.* contingere docuerat, & hunc pariter ab animalibus excluſurus. Quonam tamen pacto hujusmodi regressus per vocem ἀνταπόδοσις μεταβολῆς (*antiperistasis mutationis*) declaretur, non percipio: non enim antiperistasim esse mutationis, at ex opposito potius mutationem fieri per antiperistasim arbitror; id siquidem indicasse vide-

Animalia ad generandum proclivia.

Finis, cujus gratia.

Quid per reflexionem, & antiperistasim exprimat Auctor.

Ætas qua ratione in plantis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tur Ocellus, dum mutationem elementorum in id præcipuè rejiciebat, quod rari, & denſi beneficio eorum unum in aliud converteretur, quam converſionem ad antiperiſtaſim referendam mox cognoſcemus, & abunde confirmat Philoſophus, cum antiperiſtaſim mutationis cauſam aſſeruit, *phyſ.* 8. 82. dicens, ἡ δ' ἀντιπερίστασις ἅμα πάντα ποιεῖ κινεῖσθαι, καὶ κινεῖν. (*antiperiſtaſis autem ſimul omnia facit moveri, & movere*) quare non ἡ δὲ ἀντιπερίστασις μεταβολῆς, ſed potius exigua facta mutatione, ἡ δι' ἀντιπερίστασιν μεταβολὴ (*nec per antiperiſtaſim mutatio*) legendum arbitror. ille ſcilicet error facile ſcriptoris potuit incuria contingere, qui δὲ pro δι' legerit, indeque conſtructionis cauſa tenui mutatione dictiones eas volens corrigere, ut ſenſum literæ ſervaret, philoſophicum perdidit. Sic vero textum ſi placeat emendare, quæ hic traduntur & invicem, & cum *præced.* exacte cohærebunt. duos enim cum *in præced.* communicatæ æternitatis modos attigerit, quorum alter is erat, quo fructus ad priorem videbatur regredi conditionem, dum ſemen fœcunde progignebat, è quo rurſus prodibant fructus; alter erat, per quem condenſationis, & rarefactionis ope, elementorum mutua ſucceſſio emanabat; utrumque hic repetit, illum per ἀνάκαμψιν, quæ perennem illam à ſemine ad fructum, & ab hoc ad ſemen exhibeat reflexionem; hunc vero per μεταβολὴν, quæ δι' ἀντιπερίστασιν contingeret, quam propriè expreſſit: ſi enim tunc tantum ſuccedit, cum in unum coactus verbi gratia aër in aquam, vel rarioris naturæ compos redditus in ignem immutatur, quis in antiperiſtaſim renuat hunc effectum rejeciſſe, dum circumobſiſtentis contrarii impulſu contingat? ſi aëra enim contemplemur, ac quodpiam corpus oppoſita præditum qualitate ipſum circumobſiſtere ſtatuamus, in illud profecto immutabitur elementum, in quo talis ſuperemineat qualitas: puta ipſum ambiat corpus frigidum, in aquam illico immutabitur. & idcirco plerique primam fontium originem inde eduxerunt,

Quid antiperiſtaſis.

Textus correctio.

Fontes unde.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

runt, asserentes quod inanes telluris partes, aëris commercio cum non forent immunes, ut inde vacuum evitetur, jam nativi frigoris participes contentum aëra in aquas immutent assiduè, sicque puras inde, ac tenues aquas è perenni hac conversione prodeuntes, singulari providæ naturæ instituto, à tellure nobis uberrime conferri, ut asserendum credidit doctissimus Franciscus Baconius, nec prorsus à Philosophi doctrina videtur abhorrere *meteor.* 1. *sum.* 4. *c.* 1. Si quoque aëra circumobsistat igneum corpus, raritatem ipsam contrahere intuemur, ac in igneam illico translatum naturam ignis munia exercere : ut in ea licet aëris parte observare, quæ flammæ proxime adhæreat. si quis enim accensæ lampadis facem admoveat, ita tamen ut physicus inter has non occurrat contactus, de quo 1. *de ortu* 44. & hanc illico ardere conspiciet; flammam scilicet illi conferente aëre, qui accensam lampadem ambiebat. hocque opus reor Ocellum respexisse, dum mutationis, quæ contingit per antiperistasim, meminit, cum videam ipsum observavisse hanc elementorum mutationem, cujus intuitu eam nunc adduxit, rari, & densi ministerio succedere *tex. præc.* quonam vero pacto per antiperistasim opus accipiendum Aristoteles satis *met.* 1. *sum.* 3. *cap.* 2. profitetur, & elegantissime declarat Seneca. At si utraque prædicta ratione, qua sibi æternitatem vindicent, homo & cætera carent animalia, quonam pacto à veritate non aberrabit *t.* 10. allatum dogma, in quo natura cunctis entibus æternitatem licet imminutam impertiri sanciebatur, quam è cælis ipsis videbatur abstulisse? eo fere pacto, quo cælestibus sublatum ignem sagax ille Prometheus inferiori mundo est elargitus, quo forsitan commento à cælis vitam inferioribus attribui, veterum innuebat sapientia; dum animam ignem quendam esse eorum plerique opinarentur, inter quos Democritus apud Aristotelem 1. *de an.* 20. & Plutarchum, ideoque eorum quidam animas humanas, quas alio-

In histor. nat. c. 4.

In igne experimentum.

Antiperistasis qua ratione contingat.

Nat. q. l. 6. *cap.* 13.

Dubitatio.

Quid per ignem à Prometheo sublatum indicetur.

Anima ignis.

De plac. phil. lib. 4. *c.* 3. *epi.* 4.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quin immortales asserebant, stolide metuerent interire, si corpora, quibus illæ inerant, aquis demersa occumbere contigisset, ut ideo Sinesius observarit apud Homerum, Ajacem minorem, qui aquis obrutus ceciderat, in duabus inferiis nunquam in toto dramate induci, ac si ejus anima apud inferos non adesset, parique ratione fortissimum Achillem, subeundisque periculis vel maxime promptum, mortem tamen in aquis perhorrescere, eamque ideo λοιγαλέον *pernicioſam* nuncupare, eo quia scilicet Homerus falsò simul ac stolide opinari videretur, τὸν καθ' ὕδατος θάνατον ὄλεθρον εἶναι καὶ αὐτῆς τῆς ψυχῆς (*mortem in aquis perniciem esse & ipsius animæ*) huic videtur Ocellus occurrere difficultati, dum monet, quod duabus his assequendæ æternitatis rationibus ab animalium genere exclusis, aliqua tamen in ipso remanent ejusdem vestigia; ubi enim homo, ac cætera animalia in quatuor sectum partes circulum absolverint, ac ætatum mutationes, tunc *dissolvuntur*, *& alia fiunt*, hoc est non evanescunt, ut ad nihil redigantur, sed aliis materiam præbent entibus, ut inde oriantur, non secus quam aliorum interitus iisdem materiam contulerit, è qua prodirent: sicque tenuissima quædam æternitatis species in his quoque apparebit. & hinc infert eluceſcere universum, quod in se omnia continet, semper servari, eas vero tantum particulas, & entia, quæ in ipso in dies enascuntur interitui esse obnoxia; & hæc non injuria ex dictis educitur positio: si enim cælos asseramus æternos simpliciter; elementa mutuo regressu; vegetabilia reflexionis ope æternitatem quoque assequantur, quis universum asseret destruendum, dum ulterius etiam animalia, quæ duabus his destituuntur assequendæ æternitatis rationibus, ubi terminum suæ vitæ explerint, non prorsus evanescunt, sed aliis, ut oriantur, materiem præbent, & ex iis *alia fiunt*, è quo unico ortum æternum in universo futurum inferebat Aristoteles 1. *de ortu.* 17. Διὰ τὸ τὸν τῶδε φθορὰν ἄλλου εἶναι γένεσιν.

Ajax apud Homerum cur non in inferiis.

Achilles cur mortem in aquis timeret.

Solutio.

Universum qua ratione æternum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

γένεσιν (*propterea quod hujus corruptio alterius eſt generatio.*) hanc tamen animalium immutationem tunc præcipuè contingere, cum aſſerat textus, cum diſſolvantur, ubi *per quatuor quadripartitum circulum perfecerint, & mutationes ætatum*, arduam prodire cerno difficultatem, dum quid per circulum quatuor diviſum ſectionibus Ocellus exprimat, conjicere longe arduum videatur. ætates ſiquidem ibi non reſpexiſſe auctorem, vel ex eo patet, quod earumdem illico meminit addita particula καὶ, quæ eas ab eo circulo videatur arcere, ætatum quinimo numerus idem confirmat, dum hæ longe plures recenſeantur, ſi, quam vulgus ſequitur, earundem ſpectemus conſtitutionem; ac tres tantum conſtituantur, ſi Philoſophis velimus adhærere, eas tres tantum in unoquoque animali cognoſcentibus, nempe juventutem, vigorem, ac ſenium, ut dicitur *de reſp. c.* 18. *3. de an.* 59. *& rhetor. 2. c.* 12. ubi *& duobus ſeqq. cap.* harum cujuslibet ætatum mores ad vivum exprimuntur, & 8. *eth. cap.* 1. quo loci amicitiam unicuique ætati multum conferre eruditiſſime monens Ariſtoteles dicebat prodeſſe καὶ νέοις δὲ πρὸς τὸ ἀναμάρτητον, καὶ πρεσβυτέροις πρὸς θεραπείαν, καὶ τὸ ἐλλεῖπον τῆς πράξεως δι' ἀσθένειαν βοηθεῖ τοῖς τ' ἐν ἀκμῇ πρὸς τὰς καλὰς πράξεις. (*juvenibus item conducit ad id ut non peccent: ſenioribus ad obſequium, & ad defectum actionum, ad quas ob imbecillitatem auxilio indigent, & iis, qui in ſtatu* (exponerem ego *in vigore*) *ſunt conſtituti ad honeſtas res capeſſendas.* idemque Ocellus ſentire videtur, qui in rebus ipſis tres tantum hoſce ſtatus agnovit. quod ſi hæc etiam elaberetur difficultas, quin ſuperfluitatis reum aſſeramus Ocellum vix evitabimus, dum circulum quadripartitum aſſeruit quaternario: quis enim id ignoret, vel ternario, aut quinario ſectionem quadripartitam ſtolide opinetur? Duplici via vim difficultatis eludi poſſe crediderim. primo modica verborum textus immutatione: poſtremo hac rejecta ad Pythagoræorum placita confugiendo,

Quadripartitus circulus quis apud Auctorem.

Ætatum numerus.

Mores.

Cur unicuique ætati amicitia utilis.

ſup. hoc cap. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

do, quarum utramque proponam, ut iis potius eruditorum ingenia excitentur, quam acquiescant. Dicerem igitur transponendam particulam ἀλλὰ, & ante vocem ἀνύσωτος collocandam, quod mendum facile potuit vitio librariorum irrepere, dum vocem forsitan in MS. codicis margine collocatam, incuria potius illi, quam huic adnectere deliberarint, tunc enim legendo textum eo pacto, quo in MSS. Vaticanis describitur, in quibus habetur, ἀλλὰ τὰ μὲν πασάρων τετραμερῆ κύκλον ἀνύσωτος ἐξ τὰς μεταβολὰς τ ἡλικιῶν. & voce ἀλλὰ inde remota, legendo post κύκλον, ἀλλ' ἀνύσωτος, prima facie certe sensus auctoris menti consonus occurret, dum per illa priora verba, usque ad κύκλον mutuam illam elementorum quatuor, quæ recensuerat, declaret mutationem, quam per antiperistasim succedere docuerat, & per sequentia eam explicet, quæ ætatum ratione in animalibus contingit: ac si sic differat. homines, & animalia cætera æternitatem non assequuntur per reflexionem ad priorem statum plantis attributam, neque per mutationem mutuam, quæ per antiperistasim contingit, ut in igne observamus, aëre, aqua, & terra, ratione circuli in quatuor secti partes; *at ubi percurrant per ætatum mutationes dissolvuntur*, &c. & recte mutuam illam generationem elementorum, circulum dixit, quia talis ortus circularis denominatur Aristotele teste 2. *de ortu* 59. ubi dicebat, ὅταν γὰρ ἐξ ὕδατος ἀὴρ γένηται, καὶ ἐξ ἀέρος πῦρ, καὶ πάλιν ἐκ τοῦ πυρὸς ὕδωρ, κύκλῳ φαμὲν περιειληλυθέναι τὴν γένεσιν, διὰ τὸ πάλιν ἀνακάμπτειν. (*cum enim ex aqua aër generatur, & ex aëre ignis, & rursus ex igne aqua, circulo dicimus revertisse generationem, quia rursus reflectitur.*) quod idem videtur *ibid. t.* 68. indicasse. neque hac servata lectione superflua erit vox πασάρων (*quatuor*) imo necessaria: cum enim ratione hujus regressus longe plures, quam quatuor hæ videantur generationes; ex terra enim in aquam, ex hac in aëra, & inde in aquam nova si contingat mutatio, &c. quis hunc gene-

Correct. textus.

Elementorum mutua generatio, circulus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

generationis circulum non jure quadripartitum dictum fuisse dubitasset, cum hæ plures, quàm quatuor sint mutationes: ideo addens dictionem τετάρων, quæ ad mox enumerata elementa procul dubio referenda, cum nullius entis, quod quaternario gauderet huc usque meminerit Ocellus, omnem procul arcet dubitationem; ac si innueret, licet plures videantur mutationes, quam quatuor, circulus tamen ille quadripartitus erit asserendus, quia à quatuor tantum entibus constituitur ibi mox enumeratis, & quæ omnes ibi contingentes complectatur mutationes, licet innumeræ statuerentur. quod si cuipiam hanc vel minimam textus mutationem indulgere non arrideat, hac omissa, dicendum auctorem ibi asserere, hominem & cætera animalia relato *in præcd.* regressu, nec reflexione gaudere, at ubi confecerint circulum quatuor divisum sectionibus, perire, & ne quis dubitaret, quisnam hic foret circulus, & qua ratione ipsum percurrere liceret, illico quid sentiat proponere, ac dicere per mutationes ætatum, hujus circuli percursum ab animalibus præstari. jure autem quaternarii meminit in circulo, qui ætates complecteretur, quia licet hæ plures numero à plerisque censerentur, quorum placita recensuit Rhodiginus, constans tamen prisca sæcula invasit opinio, quod quatuor statuendæ forent ætates, ut apud Persas legimus observatum, unicuique harum propria fora, ac præsides assignantes, quam videtur sectionem medicorum schola amplecti, dum Galenus eas quattuor statuerit, quarum primam τῶν νέων (*juvenum*) alteram τῶν ἀκμαζόντων (*vigentium*) tertiam τῶν μέσων (*mediorum*) postremam γερόντων (*senum*) nuncupavit. cui pariter divisioni adhærebat Horatius, dum cecinit:

Alia expositio.

Ætates vere quatuor

Ant. lect. lib. 19. c. 21, & 22.

Xenoph. de Cyri educat l. 1. Apud Rhodig. ibid.

De arte poet.

Ætas pueri, ac mores.

Reddere qui voces jam scit puer, & pede certo
Signat humum, gestit paribus colludere, & iram
Colligit, ac ponit temere, & mutatur in horam.

Iuvenis.

Imberbis juvenis tandem custode remoto

Gaudet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Gaudet equis, canibuſque, & aprici gramine campi,
Cereus in vitium flecti, monitoribus aſper,
Vtilium tardus proviſor, prodigus æris,
Sublimis, cupiduſque, & amata relinquere pernix.

Viri. *Converſis ſtudiis ætas, animuſque Virilis*
Quærit opes, & amicitias, inſervit honori,
Commiſiſſe cavet, quod mox mutare laboret.

Senis. *Multa ſenem circumveniunt incommoda, vel quod*
Quærit, & inventis miſer abſtinet, ac timet uti:
Vel quod res omnes timide, gelideque miniſtrat,
Bellator, ſpe longus, iners, aviduſque futuri,
Difficilis, querulus, laudator temporis acti
Se puero cenſor, caſtigatorque minorum.

has ergo quatuor ætates Ocellum opinor reſpexiſſe, quarum duas medias ἀκμὴ æqua veluti proportione diſſecta conſtitueret, eo fere pacto, quo pueritiam quatuor ſectionibus plerique diviſere, eam in infantiam, pueritiam, pubertatem, & adoleſcentiam partientes: & jure quatuor hic contemplari voluit ætates, quia Pythagoræis familiare fuit, quaternarii etiam, quem excolebant forte intuitu, quatuor homini aſſignare ætates, pueritiam ſcilicet, adoleſcentiam, juventutem, ſeu virilitatem, ac tandem ſenium, priorum unicuique viginti annos, poſtremæ decennium adſcribendo, quas Pythagoras cum anni temporibus ita conferebat, Laertio teſte, ut παῖς ἔαρ, νεηνίσκος θέρος, νεωνίης φθινόπωρον, γέρων χειμών (*puer ver, adoleſcens æſtas, juvenis autumnus, ſenex hyems*) ſi ætates reſpicere placeret, percommode diceretur; ea forſitan ratione, qua præſtitit Galenus, qui intimi caloris mutationes hominem afficientes contemplatus, primæ ætati, quam ipſe νέων dicebat, calidam, ac humidam temperaturam adſcribebat, eam veriſimilem conſtituens. ἀκμάζοντας calere ſimul, ac areſcere æſtatis modo; μέσους frigidos pronunciabat, ac ſiccos, eo fere pacto, quo autumnum conſpicimus, & γέροντας

tandem

Ætates quatuor Pythagoræis cum anni temporibus collatæ, & cur.

In ejus vita.

dicto loco.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tandem humectos cum frigiditate asserebat : ideoque acute Patroclus apud Stobæum senectam τὸ βίου χειμῶνα (vitæ hyemem) dicebat, in primis sanguinem, alteris flavam bilem, tertiis nigram, ac tandem in senibus Phlegma ratus efflorescere: quibus Ocellum quoque vero simile cum sit adhæsisse præceptoris velut eruditissimi placitis, quæ ideo Pythagoram Ovidius sic effingebat referentem : Senectus vitæ hyems. Ser. 115.

Metam. 15.

Anni tempora ætatibus comparata.

Quid? non in species succedere quatuor annum
Aspicis ætatis peragentem imitamina nostræ
Nam tener, & lactens, puerique simillimus ævo
Vere novo est; tunc herba virens, & roboris expers
Turget, & insolida est, & spe delectat agrestes.
Omnia tum florent, florumque coloribus almus
Ludit ager, neque adhuc virtus in frondibus ulla est.
Transit in ætatem post ver robustior annus:
Fitque valens juvenis: neque enim robustior ætas
Vlla, nec uberior, nec quæ magis ardeat ulla est.
Excipit Autumnus, posito fervore juventæ
Maturus, mitisque inter juvenemque, senemque
Temperie medius: sparsit quoque tempora canis.
Inde senilis hyems tremulo venit horrida, passu;
Aut spoliata suos, aut, quos habet, alba capillos.

elegantem certe Auctoris sensum è verbis textus elicere licebit, quod scilicet homines, & alia animalia non regressu, & reflexione jam allatis gaudeant, sed ubi quadripartitum circulum absolverint per mutationes ætatum intereunt. nec addita vox πασάρων tali casu superfluet, nam hæc exprimi non poterant per τετραμερῆ κύκλον tantummodo, eo quia hunc in cunctis entibus observabant Pythagoræi : eorum enim dum placita interpretaretur Hierocles ajebat, καὶ ἁπλῶς τὰ ὄντα πάντα ἡ τετρὰς ἀνεδήσατο, στοιχείων, ἀριθμῶν, ὡρῶν τοῦ ἔτους, ἡλικιῶν σωμοικισμῶν, καὶ οὐκ ἔστι εἰπεῖν ὃ μὴ τὸ τετρακτύν· ὡς ῥίζης καὶ ἀρχῆς ἥρτηται. (*denique, ut semel dicam, quicquid est, id omne colli-* *In carm. Pyth.* 47.

Quaternarius in omnibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

colligavit quaternarius : in elementis , in numeris , in tempeſtatibus anni, in ætatum contuberniis : nec quicquam poteſt adferri, quod à quaternario tanquam radice , atque principio non dependeat.) ut abunde *ſup.* 1. *textu* docuimus. ideoque oportebat quaternarii aliquam ſpeciem illi circulo adſcribere, & idcirco τετάρων meminit, ut eam vocem proxime recenſita quatuor elementa complecti inferretur, quæ tantummodo hucuſque quaternario prædita in hoc opuſculo contigit inſpexiſſe ; quæ ætates etiam reſpicere ſatis ſuadet tradita humorum ſectio , qui in unaquaque vigeant ætate , quos in animalis corpore elementorum vices gerere nemo ignorat. nec incongrua ſane ratione circuli nomine uſum auctorem quis dicat , eo quia in ætatibus non detur regreſſus , ideoque circuli munia illæ non videantur obire ; ſiquidem in iis cum ad qualitates aliquas , quæ jam primas ferebant partes , recens permittatur tranſitus : puta in tertia ætate frigiditas quoque efflorescat denuo , quæ in prima viguerat ætate , ingenioſe cuncta hic ab Ocello collocata nemini certe licebit negare. Veritati tamen , ac menti auctoris hæc licet conſona ſtatuantur, relatum adhuc in textu diſcrimen inter animalia, & plantas à vero quam maxime videtur abhorrere , quod ſcilicet in iis non vigeat , quæ in his obſervatur reflexio : ſeminis enim beneficio , ſi hæc quid ſibi cognatum producere conſueverunt, nonne pari ratione hominem , & quæque animalia ens ſibi ſimillimum progignere conſpicimus ; dum ex homine ſemen prodeat , cujus inde vi hominem contingat produci : ſicque in animali non ſecus quam in plantis reflexio occurrat? Circuitu quodam entium ortum peragi (ſive æternitatem ipſi falſo tamen cum Ocello adſcribamus , ſive hanc ipſi tributam cum ſapientioribus negemus) & in eodem reflexionem quandam occurrere communi Philoſophorum placito eſt ſancitum. cum enim formarum expertem adeſſe materiem naturæ repugnet decretis , ortus interitui & è converſo ſemper

Circulus qua ratione in ætatibus.

An in animalibus, ut in plantis prædicta vigeat reflexio.

Circulus in ſingulorum entium ortu.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

per ſuccedet enti ſcilicet producendo materiem conferentem illi enti, cujus formam recedere contigit. Hujus rationis, quæ ortum jungat, & interitum primo hic meminit Ocellus : Plato inde, *in Phædone* verum ortus modum expreſſurus, huc pariter reſpiciens, ait enim : εἰ γὰρ μὴ ἀεὶ ἀνταποδιδοίη τὰ ἔπεσθαι τοῖς ἑτέροις γιγνόμενα, ὥσπερεὶ κύκλῳ περιόντα, ἀλλ' εὐθεῖά τις εἴη ἡ γένεσις ἐκ τοῦ ἑτέρου μόνον εἰς τὸ καθαντικρὺ, καὶ μὴ ἀνακάμπτοι πάλιν ἐπὶ τὸ ἕτερον μηδὲ καμπὴν ποιοῖτο. ὅλως δ' ὅτι πάντα τελευτῶντα τὸ αὐτὸ σχῆμα ἂν σχοίη, καὶ τὸ αὐτὸ πάθοι, ἂν πάθοι, καὶ πάυσαιτο γιγνόμενα. (*niſi enim ea quæ fiunt altera alteris viciſſim componerentur tanquam circulo quodam commeantia, ſed recta tantum eſſet generatio ex altero tantum ad oppoſitum, nec rurſus ad alterum reflecteret, flexumque aliquem, ſive regreſſum faceret, ita habeto futurum, ut tandem omnia eandem figuram haberent, eademque ratione afficerentur.*) Ac idem præſtitit Ariſtoteles *d. t.* 59. & 68. 2. *de ortu.* hanc tamen ἐπανάκαμψιν, & ipſe in aliquibus tantum entibus obſervavit, at longe diverſa ratione ab Ocello. nam hanc in elementis primo videtur profeſſus *ibid.* 24. & *ſeqq.* ubi *tex.* 30. inferebat, ὅτι μὲν οὖν ἅπαντα ἐκ παντὸς γίγνεται, καὶ πῶς τρόπον εἰς ἄλληλα μεταβασις γίγνεται. (*quod ergo omnia ex omni generantur, & quomodo ad invicem tranſitus fit,*) ac inde in nubium & pluviæ ortu *ibid. t. ult.* & tandem in cæteris entibus. *ibid.* hoc tamen addito diſcrimine, quod ſi in entibus mobilibus ex æterna conſtitutis ſubſtantia verſemur, hæc eadem numero regredi continget : at ſi corruptioni obnoxia entia contemplemur, hæc eadem tantum ſpecie iterari continget. Diſtincta hæc ratione protulit Philoſophus : cum tamen circuitus quidam inter nubem, & pluviam videatur inſurgere, ac inter animal pariter, & ſemen, ut in eorum unoquoque idem tantum ſpecie progignatur, minus tamen ipſum apparere in animalium, quam in imbris ortu, videtur ſuaſiſſe *d. t. ult.* ita ut in hoc potius, quam in illo identitas dicatur conſervata. Ingenioſi

Etiam juxta Platonem.

Juxta Ariſt.

An ad idem numero ſit regreſſus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cujus diſcriminis exacta certe occurrit ratio, ſi numericæ identitatis naturam placeat perſcrutari, quæ à materia ſua videtur ducere primordia 5. *met.* 12. dum enim in nube, & imbre totum producens, puta tota nubes, ſit tota materia geniti; ac univerſa aëris portio ſit integra aëris ex eo geniti materies; homo vero generans non ſit tota hominis geniti ab eo materies, & id quod huic à producente tribuitur ſit levis portio ſeminis, per quam nil generans ipſum contingat imminui, in his nullus ideo videtur adeſſe regreſſus, ut in iis, in quibus quædam videtur omnino ſervata identitas numerica ratione materiæ, quæ videtur utrique termino fuiſſe communis. Hoc idem arbitror ego reſpexiſſe Ocellum; cum enim ſemen additum à fructu contemplaretur, hoc incolumi, non prodire, at hujus tantum conſequi interitum, ut in ipſum videretur jam fructus reſolutus, vel planta ipſa; ideo quandam in illo agnovit identitatem, quæ ſibi in animalibus non occurrebat, quorum ſemen non viventis pars quæpiam eſt, at excrementum licet utile 1. *de gen. an. c.* 19. & par viget ratio in plantis, quæ non per ſemen, at per ramos ſuam conſervant ſpeciem, dum enim agricola

Virg. Georg. 2.

— plantas tenero abſcindens de corpore matrum
Depoſuit ſulcis,

illæ veluti partes ejus corporis, à quo abſcinduntur, à nobis conſiderantur, ideoque major in iis apparebit identitas; & idcirco licet ſeminis beneficio plantarum, & animalium ſpecies perſeverent, in his regreſſum negavit auctor, quem iis tribuit; dum in iis generans in genitum ſervata quodammodo materiæ identitate reſolvi videretur, quod in animalibus non accidit, quæ ita diſſolvuntur, ut ex eorum interitu entia diverſæ longe conditionis emergant: huncque ſenſum videtur Ocellus ipſe dictare, dum de plantarum interitu diſ-

ſex. prac. ſerens *hic* dixit ἀνάλυσιν ποιεῖται (*reſolvuntur*) at ubi animalium interitus meminit, vocem Διαλύεται (*diſſolvuntur*) non

ἀνάλυσιν

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ἀνάλυσιν (*resolutionem*) assumpsit; indicaturus, non hæc in sibi cognatum resolvi, ut ea, sed ita dissolvi, ut quid extraneum prodiret.

Ratio postrema, qua Vniversi æternitas infertur. Text. ult.

Ἔτι δὲ τὸ ἄναρχον καὶ ἀπελεύτητον καὶ τοῦ σχήματος, καὶ τῆς κινήσεως καὶ τοῦ χρόνου, καὶ τῆς οὐσίας τοῦτο πιστοῦται. διότι ἀγήρατος ὁ κόσμος καὶ ἄφθαρτος. ἥτε γὰρ τοῦ σχήματος ἰδέα κύκλος. ἔστος δὲ πάντοθεν ἴσος καὶ ὅμοιος. διόπερ ἄναρχος καὶ ἀπελεύτητος. ἥτε κίνησις. 1. κατὰ κύκλον, αὕτη δὲ ἀπεράατος καὶ ἀδιέξοδος. ὅτε χρόνος ὁ ἄπειρος, ἐν ᾧπερ ἡ κίνησις, διὰ τὸ μήτε ἀρχὴν εἰληφέναι τὸ κινούμενον, μήτε τελευτὴν λήψεσθαι. ἡ γὲ μὴν οὐσία τῶν πραγμάτων ἀνέκβατος καὶ ἀμεταβλητος, διὰ τὸ μήτε ἀπὸ τοῦ χείρονος ἐπὶ τὸ βέλτιον, μήτε ἀπὸ τοῦ βελτίονος ἐπὶ τὸ χεῖρον πεφυκέναι μεταβάλλειν. ἐκ τούτων ἂν ἁπάντων σαφῶς πιστοῦται, ὅτι ὁ κόσμος ἀγήρατος καὶ ἄφθαρτος. καὶ περὶ μὲν τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς ἄλλοις εἰρήσθω.

PRæterea carentia principii, & finis, figuræ, motus, temporis, ac substantiæ hoc suadent, quare ingenitus sit mundus, & incorruptibilis. figuræ enim species circulus, hic vero undequaque æqualis, & similis, ideoque principio, ac fine destitutus. Motus quoque circularis, ipsa autem interminabilis, & exitu carens: tempus quoque infinitum, in quo sanè motus, eo quia nec initium sumit, quod movetur, nec finem sit habiturum: substantia quoque rerum exitu carens, & immutabilis, eo quia nec à deteriori ad melius, nec à meliori ad deterius nata est immutari. Ex his igitur omnibus manifesto suadetur mundum ingenitum esse, & incorruptibilem. ac de toto quidem, & universo satis dictum sit.

1. n. τῆς κινήσεως im. ex al.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

PRædicta ulterius ſatis à figura, motu, tempore, ac ſubſtantia confirmantur: hæc enim ſingula cum initio careant, ac termino, tale quoque univerſum eſſe aperte ſuadent. figura ſcilicet eſt circulus, qui ſibi ipſi undequaque æqualis, & ſimilis, nulla præditus eſt parte, quæ principii, vel finis rationem exerceat. Motus pariter eſt circularis, ideoque terminis omnino carebit. Tempus & ipſum, quod univerſi motum dimetitur, infinitum eſt: id enim, quod eo fertur nec ortui ſubjacet, nec interitui, ipſius pariter ſubſtantia univerſi eſt hujuſmodi, cum nulla in ea à deteriori ad melius, vel à potiori ad deterius vigeat mutatio. è quibus ſingulis manifeſto univerſi perennitas apparet. ac de toto, & univerſo hæc ſatis.

COMMENTARIVS.

POſtremam hic recenſet Ocellus rationem, qua percitus univerſi æternitatem voluit aſſeruiſſe, eamque ex figura, motu, tempore, ac ſubſtantia ipſius quæ ſingula perennitatem ſuadent, acutè deducit. Si figura ſpectetur, circulare eſt univerſum, ut abunde Phyſici 2. *cæli* 22. *& ſeqq.* & Mathematici de ſphæra differentes uberrime oſtendunt; ac entia quælibet mollia aperte ſuadent, quorum proprium eſt continentis formam aſſumere, quia facile termino alieno clau-

Vniverſum circulari forma gaudet, ideoque etiam in eo contenta.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

clauduntur. 2. *de ortu 9. & 13.* videmus enim cyatho infusum vinum ad sphæricam figuram accedere, & hoc idem in mari ipso, ac fluminibus observant Mathematici, ac in sputo ex ore in terram vehementer licet emisso uniuscujusque oculis occurrit: circulus autem principio caret, & fine, quia, ut observabat Philosophus 8. *phys. 77.* τί γὰρ μᾶλλον ὁποιοσοῦν πέρας τοῦ ἅπτου (περιφερὲς) γραμμῆς; ὁμοίως γὰρ ἕκαστον καὶ ἀρχὴ, καὶ μέσον, καὶ τέλος. ὡς ἀεί τε τινὰ εἶναι ἐν ἀρχῇ καὶ ἐν τέλει, καὶ μηδέποτε. (*cur magis quodvis eorum, quæ sunt in linea terminus erit? similiter enim & unumquodque & principium, & medium, & finis est, ut semper quædam sint in principio, & fine, & nunquam.*) ideoque Manilius, dum circularem figuram contemplaretur, canebat: *Astron. 1.*

Cui neque principium est usquam, nec finis in ipso,
Sed similis toto remanet, perque omnia par est.

Motus quoque universi est circularis, qui suapte natura perennis est, quod luculenter probavit Philosophus *ibid.* cum primum motum illum esse edoceret *t. 73. & seqq.* simulque solum continuum, & perennem: quarum sane conditionum motus rectus non est particeps, hic enim ratione spatii nequit esse infinitus, quia spatium actu infinitum renuit natura, ut late 3. *phys. 40. & seqq.* & si reflectatur motus, unitate simul, & continuitate carebit, dum in puncto reflexionis semper intercedat quies, ut validissimis confirmatur rationibus 8. *phys. 65. & seqq.* Tempus quoque in quo exercetur motus, & quod illius est numerus, & mensura 4. *phys. 102.* asseritur æternum, eo quia mobile, cujus motum id dimetitur, ortum non habuit, nec interitum sortietur, ex habitis *superius.* Idem tandem ex universi comprobat substantia, argumentoque inhæret superius *t. 3.* allato, in quo universum nec à deteriori ad melius, nec à meliori ad deterius progredi statuebatur, ideoque ejusdem substantia ortus erit incapax, ac interitus. Et de Vniverso satis dictum subdit, eo quia scilicet,

Motus circularis æternus.

Solus continuus.

eam,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

eam, quam ab initio propoſuerat de Vniverſi perennitate quæſtionem, à ſe ſufficienter arbitratur definitam.

Solvuntur rationes Ocelli, quibus æternitatem univerſi probavit.

Singula vero hucuſque tradita, ſi ea ſpectemus, quæ cæleſti deſtituta præſidio humana inſcitia valet attigiſſe, acute ſimul, ac ingenioſe prolata unuſquiſque fatebitur; nec damnandum ideo, ignarum veluti aſſeret Ocellum, aliiſve ideo ejuſdem dictis fidem detrahendam, quod in gravi hac contemplatione falſa protulerit. in ea ſiquidem hic verſamur controverſia, in qua non dicam ſane Ocellum philoſophice diſſerendo vera tradidiſſe (Philoſophia ſiquidem ſcientiæ, ideoque veritatis parens, ſi rite pertractetur, nulla poteſt dogmata ſancire, quæ cuicunque veritati conſona vir ſapiens non comperiat, dum veras inter propoſitiones ulla unquam vigere queat oppoſitio (*periherm. 2. c. ult.*) id tamen affirmabo ſolo naturæ ductu procedentes, nec immenſo ſupremi Numinis favore ad certiſſimam divinorum operum notitiam elatos, cæleſtiumque neſcio arcanorum, veritatem certo ictu vix attingere potuiſſe. eruditiſſimum una, ac ſanctiſſimum audite Theologum: *Mundum non ſemper fuiſſe ſola fide tenetur, & demonſtrative probari non poteſt.* Ignoſcat ideo unuſquiſque Ocello antiquiſſimo ſcriptori, unaque Ariſtoteli univerſi æternitatem falſo licet aſſerenti; & tantorum diſcat virorum exemplo exilem humanam eſſe ſapientiam, ac mortales quoslibet Platonici velut antri novos incolas non veritatem, at veritatis umbras inani tantummodo ſemper captaturos complexu, ni divinæ radius affulſerit ſapientiæ; quam nobis vberrime cum divinus amor exhibuerit, ſingula hæc, quibus innixum ſtabat Ocelli dogma, facillime continget evertere. ſi omnipotentem Deum è nihilo univerſum immenſa virtute contemplemur eduxiſſe,

Excuſatur Ocellus.

1. p. q. 46. art. 2. in corp. 8. phyſ.

Solvitur prima ratio.

Boet. de conſ. lib. 3. metr. 9.

Quem non externæ pepulerunt fingere cauſæ
Materiæ fluitantis opus; verum inſita ſummi
Forma boni.

ideoque

ideoque nullius materiæ indigum iis neglectis legibus, quas ipſe naturæ prę ſcripſit, univerſum unaque ſingulas illius partes procreaſſe: congrua qualibet illis perfectione tributa unico temporis momento non ſucceſſivo decurſu, quam omni ab iis excluſo virtutis decremento eouſque ſervabit, quouſque immenſa ejuſdem bonitas dictabit, ac ſapientia, à præpotenti cujus nutu, non à ſeipſo mundus, cæteraque ſimul entia omnino cum pendeant, Secunda, & tertia. Quarta.

Vnus enim rerum pater eſt,
Vnus cuncta miniſtrat,

Boët. ibid. metr. 6.

non aliunde ortus, vel interitus univerſi cauſa expetenda; quod vel in nihilum facillime redigeretur, cum ipſe temporis, ac motus primævus auctor ſuos ſubtraheret univerſo influxus, quod, dum ipſius expoſcant imperia, Quinta. Sexta.

Vna dies dabit exitio: multoſque per annos
Suſtentata ruet moles, & machina mundi,

Lucr. l. 5.

ubi ſcilicet æterno ab eodem conſtitutum decreto advenerit tempus,

Quo mare, quo tellus, correptaque regia cæli
Ardeat, & mundi moles operoſa laboret.

Ovid. 1. metam.

hujuſmodi profecto nil avertente interitum ſphærica figura, quam Deum idcirco univerſo contuliſſe credidit Plato *in Timæo*, quia ſuo ambitu cuncta cum forent continenda, ea ipſum æquum erat exornari figura, quæ omnium maxime capax eſſet figurarum. quare univerſum aſſerentes æternum, erraſſe ſtatuendum: illi ſcilicet immenſa Dei potentia primordia contulit, cujus ſane rei hanc unicam aſſignare poſſumus cauſam, quod ſcilicet Deus, ut *ibid.* dicebat Plato, ἀγαθὸς ἦν (*bonus erat*) ut enim ajebat Hierocles: αἰτία γὰρ τῆς τῶν πάντων ποιήσεως ἑτέρα ἄλλη προθύμως ἔυλογος, πλὴν τὸ κατ' ἐσίαν ἀγαθότητος. ἀγαθὸς γὰρ ἦν φύσει. (*neque enim cauſa alia rationi conſentiens rerum omnium creationis afferri poteſt, quam quæ ab eſſentiali Dei bonitate proficiſcitur. eſt enim bonus Deus natura ipſa.*) Vltima. Vniverſum cur ſphæricum. Cur Deus univerſum condiderit. *In carm. Pyth. com. 1.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ipſa.) & paulo poſt, αἱ γὰρ ὠφελεῖαι τὴν ἀγαθότητα λεγόμεναι αἰτίαι τῆς δημιουργίας τῇδε τῷ παντὸς, ἀνθρωπίναις μᾶλλον προσήκουσιν, ἢ τῷ θεῷ πρέπουσιν, (*quæ enim aliæ præter bonitatem creandæ universitatis hujus cauſæ aſſignantur, mortalium neceſſitatibus potius, quam Deo conveniunt.*) ac ipſius interitum eadem molietur, ubi ſatius eſſe ipſius decreverit ſapientia, nam ut ait Plato in Timæo, univerſum tam apte cohæret, ut ſit ἄλυτον ὑπό τῶν ἄλλων, πλὴν ὑπό τοῦ ξυνδήσαντος (*nequeat diſſolvi ullo modo, niſi ab eodem, à quo eſt colligatum.*)

CAPVT SECVNDVM.

Textus 1. **Vbinam generatio ſit, & generationis cauſa.**

Ἐπεὶ δὲ ἐν τῷ παντὶ τὸ μὲν τοι γένεσις, τὸ δὲ αἰτία γενέσεως, καὶ γένεσις μὲν. 1. ὅπου μεταβολὴ καὶ ἡ. 2. ἔκβασις τῶν ὑποκειμένων, αἰτία δὲ γενέσεως, ὅπου ταυτότης τοῦ ὑποκειμένου. Φανερὸν ὅτι μὲν οὖν τὴν αἰτίαν τῆς γενέσεως τὸ ποιεῖν καὶ τὸ κινεῖν ἐστὶ, περὶ δὲ τὸ δεχόμενον τὴν γένεσιν τό τε πάσχειν, καὶ τὸ κινεῖσθαι.

1. μὲν deeſt in v. 2. ad. ἡ ex v. & b.

Quoniam autem in Univerſo aliud quidem generatio, aliud vero generationis cauſa, & generatio quidem, ubi mutatio, & egreſſus ſubjectorum, cauſa vero generationis, ubi identitas ſubjecti: manifeſtum, quod ſane circa cauſam generationis facere, & movere eſt, at circa ſuſcipiens generationem pati, & moveri.

PARAPHRASIS.

IN univerſo cum longe differant generatio, & ipſius cauſa: illaque ibi vigeat, ubi ſubjectorum occurrit mutatio, & ex una forma in aliam tranſitus. hæc vero ibi tantummodo ſervetur, ubi ſub-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſubjecta nulla mutatione afficiuntur. jam patet quod cauſæ ortus proprium erit movere, & agere, ſubjecti vero, in quo generatio exercetur, munus erit pati, ac moveri.

COMMENTARIVS.

PLuribus univerſo æternitatem adſcribere rationibus *cap. præced.* contendit auctor, vel in ipſis entibus, quæ aſſiduè interitu premuntur, nec ignobilia æternitatis veſtigia docens refulgere, tum quia in iis quædam reflexio, ac perennis occurrebat regreſſus, tum quia recentia in dies prodibant entia, quibus materiem ea, quæ interire contigerat, uberrime præbebant. hinc facile interrogaſſet quiſpiam, qua potiſſimum ratione hic rerum ortus ſuccederet, ex quo ſcilicet, & à quo res ipſæ progignerentur: nunc ideo *in hoc 2. cap.* vera ortus vult aſſignare primordia, materiale ſimul, ac effectivum generationis principium dilucide expoſiturus, & utriuſque naturam *hoc textu* leviſſime percurrit, utrumque diffuſius, inde petita occaſione *ſeqq. text.* declaraturus. In generatione igitur duo contemplatur occurrere, generationem ſcilicet, ac ulterius generationis cauſam, ortus nomine tranſitum de non eſſe ad eſſe exprimendo, quem ſuperius *cap. 1. t. 3.* progreſſum à deteriori ad melius elegantiſſime dixerat: & generationem ibi præcipuè docet vigere, ubi *mutatio, & regreſſus ſubjectorum* adeſt, ubi ſcilicet materia (cui ſubjecti conditiones attribuit mox *t. 3.*) mutationibus premitur, ut ita immutetur, quod fere ex una forma in aliam digredi videatur. ex eo enim perennis rerum ortus effluit, quod materia cum genus formarum reſpiciat, ſuum veluti adæquatum objectum, eaſque ſingulas ſimul nequeat recipere, eaſdem ſucceſſive ſaltem aſſequi exoptat, ac unius com-

Connexio cum præced. cap.

Synopſis hujus capitis.

Vbi generatio vigeat.

Vndenam ortus æternitas.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pos reddita, eam quaſi faſtidiens, ac velut ſatiata eam dimittit, alteriuſque formæ commercio gaudet : ideoque *phyſ.* 1. 81. formas avidiſſime dicitur expetere. cum igitur generatio conſurgat, ex quo ſubjectum mutatur, ac è priori quadam forma ad aliam digreditur, acute modo dixit ortum ibi contingere, ubi mutatio ſubjectorum adſit. Ad hæc tamen ſi auctoris mens ferebatur, ſatius fuiſſe formarum, quam ſubjectorum mutationis meminiſſe, dubitabit aliquis, nam materia permanet *phyſ.* 1. 60. formæ vero mutantur, & recedunt, inani tamen laborabit dubitatione : materia ſiquidem permanet, ac ideo rectius illam mutari dicemus, quam formam ; id enim præcipuè mutatio videtur exigere, quod res illa permaneat, quæ mutatur, ita tamen quod ex uno habitu in alium digrediatur: formæ vero ſingulæ, quia evaneſcunt, ſi intellectum excipias, non eas propriè mutari aſſeremus, ſed potius mutationem contingere in ſubjecto in ordine ad illas, quatenus hujuſmodi tranſitum ex uno termino in alium ex vi nominis exprimit mutatio, ut inde nomen hoc μεταβολὴ (*mutatio*) deductum obſervet Philoſophus 5. *phyſ.* 7. ulteriuſque ſolum materiam naturam eſſe veterum plerique cognoſcebant 2. *phyſ.* 7. ac perinde mirum non eſt, quod ubi γένεσις (*generationis*) eſt mentio, quam primo natura exprimit, dum φυομένων γένεσις (*eorum quæ naſcuntur generatio*) definiatur *met.* 5. *t.* 5. quod etiam reſpiciebat Philoſophus 2. *phyſ.* 14. ibi materiæ omnia tribuantur ; eoque magis quod materiam ipſam in rerum ortu veteres omnes reſpexiſſe teſtatur Philoſophus *de p. an.* 1. *cap.* 1. ubi tamen quatuor cauſarum genera à ſe explicata 2. *phyſ.* 27. *& ſeqq. ac* 5. *met. t.* 2. ad illud ſubjectum docebat referenda : ulteriuſque antiquos materialem tantum, & effectricem cauſam obſcure tamen attigiſſe teſtatur *met.* 1. *ſum.* 2. *cap.* 2. de quibus eos differentes, illis ſimiles dicebat, qui bellandi ignari prælia ſubibant, etenim illi circumeuntes egregias plerumque plagas

Materia eo quia permanet, recte dicitur mutari.

Natura primo generationem ſignificat.

Materia & efficiens cauſa antiquis notæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

plagas hoſtibus infligunt. cum igitur materia vera ſit ortus Sedes, hujus cauſam ibi Ocellus obſervat occurrere, ubi eſt *identitas ſubjecti*, hoc eſt, ubi ſubjectum nullis premitur mutationibus, nec ex una forma in aliam digreditur: & hujuſmodi eſt ipſum cælum, in quod infra *hoc eod. cap.* cauſa generationis rejicietur, ſi tamen primam placeat contemplari, è qua ſemper propter quid à Philoſophis eruendum docemur *phyſ.* 2. 27. ex quo enim cælum corruptioni non eſt obnoxium, nec alterationi 1. *cæli* 22. *&* 2. *cæli t.* 1. jam patet ſubjectum in eo non ſubeſſe mutationi formarum. Sed cur ſubjecti, ſingulariter, dum ortus cauſam, pluraliter vero dum ortum contemplaretur, meminiſſe voluit Ocellus? illam ſcilicet ibi dicens vigere, ubi identitas *ſubjecti*, hanc vero, ubi mutatio *ſubjectorum.* idcirco id auctorem præſtitiſſe reor, quia in inferiori parte univerſi plura adſunt individua, quæ aſſiduè oriuntur, & intereunt, eaque idcirco plurali voce ſubjectorum opus fuit expreſſiſſe, quod in cælis cur non erat præſtare? quia hic induunt unius ſubjecti rationem, unus in iis, ac idem cum vigeat operandi modus, ac ille hic obſervetur; eoque magis quod Soli munus hoc præcipuè aſſignabit. & obſervandum, quod licet uſus ſit nomine ταυτότης (*identitas*) ubi de cælis erat ſermo, non uti voluit nomine ἑτερότης (*diverſitas*) quod illi opponitur, ubi materiam inferiorum conſiderabat, ne quis ſcilicet inde opinatus fuiſſet, diverſæ rationis materias ſubjici formis horum inferiorum, è quo inde everteretur mutua illa inter ipſa immutatio, per quam dictum eſt ſuperius caducis entibus æternitatem attribui, & quam inter prima corpora ſuccedere mox diffuſe docebimur, nam quæ invicem immutantur, communem ſortiantur materiam oportet, 1. *de gen. t.* 1. & ex hoc eleganti diſcrimine, quod inter ortum, ejuſque cauſam conſtituit, peculiare utriuſque munus infert, quod ſcilicet ortus cauſæ peculiare veluti munus adſcribendum ſit facere, ac

Vbi ſit cauſa generationis.

hoc t. 1. ult.

c. p. 1.

Quæ mutantur invicem communem materiam habent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

movere; ad illud vero, quod generationis eſt ſuſceptivum, pati ſpectat, ac moveri. unde licebit colligere conſonam eſſe menti Ocelli expoſitionem eam, cui inhærendum diximus, quod ſcilicet ibi ſermo fuerit de materia, & efficiente, dum hæc munia illis competere nunc appareat, vel conſentiente Ariſtotele, qui iiſdem fere verbis 2. *de gen.* 53. docuit materiæ proprium eſſe pati, & moveri, movere autem, & facere alterius potentiæ.

Textus 2.

Vniverſi in ſuas partes diviſio.

1. vv. αὐτὰς.

Αἱ δὲ μοῖραι αὐτὰ. 1. διορίζουσι καὶ τέμνουσι τότε ἀπαθὲς μέρος τοῦ κόσμου τὸ καὶ ἀκίνητον

2. legerem ἀσυπαθὲς & ἀσυκίνητον.

(ἰσθμὸς γάρ ἐστιν ἀθανασίας 2. καὶ γενέσεως ὁ περὶ τὴν σελήνην δρόμος) τὸ μὲν ἄνωθεν ὑπὲρ ταύτης πᾶν καὶ τὸ ἐπουράνιον. 3. θεῶν κατέχει γένος, τὸ δ' ὑποκάτω σελήνης νείκους καὶ φύσεως. τὸ μὲν γάρ. 4. ἐστιν ἐν αὐτῇ ἀλλαγὴ γενομένων, τὸ δὲ γένεσις ἀπογενομένων.

3. vv. d. & c. ὑπ' αὐτὴν.

4. ad. ex vv. & c.

Fata autem ipſa diſtinguunt, ac ſecant impaſſibilem univerſi partem, & immobilem (iſthmus enim eſt immortalitatis, & generationis Lunæ curſus) omne quidem, quod eſt ſuperius ſupra illam, & quod in ea Deorum incolit genus, quod vero eſt ſub luna contentionis, & naturæ. hoc quidem, eſt in ipſa genitorum immutatio, hoc vero eorum quæ periérunt, generatio.

PARAPHRASIS.

VNiverſi partem impaſſibilem, & immobilem ſejungunt fata, ut Lunæ curſus ſit veluti inter immortalitatem, & ortum quidam iſthmus. nam quidquid & ſupra ſe, & in ſe Luna continet, id omne Deorum ſedes: quod vero infra illam conſtitutum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſtitutum eſt, totum id contentioni, & Naturæ aſſignatum. ita ut in ipſo & interitus eorum, quæ jam genita ſunt, & ex iis, quæ interiere, aliorum ortus aſſiduè ſuccedant.

COMMENTARIVS.

DVo præcipuè, ut rerum ortus in univerſo contingeret, à natura fuiſſe conſtituta præcedenti textu abunde monuit Ocellus, horum utrumque, ut in qua univerſi parte jaceat aperte innoteſcat, in duas partes ipſum congrua ſectione monet diviſum, quarum utriuſque conditiones nunc elegantiſſima methodo deſcribit. ac ideo monet fata ſejunxiſſe, & propriis terminis provide circumſcripſiſſe impaſſibilem univerſi partem, ac immobilem, ut è duabus his præcipuis veluti portionibus univerſi moles coaleſcat, ſimulque conſervetur. Voce μοίρας, hic fata certe expreſſa nemini dubium erit: at quid fatorum nomine ſignificare voluerit, certo aſſerere difficillimum, hac enim voce auctorem alibi uſum fuiſſe non apparet. crediderim ſane ipſum pro lege eorum, quæ in univerſo eveniunt, & per providentiam reguntur fati nomen uſurpaſſe, quo fere pacto à veterum pleriſque videmus acceptum *apud Plutarchum.* idque eo magis, quod inter Pythagoræ dogmata hoc præcipuè ſcimus refulſiſſe *ex Laërtio,* quod in Deo inferiorum providentiam piè ſimul, ac erudite cum collocaret, fato omnium per partes adminiſtrandorum cauſam, munuſque adſcriberet. unde forſitan Pythagoræus Architas percitus ajebat, στρατεύματος μὲν ἀγεῖ στρατηγὸς, πλωτῆρων δὲ κυβερνάτης, τῷ δὲ κόσμῳ θεὸς, τᾶς ψυχᾶς δὲ νόος, τᾶς δὲ περὶ τὸν βίον εὐδαιμοσύνας Φρόνασις (*exercitui præeſt imperator, nautis gubernator, mundo Deus, animæ mens, vitæ hujus beatitati prudentia*) nec ab auctoris eleganti abhorret inſtituto, qui

Sectio Univerſi.

Fatum quid.

De plac. l. 2. c. 28. In vita Pyth.

Deus Univerſi moderator.

qui infra *c. ult. t.* 2. vividos homini appetitus à Deo inſitos, ac per ipſum perennitatem in ſingulis entium ſpeciebus ſuppleri cum ingenioſe profiteatur *c. præc.* certe videtur auctorem cunctorum, Deum apertiſſime fateri, eo fere pacto, quo & Philoſophum ſcimus aſſeruiſſe, dum *alias allato t.* 38. 12. *met.* ait, ὃτι τοιαύτης ἀρχῆς ἤρτηται ὁ οὐρανὸς, καὶ ἡ φύσις (*à tali ergo principio tum cælum, tum natura dependet.* quem ſequutus Manilius & ipſe univerſum profeſſus æternum, canebat,

Aſtro. 1.

——————— *omnia toto*
Diſpenſata manent mundo, dominumque ſequuntur.
Hic igitur Deus, & ratio, quæ cuncta gubernat.

quempiam vero ab hac amplectenda ne deterreat ſententia Deorum pluralitas ab antiquis conficta, ac ſi faciles inter eos diſſenſiones vel in Trojano bello frequentes eos ab univerſi regimine potuiſſent diſtrahere. veteres enim quoslibet ſapientes unicum naturæ parentem Deum confeſſos fuiſſe nemo ignorat, ut abunde ſuperius *cap.* 1. *t.* monuimus, id quinimo reſpiciens omnis parens eruditionis Homerus (*in quo*, ut ajebat Vellejus, *hoc maximum eſt quod neque ante illum, quem ille imitaretur, neque poſt illum, qui eum imitari poſſet, inventus eſt*) edocuit, dum illius meminit catenæ, cui univerſa ſi appenderetur ethnicorum Deorum turba, ſummum Jovem nil potuiſſet dimovere, qui tamen ipſos cum terra, marique facillime, vel uſque ad olympi cacumen attollere valebat, eos inde præcipiti caſu ad profundum uſque tartarum, ſi libuiſſet, projecturus. quo certe commento unicum Deum univerſi monarcham nobis exhiberi, *ibi* obſervabat Euſtath. dicens: ὡς γὰρ ἐν τοῖς κάτω οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη, οὕτω καὶ ἐν τοῖς ἄνω, καὶ πολλῷ μάλιστα ἐκεῖ (*ut enim in inferioribus non bona eſt multitudo principatuum* (quod indiſtincte 12. *met.* 55. proferebat Ariſtoteles) *ſic & in ſuperioribus, & quam maxime ibi.*) jure igitur prædicta crediderim auctorem fati nomine fuiſſe complexum, & ſupremum univerſi regem, à quo

Iliad. θ.

Hiſt. lib. 1.

Deus unus etiam apud veteres.

Catena Homerica quid allegorice ſignificet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quo cuncta dependent respexisse. nec dubitet aliquis an hunc causarum nexum, quo universum exactissime regitur, fati nomine voluerit Ocellus expressisse, quia voce εἱμαρμένη is potius significari consueverit: & vox μοῖρα, qua hic utitur auctor, illum potius causarum ordinem præseferre videatur, quo singulis entibus sua conditio à summo numine præscribitur, quod Pythagoræus Hierocles exponens Pythagoræ carmen illud:

Quod discrimen inter μοῖραν, & εἱμαρμένην. com. 18.

Ὡς ἂν μοῖραν ἔχῃς, πρᾴως φέρε, μηδ' ἀγανάκτει

(*prout sors tua fuerit* (dicerem ego tuum fatum) *eam ferto moderate: neque indignare.*) videtur observasse, dixit enim εἶναι δὲ τὴν ἑκάστῳ ἀπονεμηθεῖσαν ἀξίαν, τὴν νῦν λεγομένην μοῖραν, ἠρτημένην τ τε προνοίας τ θεοῦ, καὶ τ κοσμικῆς εὐταξίας, καὶ τ ἀνθρωπίνης προαιρέσεως. εἰ μὴ γὰρ εἴη θεοῦ πρόνοια, οὐκ ἂν εἴη τάξις ἐν κόσμῳ, ᾗ γε εἱμαρμένην ἂν εἴποι τις. &c. (*nec esse aliud mercedem cuique tributam, quam μοῖραν sortem, de qua nunc sermo est, quæ à Dei providentia, mundanique ordinis præstantia, atque humana voluntate dependeat. neque enim si non esset providentia, ordo ille in mundo existeret, quod εἱμαρμένην fatum possit quis appellare.* licet enim μοῖρας nomine universale etiam fatum expressum apud plerosque auctores intueri, quorum abunde exempla afferunt lexicographi, ad idque mens auctoris, ideo congruè referenda; eoque magis quod longe aptius hic loci nomen μοῖρα, quam εἱμαρμένη poterat collocari, dum hic sectionis partium universi occurrat mentio, Deumque ipsum μοῖραν dictum ἀπὸ τ μερίδων (*à rerum partitione*) acute prodiderit auctor libri de mundo *c. ult.* sive is revera Aristoteles fuerit, ut ex Iustino Martyre, & Bessarione Card. & aliis adnotabat Paulus Benius: sive fuerit Nicolaus Peripateticus, ut Victorius censuit *in variis lect.* sive tandem Possidonius Stoicus, ut suspicari videtur Thomas Aldobrandinus. nec tam rigido ponderandæ examine, ac grammaticali trutina à Philosopho acceptæ dictiones, non voces, at res

Deus cur μοῖρα.

Quis fuerit auctor libri de mundo ad Alexandrum. *in Plat. Tim. dec. 1. l. 3. l. 25. c. 13. in notis in Laert. l. 2. n. 390.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ipſas conſiderante, quibus quemcunque uſum Grammatici adſcripſerint, hic ſane μοῖραν Ocellum aſſumpſiſſe aſſereńdum, pro eo naturali ordine, quo in cæleſtem mundus dividitur, ac inferiorem partem. hæc igitur fata univerſi portionem *impaſſibilem* diviſiſſe docet, ac *immobilem*, quibus dictionibus cæleſtem, ac inferiorem partem circumſcribi cum tradita *præc. textu*, & quæ hic exhibentur, ac inferius aſſignabuntur nos ſatis moneant, mendum ineſſe textui, nec temere licebit ſuſpicari, neutra ſcilicet earum conditionum inferiorem ſcimus partem affectam, quam perenni obnoxiam viciſſitudini conſpicimus, ideoque nec paſſione, nec motu immunem. quod ſi quis ibi cælorum tantummodo meminiſſe Ocellum arbitretur, ad quid univerſi referre ſectionem unica illius delineata parte, cum duos ſaltem terminos diviſio videatur exigere, quorum unum ab altero ſejungi contingat? imo licet ἀπαθὲς cælum placeret cum Philoſopho 1. *cæli* 22. aſſerere, ubi ipſum ἀγήρατον, καὶ ἀναλλοίωτον, καὶ ἀπαθὲς, *inſeneſcibile*, *inalterabile*, *& impaſſibile*, dicebat illud tamen ἀκίνητον, *immobile*, non aſſeremus, quod perenni motu novimus gaudere, dum de ipſo 2. *cæli* 17. proferatur, quod φύσει κινεῖται κύκλῳ ἀεὶ (*natura circulariter movetur ſemper*) è quo reliquis entibus ſinguli motus uberrime conferantur, 1. *de ortu* 14. omneſque rerum ortus prodeunt & interitus, *inf. t. ult. & late* 2. *de ortu* 55. *&* 59. quare potius cum Nogarola hic legendum cenſuerim ἀεὶ παθὲς μέρος καὶ ἀεὶ κίνητον (*ſemper paſſibilem partem, & ſemper mobilem*) ut etiam legiſſe obſervo Patricium. illa enim voce recte inferior hæc pars exprimitur, in qua perennem tantum viciſſitudinem vigere, & aſſidua conſtantem eſſe inconſtantia ſemper intuemur, ut Protagoræ ſententia è perenni rerum fluxu concipientis talia eſſe quæcunque, qualia unuſquiſque opinatur, de qua diſſeremus infra *t. ult.* ſi non aſſenſu, excuſatione ſaltem quam maxime digna videatur: cæleſtis vero regio, ut mox dicebamus,

Textus emendatur.

diſcuſ. peripat. t. 2. l. 6. Protagoræ opinio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mus, jure per ἀεικίνητον fuit expreſſa, quam ſine occaſu motu deſtitui non contingat. imo ſic legendum neceſſario horum videtur dictare terminorum Pythagoræis acceptio familiaris, ubi univerſi partes recenſebant. ſic enim univerſum à Critone Pythagoræo legimus diviſum, ubi ait: ἔντι γὰρ τᾷ τ' ὅλων πρώτᾳ συναρμοχᾷ συναμφοτέρων τᾶν φυσίων, τᾶς τε ἀεικινάτω φύσιος, καὶ τᾶς ἀειπαθέος, κόσμος ἐστί. (*in Vniverſo primum utriuſque naturæ compoſitio, tum quæ ſemper movet, tum quæ ſemper patitur, mundus eſt*) ac inferiorem hanc partem, cæleſtem reſpicere iiſdem vocibus Theages pariter Pythagoræus edocebat, dicens, σωτέραν δὲ τὸ χέρειον ἕνεκα τῶ βελτίονος. ὡς ἐν μὲν τῷ κόσμῳ τὸ ἀειπαθὲς πᾶν μέρος ἕνεκα τῷ ἀεικινάτω. (*quod deterius eſt præſtantioris cauſa cœpit exiſtere: ut in mundo ſemper patiens pars propter eam, quæ ſemper movetur.*) fruſtra tamen aliunde teſtes ad id probandum accerſo, dum hiſce terminis Ocellum infra *cap. 3. t. ult.* & in ſuo de lege libello uſum conſpiciam, ut ejuſdem teſtatur fragmentum, quod in hujus operis calce ex Stobæo eductum collocavimus, & expoſuimus, ubi utriuſque etiam partis munia recenſens dicebat, τὸ μὲν ἀεικίνητον κυβερνᾷ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνᾶται (*quod ſemper movet, gubernat; quod ſemper patitur, gubernatur*) ubi vero terminus ſit harum partium docet illico, lunamque tradit eſſe hujuſmodi terminum, ac inter immortalem, mutationique obnoxiam partem comprehendi, dum ſupra ſe cæleſtem, infra ſe caducam ſortiatur regionem. eleganterque ideo ipſam ἰσθμὸν (*iſthmum*) nuncupavit, dum hoc præcipuè munus contemplaretur, ut enim iſthmum anguſtias terræ duo maria dirimentis Geographi nuncupant, ut pluribus confirmat exemplis Dionyſii ſcholiaſtes Euſtathius deſumpta (ut adnotavit Iohannes Benedictus in ſuis ſcholiis in Pindarum doctiſſimis) ſimilitudine τῦ ἰσθμῦ, quæ eſt pars μεταξὺ τῦ στόματος καὶ τῦ στομάχου (*inter os, & ventriculum*) ſic dicta, ὅτι δι' αὐτοῦ ἵεται τὰ σῖτα (*quoniam per ipſam tranſeunt*)

in libro de prud. & felicitate.

in libro de virtutibus.

Egl. phyſ. l. 1. c. 16.

Iſthmus quid.

In præfat. ad.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſeunt cibaria) ut ſicuti per faucium anguſtias cibi ad ventriculum deferuntur, ita per iſthmum, per quaſdam veluti fauces, à continenti ad inſulam, vel peninſulam detur acceſſus. pari poſſumus ratione aſſerere, cum per orbem lunæ ex incorruptibili parte ad caducam perennis quidam ſtatuatur tranſitus, ac latiſſima veluti janua (ſic enim Pindarus Corinthiacum iſthmum nuncupavit, dicens: ἐν Κορίνθᾳ πύλαις (*in Corinthi portis*) quia per ipſum ceu per portam è mari ad Corinthum foret ingreſſus) lunam eſſe iſthmum immortalitatis, & generationis, quarum illa in ſuperna, hæc in inferiori viget regione, auctorem quam ingenioſe aſſeruiſſe, qui ulterius univerſi ſupremam partem Diis veluti ſedem adſcribit, in ea & ipſam lunam complexus, ne quis eam quaſi corruptioni obnoxiam cum inferiori parte putaret conjungendam, in quo placito convenerunt antiqui, ut alias obſervavimus ex Ariſtotele 2. *cæli t.* 2. quod pariter teſtabatur 1. *cæli* 22. dicens: πάντες γὰρ ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸ ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, ὅσοιπερ εἶναι νομίζουσι θεὸς, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συναρτημένον. (*omnes enim homines de Diis habent exiſtimationem: & omnes eum, qui ſurſum eſt, locum Deo tribuunt, & Barbari, & Græci, quicunque putant eſſe Deos, tanquam videlicet immortali immortale coaptatum ſit.*) Partem vero univerſi, quæ eſt infra orbem lunæ dicit eſſe *contentionis*. quod licet poſſemus aſſerere ab auctore dictum, quatenus contentionis ipſam eſſe ſedem opera humana demonſtrant, nam

Olymp. od. 9. — tranſitus, ac latiſſima veluti janua (ſic enim Pindarus Corinthiacum iſthmum nuncupavit, dicens: ἐν Κορίνθᾳ πύλαις (*in Corinthi portis*)

Cælum cur Diis aſſignatum. — ſedem adſcribit, in ea & ipſam lunam complexus, ne quis eam quaſi corruptioni obnoxiam cum inferiori parte putaret conjungendam, in quo placito convenerunt antiqui, ut alias obſervavimus ex Ariſtotele 2. *cæli t.* 2. quod pariter teſtabatur 1. *cæli* 22. dicens: πάντες γὰρ ἄνθρωποι περὶ θεῶν ἔχουσιν ὑπόληψιν, καὶ πάντες τὸ ἀνωτάτω τῷ θείῳ τόπον ἀποδιδόασι, καὶ βάρβαροι καὶ Ἕλληνες, ὅσοιπερ εἶναι νομίζουσι θεὸς, δηλονότι, ὡς τῷ ἀθανάτῳ τὸ ἀθάνατον συναρτημένον. (*omnes enim homines de Diis habent exiſtimationem: & omnes eum, qui ſurſum eſt, locum Deo tribuunt, & Barbari, & Græci, quicunque putant eſſe Deos, tanquam videlicet immortali immortale coaptatum ſit.*)

Inter homines ejuſdem artis contentio. — Partem vero univerſi, quæ eſt infra orbem lunæ dicit eſſe *contentionis*. quod licet poſſemus aſſerere ab auctore dictum, quatenus contentionis ipſam eſſe ſedem opera humana demonſtrant, nam

Heſiod. operum a. ——— ζηλοῖ δέ τε γείτονα γείτων
Εἰς ἄφενον σπεύδοντ'. ἀγαθὴ δ' ἔρις ἥδε βροτοῖσι.
Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει, καὶ τέκτονι τέκτων,
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει, καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

æmulatur ſane vicinum vicinus ad opes properantem, bonaque hæc contentio hominibus, & figulus figulo ſuccenſet, & faber fabro, & mendicus mendico invidet, & cantor cantori, tamen

ut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ut Philoſophum nos Philoſophice interpretemur, dicamus ab Ocello regnum adſcribi contentioni in mundo ſublunari, quia in eo, ut mox dicetur, clauduntur elementa contrariis prædita qualitatibus, ideoque aſſiduè invicem contendentia, ut mutationes compleantur, *ut inf. t.* 4. addit vero inferiorem hanc partem univerſi eſſe etiam *naturæ*, ut ſicut illa ſuperior Deorum eſt ſedes, ſic inferior hæc ſit contentioni & naturæ aſſignata, hanc aſſumendo, prout præcipua illius ſignificatio ortum complectitur, ut *tex. præc.* ex Ariſtotele adnotabamus, quare optime ſublunaris pars illi aſſignatur, quæ quodammodo à cæleſti excluditur cum hæc ortum arceat, quem illa perenniter admittit. imo peripateticis etiam inſiſtendo dogmatibus, naturæ ſolum inferiorem hunc orbem licet aſſignare, eamque à ſuperiori removere, ſi naturæ definitionem traditam *phyſ.* 2. *t.* 3. ſumamus, ibi enim cum ſtatuatur cauſa, & principium motus, & quietis ejus, in quo eſt, &c. cælum certe non complectetur, quod quietis incapax ab iiſdem ſtatuitur. nec quiſpiam hæc arbitretur me protuliſſe communi illa dubitatione perculſum, nemini eorum, qui vix à limine lycæum ſalutarint, ignota. quæ contra allatam definitionem ex eo emergit, quod cælo non inſit quies. eam enim excludere non foret difficile, obſervata animæ definitione *in* 2. *de an.* 24. collocata; in qua profeſſus Ariſtoteles animæ quodcunque genus complecti, eam dicebat eſſe, qua primo vivimus, ſentimus, movemur, & intelligimus; non, quod ubicunque occurrat anima, quæcunque hæc munia exerceat, alias & plantis, & brutis intellectum ſtolide adſcribere oporteret: ſed quia ubicunque aliquod ex iis operibus vigere conſpicimus, id è valida animæ virtute ſcimus prodire: pari enim ratione aſſerere permitteretur naturam primum motus, & quietis appellari principium, non eo quia ubicunque, & motum exerceat, & quietem; ſed quia ubicunque alterum hujuſmodi operum, vel ambo ab interno

Qua ratione in mundo adſit contentio, & natura.

Naturæ definitio ab Ariſtotele tradita explicatur.

Animæ definitio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

prodeunt principio per ſe, ea ab ipſa progigni natura ſit affirmandum. catenus tamen dixi, ea naturæ definitione cælos complexum non fuiſſe Ariſtotelem, aſſerere, non abſurdum fore in via Peripatetica, quoniam 1. *cæli t.* 5. naturam, quæ partibus cæli ineſt, motus principium dixiſſe Ariſtotelem, nulla quietis habita mentione conſpicimus; ac ſi ſuadere voluiſſet, quod licet tam cælum, quam inferiora regat natura, longe tamen diverſa ratione illam cælo tribuimus, ne definitione illa in limine 2. *phyſ.* aſſignata comprehendi arbitremur. quod acutiſſime videtur expreſſiſſe Ariſtoteles, dum naturam, & cælum velut entia diſtincta recenſuit, hoc & eam à primo motore dicens pendere *alias allato t.* 38. 12. *met.* quaſi diſſimilem in iis vigere expreſſurus rationem; inferiorem vero hanc partem contentioni, & naturæ cum attribuerit auctor, docet in ipſa contingere jam genitorum mutationem; & eorum, quæ interierunt ortum; quæ ſingula in eo latebant, quod dixerat contentioni, & naturæ aſſignatum orbem inferiorem; nam ratione contentionis elementorum, quæ ſimul ideo nequeunt permanere, mixtum diſſolvitur in elementa, è quibus fuerat compactum, ut apud Ariſtotelem 8. *phyſ. t.* 2. videbatur edocere Empedocles, quæ ubi rurſum contingat adæquatis jam eorum potentiis conjungi, mixtum prodit, 1. *de gen.* 89. & rei occurrit generatio, quæ vere naturæ gaudet nomine, ut obſervavimus. primo omnia, quæ de ortu, quo ad hoc propoſitum philoſophamur, interitum etiam complectuntur, eo quia & ipſe naturæ eſt opus, ſi M. Antonium audiamus, qui nullo pacto metuendam mortem edo-

Mors naturæ opus.

De vita ſua li. 2.

cturus, dicebat: τί ἐστὶν τὸ ἀποθανεῖν, καὶ ὅτι ἐάν τις αὐτὸ μόνον εἰδῇ, καὶ τῷ μορισμῷ τῆς ἐννοίας ἀφαιρήσῃ τὰ ἐμφανταζόμενα αὐτῷ, ἐκέτι ἄλλο τι ὑπολήψεται αὐτὸ εἶναι, ἢ φύσεως ἔργον. φύσεως δὲ ἔργον εἴτις φοβεῖται, παιδίον ἐστὶ. (*quidnam eſt mors? certe ſi quis eam per ſe intueatur, cogitationeque omnia ab ea ſeparet, quæ ei ineſſe videntur: is jam nihil exiſtimabit eſſe mortem quam opus naturæ,*

naturæ, at vero puer eſt, qui naturæ aliquod opus formidat) interitus præterea certiſſima quædam videtur via ad generationem, quæ ipſum neceſſario ſubſequitur, quatenus unius interitus alterius ſemper eſt ortus, 1. *de gen.* 17. dum vero dixit Auctor in orbe inferiori contingere generationem eorum, quæ perierunt; id eatenus non protulit, ac ſi vellet edocere ea, quæ fuerant deperdita, reſurgere: à privatione enim ad habitum, ut vulgo dicitur, non viget regreſſus *poſtpræd. cap. de op. & 2. de gen. t. ult.* at illud erudite reſpexit, quod illa quæ in univerſo intereunt, materiem iis præbent, quæ inde oriuntur: ut enim animadvertebat idem ſapientiſſimus Imperatorum *ibid.* σπέρμα τέ πον τινὰ πᾶν τὸ ὂν τῶ ἐξ αὐτῶ σπερμώ. (*omnia, quæ in natura ſubſiſtunt, ſemen quaſi ſunt eorum, quæ ex illis ſunt naſcitura*) ipſaque præterea rurſus oriuntur, non eadem numero, verum eadem ſpecie, *d. t. ult.* 2. *de gen.* & late nos obſervavimus ſuperius *cap.* 1. *t.* 11.

Corruptio unius eſt generatio alterius.

de vita ſua l. 4.

Materiæ natura, & conditiones aſſignantur. Text. 3.

Ἐν ᾧ δὲ μέρει τῶ κόσμω φύσις τε καὶ γένεσις ἔχουσι. 1. τὸ δυνασείαν, τρία δεῖ ταῦτα ὑπάρχειναι. πρῶτον μὲν τὸ πρὸς ἁφὴν ὑφιζόμενον σῶμα πᾶσι τοῖς εἰς γένεσιν ἐρχομένοις. τοῦτο δ' ἂν εἴη παυδεχὲς, καὶ ὑπομαγεῖον αὐτῆς τ' γενέσεως, ὅτως ἔχον πρὸς ἃ ἐξ αὐτῶν γενόμενα, ὡς ὕδωρ πρὸς χύλον, καὶ ψόφος πρὸς σιγήν. 2. καὶ σκότος πρὸς φῶς, καὶ ὕλη πρὸς τεχνιτὸν. τό τε γὰ ὕδωρ ἄχυλον καὶ ἄποιον. 3. πρός τε. 4. τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν. 5. ἀνάλογον, καὶ πρὸς

IN qua vero parte mundi natura, & ortus dominantur, 1. v. ἔχει. *tria hujuſmodi ſubeſſe oportet. primo ſane contrectabile corpus ſingulis ad generationem venientibus ſubjectum, hoc vero omnia ſuſcipit, & eſt ipſius generationis ſimulacrum & ad ea ſe habet, quæ ex ipſis fiunt, ut aqua ad ſaporem, & ſtrepitus ad ſilentium, & tenebræ ad lumen, & materia ad artificiale: aqua enim ſine ſapore eſt, & ſine qualitate, ad dulce, & amarum concinna,*

2. ego leg. πρὸς ψοφον σιγή. 3. N. ἄποιον. im. ex C. B. & v. 4. N. δὲ im. ex vv. & B. 5. vv. & B ad καὶ τὸ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

πρὸς δριμὺ καὶ ἁλμυρόν. καὶ ὁ ἀὴρ ἀδιατύπωτος πρὸς ψόφον, καὶ λέξιν, καὶ μέλος. καὶ τὸ σκότος ἄχρουν. καὶ ἄμορφον πρός τε λαμπρὸν καὶ ξανθὸν καὶ λευκόν. λευκὸν δὲ πρὸς ἀνδριαντοποιητικὴν καὶ κηροπλαστικὴν, ἄλλως. ἡ ὕλη πρὸς ἀνδριαντοποιητικήν. Δυνάμει δὲ ἐν πάντα ἐν τούτῳ πρὸ τῆς γενέσεως, σωτελείᾳ δὲ γενόμενα καὶ λαβόντα φύσιν. ἓν δὲ δεῖ τοῦτο πρῶτον ὑπάρχειν πρὸς τὸ γίνεσθαι γένεσιν.

6. N. ad πρὸς im. ex B.
7. Com. ad. πρὸς.
8. v. ἄχρεον ex B. & v. ἄχρονον.
9. B. ad πρὸς.
10. hæc verba usque ad δυνάμει non adsunt in vv. nec in B.

cinna, & acutum, ac salsum. & aër informis ad strepitum, locutionem, & concentum, & tenebræ sine colore, & forma, ad lucidum, flavum, & album. album vero ad statuariam, & ex cera effectricem, sed aliter materia ad statuariam. potentia igitur omnia in hoc ante generationem, perfecta vero cum generantur, & sumunt naturam. unum igitur oportet hoc primo subesse, ut fiat generatio.

PARAPHRASIS.

IN ea vero universi parte, in qua natura viget, ac ortus, tria adsunt, quorum primum est corpus contactui, ac singulis, quæ oriuntur, subjectum, quod omnia suscipit, & id est, in quo generatio effingitur, ac eandem ad ea, quæ ex ipso progignuntur, servat proportionem, quam sortitur aqua ad saporem, aër nedum motus ad sonum, tenebræ ad lumen, ac materia, ad ea, quæ per artem conficiuntur. aquam enim sapore quolibet secundum se, ac qualitate conspicimus quidem destitutam, dulce tamen amarum, acutum, salsum, & cæteros sapores suscipere. sic quoque informis aër sonum in se, locutionem, & concentus recipit, tenebræque per se informes, & colore de-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

re deſtitutæ, lucidi, flavi, & albi fiunt ſubjectum; album quoque ſtatuariam reſpicit, & ex cera imaginum effectricem, alia tamen ratione, quam materia. quare inferendum omnia in prædicta materia eſſe in potentia antequam generentur, & tunc perfectionem aſſequi, cum actu fiunt, & producuntur. ideoque hanc primo ſubeſſe oportebit, ut entia oriantur.

COMMENTARIVS.

ENtium ortus notitiam ex intimis ejuſdem educturus principiis Ocellus, cum diligenti ſectione univerſum in duas diſtinxerit partes, ac in earundem poſtrema illum vigere in præcedentibus monuerit, quanam id præcipuè ratione contingat, ut appareat, nunc ea proponit, è quorum nexu generatio in univerſo coaleſcit; & tria eſſe profitetur, materiam ſcilicet, oppoſitas qualitates, & elementa. quorum primum in hoc textu ut eleganti nobis opere depingat, quoddam corpus docet adeſſe, quod communis veluti ſedes ſingulis entibus, quæ generantur, ſubſternatur, additque tactui inſervire non quaſi inter objecta tactus enumeretur. (nemini enim ignotum id muneris qualitatibus tangibilibus demandatum fuiſſe, has quæ *text. ſeq.* auctor monet eſſe ſecundum quod in rerum ortu occurrit; & quia ſuadet materiam, & ſubjectum hoc, de quo nunc eſt ſermo, illas qualitates anteire, & præcedere, non potuit ſubjecto adſcribere, quod ſecundum ſe foret tangibile) ſed id eatenus dixit, quatenus res tantum tangibiles cum ſint, & contrectabiles, prout materia illis molem elargitur, quam inde jam dictæ qualitates concomi-

Series textus.

Materia quanam ratione tactui inſerviat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tentur, hac ideo ratione tactus etiam particeps videbitur materia in rebus, quæ oriuntur, eoque magis quod ipsam ἐ χωρισὼ, ἀλλ' ἀεὶ μεθ' ἐναντιώσεως (*non separabilem, sed semper cum contrarietate*) esse docuit Philosophus 2. *de gen. t.* 6. quam cum dixerit primum, quod in rerum ortu occurrit, ejusdem illico nobis assignans conditiones, docet esse omnia susci pere, quatenus formæ singulæ illi adveniunt; quod respiciens opus materiæ modo adscriptum Aristoteles *phys.* 1. 62. semper adesse dicebat τὸ, ὃ ὑποκειται, ἐξ οὗ γίνεται τὸ γιγνόμενον (*aliquid, quod subjicitur, ex quo fit, quod fit*) addit præterea esse ἐκμαγεῖον (*simulacrum*) ipsius generationis, quia in ipsa generatio effingitur, ut eo fere pacto, quo statuæ formam in rudi marmore videmus exprimi, in naturali pariter materia, à generante forma mixti imprimatur, quod *phys.* 1. 63. testabatur Philosophus tum statuæ exemplo, quæ transfiguratione fit ex ære, vel subtractione, ut dum solers artifex

Materiæ conditiones enumerantur.

Ovid. met. 10.

——— *niveum mira feliciter arte*
Sculpsit ebur, formamque dedit.

tum cæterarum rerum, quæ vel appositione, vel compositione, vel alteratione ab arte naturæ æmula 2. *phys.* 79. effinguntur. hoc vero nomen ἐκμαγεῖον id veluti, quo exacte materiæ natura exprimeretur, hinc principes Philosophorum sectas crediderim hausisse, quarum utramque illud amplexatam observabat Plutarchus, juxta horum placita monens materiem ἴσον τιθήνην, καὶ ἐκμαγεῖον, καὶ μητέρα γίνεσθαι. (*veluti nutricem, simulachrum, & matrem fieri*) imo Pythagoræis fuisse commune vel sola Timæi auctoritas videtur abunde testari, qui illud nedum materiæ attribuebat, verum etiam, qua ratione ipsi assignaretur, sic erudite describebat: τὸν δ' ὕλαν ἐκμαγεῖον, καὶ ματέρα, τιθάναυτε καὶ γυναικὰν ἔμφυσαν τᾶς τρίτας ἰδέας. δεξαμένων γὰρ τὰ ὁμοιώματα εἰς ἑαυτὸν καὶ ἴσον ἀναμαξαμένων ἀποτελεῖν πάντα τὰ γινόμενα. (*materiam*

Materia cur ἐκμαγεῖον.

De plac. phil. l. 1. c. 8.

De an. mundi.

teriam vero esse expressum rerum simulachrum, & matrem, & nutricem, & ad generationem tertiæ essentiæ aptam. cum enim effigies rerum in se susceperit, & velut impresserit, hos fœtus producere.) quam Ocelli, & Timæi doctrinam iisdem sane terminis *in Timæo* pariter expressit Plato, qui de materia cum protulisset quod ἐκμαγεῖον φύσει παντὶ κεῖται, (*simulachrum naturæ unicuique subjacet*) mox subdidit: ἐν δὴ τῷ παρόντι χρὴ γένη διανοηθῆναι τρία, τὸ μὲν γιγνόμενον, τὸ δὲ ἐν ᾧ γίγνεται, τὸ δ' ὅθεν ἀφομοιούμενον φύεται τὸ γιγνόμενον. καὶ δὴ καὶ πρέπει τὸ μὲν δεχόμενον μητρὶ, τὸ δ' ὅθεν πατρὶ, τὸ δ' ἀνὰ μεταξὺ τούτων φύσιν ἐκγόνῳ, νοῆσαι τε, ὡς οὐκ ἂν ἄλλως ἐκτυπώματα ἔσεσθαι μέλλοντα ἰδεῖν ποικίλα πάσας ποικιλίας; τό τ' αὐτὸ ἐν ᾧ ἐκτυπούμενον ἐνίσεται, ἢ γένοιτ' ἂν παρεσκευασμένον δῶ, πλὴν ἄμορφον ὂν ἐκείνων ἁπασῶν τὰ ἰδέων ὅσας μέλλει δέχεσθαι πόθεν. (*tria in præsenti genera sumenda sunt, unum quod gignitur, aliud in quo gignitur, aliud à quo similitudinem trahit, quod nascitur: idcirco comparare hæc tria decet, quod recipit, matri: unde recipit, patri: naturam istorum mediam, proli. sed ita intelligendum est, quod cum esse debeat effigies rerum omni formarum varietate distincta, nunquam illud ipsum formationis hujus gremium bene erit præparatum, nisi informe sit, & suapte natura omnibus formis, quas recepturum est, careat,*) quo loci expressi simulacri nomen ab Ocello non minus Platonem mutuatum fuisse eluceſcit, quam ab hoc matris nomen in exprimenda materiæ natura Philosophum 1. *phys.* 80. videamus excepisse. cum igitur materia cunctarum sit susceptiva formarum, iisdem omnino, si ejus naturam intime perscrutemur, immunis erit, & hoc potissimum ejus conditio exigere videbitur, quam nobis cæterarum exemplo rerum, quæ sunt alicujus formæ participes, ideo explicat; materiam docens hujusmodi ad ea se habere, quæ ex ipsa progignuntur, eo fere pacto, quo aqua ad saporem: ipsa enim cum

Exemplis declaratur materiæ natura.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

sit omnino saporis expers & qualitatis illius, quæ ipsum immediate progignit, de qua *de sens. & sens. cap.* 4. tamen quandam præsefert proportionem cum acuto, salso, ac cæteris saporum speciebus, ut eorum capax facillime reddatur. eademque ratione se habet subjectum ad ea, quæ ex ipso progignuntur, qua strepitus ad silentium, & aër ad lumen. aër enim cum nullam ex se adsciscat formam sonoram, quendam gerit ordinem ad sonum, locutionem, & melos, quæ in ipso ex collisis corporibus formantur. 2. *de an.* 78. *& seqq.* ubi *t.* 83. per se insonus aër dicitur, ut hic exprimere contendit Auctor, dum ipsum vocat informem, qui talem aëra, ubi quiescat, nec ullo agitetur ictu, vocat silentium, quia sicuti prædictus aëris motus, sonus dicitur *d. t.* 83. ita pariter idem aër ut quiescens, silentium jure vocabitur, & à Pythagoræo præcipue Philosopho, cui ex scholæ instituto frequens hujus mentio & reverentia. unde corrigendum censeo textum, ne scilicet in eo legatur *sonus ad silentium*, sed potius πρὸς ψόφον σιγὴ (*ad sonum silentium*) si enim dicatur (ut textus verba præseferunt) eadem proportione materiam illas intueri formas, quas recipit, & sonitum respicere silentium, hoc est, aërem non percussum, proportio certe non erit congrua; non enim in strepitu aër percussus, sed è converso in hoc strepitus producitur, ac silentium prædicto modo acceptum in ordine ad sonum materiæ exercet rationem, eo modo, quo in cæteris exemplis deducta pariter præstant, non autem è converso. & concinna ulterius est hæc emendatio cum seqq. verbis textus, in quibus aër, cui mox indebatur silentii nomen, statuitur veluti materia strepitus, dictionis, & concentus; eoque magis ipsam recipere licebit, cum parva occurrat mutatio, cui facile præbere causam potuit inscitia librarii. non dissimili ratione tenebræ, quæ privationem luminis in perspicuo nobis exhibent 2. *de an.* 70. luce simul, ac colore destituuntur, quorum utrumque

Plut de Homero.

Text. emendatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

que tamen reſpiciunt, dum perſpicuum facillime lumen recipiat, nec non album flavum, cæteroſque colores. *d. t. 70 & ſeqq.* at quia quis hoc candoris percitus exemplo, an hæc vigeat proportio, facile dubitaſſet, dum etiam ſculptoris artem candidum intueri videamus, quæ tamen hujus non eſt ſubjectum, idcirco diverſa longe ratione obſervat, candidum ab ea arte, & à tenebris reſpici; in his ſiquidem ad candorem viget ordo, velut ad ſibi congruam formam, & proprium habitum, quod allata modo expetebat ſimilitudo, ab illa vero arte candor; ut accidens ſuæ materiæ tantummodo conſideratur, quæ ut plurimum è candido marmore ſua effingere opera conſuevit. hujus tandem naturalis ſubjecti conditiones aptiſſimo comprobat exemplo, ipſum dicens ad ea ſe habere, quæ ex eo prodeunt, eo fere pacto, quo ὕλη (quo nomine materiam artificialem à Platone expreſſam hic obſervat Nogarola, quod ad naturalem etiam tranſtulit Ariſtoteles 1. *phyſ. 66. 82. & alibi*) ſe habet ad ea, quæ artis prodeunt beneficio, quod imitabatur dictum Ariſtoteles *ibid. 69.* dicens materiam cognoſci per Analogiam (non ad formam, ut expoſitorum multi abitrantur, ſed ad artis opera) & ideo *ibi* ſubdebat, ὡς γὰρ πρὸς ἀνδριάντα χαλκὸς, ἢ πρὸς κλίνην ξύλον, ἢ πρὸς τὸ ἄλλο τι τῶν ἐχόντων μορφὴν· ὕτως αὕτη πρὸς οὐσίαν ἔχει, καὶ τὸ τόδε τι, καὶ τὸ ὄν. (*ut enim ad ſtatuam æs, vel ad lectum lignum, aut ad aliquid aliud habentium formam, ſic hæc ad ſubſtantiam, & hoc aliquid, & ens.*) ideoque, Timæus cognoſci dicebat, τὴν ὕλαν λογισμῷ νόθῳ, τῷ μήπω καθ' ὀρθοῦν νοεῖσθαι, ἀλλὰ καθ' ἀναλογίαν. (*materiam adulterina quadam ratiocinatione, quod videlicet non recta, quadam rei animadverſione, ſed ex proportione intelligatur.*) è quibus omnibus cum appareat hanc eſſe præcipuam conditionem ſubjecti, quod careat forma ſecundum ſe, gerat tamen potentiam ad illam, eamque ſemper reſpiciat, ut ideo inter ea, quæ ad aliquid

ὕλη quid.

Materia cognoſcitur per Analogiam.

De an. mundi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

recenſeatur 2. *phyſ.* 26. inde quaſi ejuſdem naturam deſcripturus colligit, quod in hoc ſubjecto omnia ſunt in potentia, antequam generentur, perfecta vero ſunt, hoc eſt actu, poſtquam ſunt producta, & naturam acceperunt, ortum ſcilicet ut ſuperius obſervabamus; ita ut materia hæc ſemper primo ſubſit, ut fiat generatio, ideoque ab Ariſtotele dicatur ſubjectum primum, ex quo fit aliquid cum inſit. 1. *phyſ.* 82. *&* 2. *phyſ.* 28. & per hæc nobis eleganter materiæ natura indicatur, dum illius ad recipiendas formas aptitudo aſſignetur ab Ocello, quem Academicis in Timæo ingenioſe fatebitur adhæſiſſe unuſquiſque qui ab iis primo huic ſubjecto attributas reſpiciet conditiones: hi namque apud Ciceronem *ſubjectam putant omnibus ſine ulla ſpecie, atque carentem omni illa qualitate materiam quandam, ex qua omnia expreſſa atque effecta ſint.* Nemo tamen veritati congruum arbitretur crimen, quod Ariſtoteli inurere tentavit Patricius, quod ſcilicet hinc ille ſua de materia dogmata prorſus hauſerit, & tamen hanc eſſe ens in potentia cum profiteatur, inde ſuo quaſi gloriabundus invento 1. *phyſ.* 78. jactet omnem veterum è tali placito cadere ignorantiam; cum tamen Ocellum *hic* non latuerit ea materiæ conditio, cujus primum auctorem ibi ſe videtur Ariſtoteles falſo profiteri. ſiquidem licet revera eadem materiæ uterque adſcripſiſſet, injuria tamen Ariſtotelem damnaremus, qui in iis unquam verbis profeſſus eſt antiquos omnes eam materiæ conditionem ignoraſſe, ſed eos tantummodo Philoſophos in eam lapſos fuiſſe inſcitiam protulit, qui ea perciti dubitatione, quam *t.* 71. propoſuerat, in id erroris devenerunt, ut de entium ortu abſurda proferrent: quia diviſionem, qua ens in id quod eſt actu, & quod eſt potentia, ſecatur 3. *phyſ. t.* 3. numquam cognovere, ideoque prædictam materiæ conditionem ignoravere, quidquid inde protuliſſet de ipſa Ocellus aliique quos levis illa non turbaſſet

Eſt ſubjectum primum.

Acad. 9. lib. 1.

Ariſtoteles defenditur.

Diſput. perip. lib. in verbo Materia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

urbaſſet difficultas. At eſto, univerſaliter loquutus ſit Philoſophus; materiam eſſe ens in potentia quoslibet antiquos gnoraſſe ſit profeſſus, illius poſitionis ſe jactet auctorem, ium falſo id illum præſtitiſſe dicemus? non certe, longe enim diverſa ratione materiam nobis deſcribit Ariſtoteles. namque auctor hic ait materiam eſſe omnia poteſtate, quæ n ipſa debent generari, non tamen inde docet eſſe potenia ens. at Ariſtoteles *ibi* non profitetur eam eſſe in potentia d generabilia, & ad formas tantum; ſed ſoluturus difficulatem quærentium, an ens fieret ex ente, vel ex non ente; eſpondit, nec ex ente progigni, nec ex non ente, actu, it ex materia, quæ ſit ens in potentia, & quæ per ſe ipſam, it dicitur *metaph. 7. t.* 8. neque τὶ, μήτε ποσὸν, μήτε ἄλλο μηδὲν λέγεται, οἷς ὥρισται τὸ ὄν. (*quid, neque quantum, nec aliquid aliud quippiam dicitur, quibus ens determinatur.*) quia eſt potentia ens, cum ad ipſum dicatur ſe habere, ut æs ad ſtatuam 1. *phyſ. 69.* differt etiam Ariſtotelis aſſertio à poſitione Ocelli, quod hic materiam non disjungit à privatione, at dum eam contemplatur aptitudinem, quæ illi ineſt ad ſuſcipiendas formas, quibus caret, unum quid omnino videtur materiam cum privatione ſibi annexa cenſere, ideoque eam aptis exemplis declaraturus, tenebras aſſumit, quæ luminis privationem potius videntur exprimere, ac ſi idem forent omnino cum diaphano, quod eſt ſubjectum, ac veluti materia luminis, 2. *de an. 69. & ſeqq.* quam diſtinctionem cum exacte tradat Philoſophus 1. *phyſ.* 58. *& ſeqq.* ſe ipſum jure illius poſitionis auctorem *ibid. 79.* poterit aſſerere.

Quænam ſit materiæ potentia.

Con-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Textus 4. Contrarietates ſunt generationis principium, & quæ.

Δεύτερον ὴ τὰς ἐναντιότητας, ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἐπιτελῶνται, πάθος καὶ διάθεσιν. 1. ἐπιδεχομένης τὴν ὕλης, καὶ ἵνα αἱ δυνάμεις ἀλλήλαις ὦσιν, μήτε κρατῶσιν εἰς τέλος αὐτὴ αὐτῶν, μήτε κρατῶνται αὐτὴ αὐτῶν. τυγχάνουσι ὴ αὗται τό τε θερμὸν καὶ ψυχρὸν, καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρόν 2.

Secundum vero ſunt contrarietates, ut mutationes, & alterationes perficiantur paſſionem, & diſpoſitionem ſuſcipiente materia, & ut potentiæ mutuo exiſtentes patibiles, neque tandem ipſæ ſe ipſas ſuperent, neque ab iiſdem ſuperentur. Eæ vero ſunt calidum, frigidum, ſiccum, & humidum.

1. N. l. διαθέσεις im. ex VV C & B.

2. V. & B. preponunt ψυχρὸν & ὑγρὸν.

PARAPHRASIS.

SEcundum vero locum ſibi vindicant contrarietates, ut per eas alterationes, & mutationes contingant, dum inde paſſiones, ac neceſſariæ diſpoſitiones in materia ſuccedunt; ac præterea, ut facultates in ſe mutuo agentes nec prorſus ſuperent, nec omnino ſuccumbant. Illæ vero ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum.

COMMENTARIVS.

Textus cum præc. nexus.

IN præcedenti apparuit contextu tria præcipue vigere in ea univerſi parte, in qua rerum ortus cadit; quorum primum abunde ibi cum explicarit auctor, nempe materiam, quam rerum ortus cum prærequirat ut eam, in qua ipſe exercetur, 12. *met. t.* 12. æquum erat primo loco recenſeri: nunc

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nunc ad ſecundum digreditur, & contrarietates eas nobis exhibet, quibus afficitur materia, earum munia recenſens, ut ipſarum neceſſitas in entium ortu eluceſcat, ac inde quænam illæ ſint declarans; duplex igitur iis adſcribit opus, ſicque duas nobis aſſignat rationes, quibus percita natura eas materiæ tribuit, ut rerum ortus ſuccedat. quorum primum eſt, per eas perfici *mutationes*, *& alterationes*; mutationes quidem, quia ratione contrarietatis omnis contingit mutatio, contrario agente in contrarium, ut illud in propriam convertat naturam, illudque ſibi ſimile reddens, communem ſequatur naturæ impulſum, quo ens unumquodque ſibi ſimile progignere vehementi expetit appetitu: quare cum actio contrarietatem formæ exigat, neceſſario, dum ſimile ab omnino ſimili quidpiam pati naturæ decretis repugnet. 1. *de ortu* 48. ac ſemper mutatio actionis ſuccedat beneficio, cujus ope unum contrarium aliud ſuperat, & in propriam convertit naturam, idcirco materiæ dicuntur attributæ contrarietates, ut fiant mutationes. & veritatem hanc aperte nobis exhibet Ariſtoteles 1. *de ortu* 51. hoc idem tradens, imo etiam *præc. textu*, quo loci dum quæſitum illud ſolveret, an inter ſimilia, vel contraria actio vigeret, ac paſſio, docebat neceſſariam eſſe materiæ ſimilitudinem, at formarum exigo oppoſitionem, ut actio ſuccedat, per quam unum ens alterum queat immutare. Similis pariter viget ratio, ſi quis in univerſo *alterationes* expoſcat, eo quia ſi actionibus hujuſmodi terminum imponat qualitatis acquiſitio, non vero ſubſtantialis formæ, (quo caſu vere, ac ſimpliciter eſt generatio) tunc alteratio dicitur 1. *de ortu* 23. *&* 24. cum hæc ſit ad qualitatem motus 5. *phyſ.* 18. cum igitur & alterationis, & mutationis intuitu has contrarietates materiæ naturam contuliſſe protulerit, quid revera iis hæ conferant, ſubdit; idque eatenus ſtatuit evenire, quatenus inde *paſſionem, & diſpoſitiones* materia ſuſcipit; has enim qualitates ab agente im-

Quæ ſint contrarietatum munia.

Mutatio fit ratione contrarietatis.

Simile non patitur à ſimili.

Actio an inter contraria vel ſimilia.

Alteratio quid.

Quod inter paſſiones & diſpoſitiones diſcrimen.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

te impreſſas ſi ita ſuſcipiat; ut cum præexiſtente forma ſubſtantiali conveniant, paſſiones dicuntur, & inde vera oritur alteratio *d. t.* 23. & ſi vehementius in materia ab agente imprimantur, quam illi inexiſtens ſubſtantialis forma queat perferre, tunc mutationem progignunt, & diſpoſitiones dicuntur, quia materiam ita diſponunt, ut præcedens recedat forma, & recens in ſubjecto neceſſario introducatur: quo caſu non improprie ſane materiam dicuntur diſponere, cum illi aptitudinem conferant, ut hujus potius, quam illius formæ particeps reddatur: idque monet Philoſophia dum formam quamlibet ſubjectum diſpoſitum expoſcere teſtatur, id edocente Philoſophorum principe 2. *phyſ.* 26. præcipue, quod ἄλλῳ εἴδει ἄλλη ὕλη (*ad aliam formam alia materia*) & unicuique rei materiam propriam adſcribi *met.* 8. *t.* 11. quo principio Pythagoræorum falſa commenta, de quibus late Ovidius per quæ pereuntium virorum animas manebat nova

Met. 15.

Pythagorica metempſychoſis.

—— *vita, tamen mutata figuram*

Tibul. l. 4. *paneg. ad. Meſſal.*

evertebat, 1. *de an.* 53. ex eo ſcilicet quod non quælibet forma unicuique poſſet ſubjecto adaptari, ideoque nec quodlibet corpus unicuique animæ conveniret, ut enim apud Stobæum de ſtatu animarum poſt exitum profitebatur Mercurius, ἄλλο σῶμα δὲ χωρεῖ ἀνθρωπίνῳ ψυχῇ, δὲ θέμις ἐστὶν εἰς ἀλόγου ζῴου σῶμα ψυχὴ ἀνθρωπίνη καταπεσεῖν. θεῖ ὁ νόμος ἔτος φυλάσσει ψυχῇ ἀνθρωπίνῃ ἀπὸ τ τοιαύτης ὕβρεως, (*Aliud quippe corpus, quam humanum, animam non capit humanam: neque fas eſt in corpus animæ ratione carentis animam rationalem corruere: lex enim divina generationem tam nefariam prohibet.*) è quo placito nimis credulos veteres fuiſſe quiſpiam non opinetur, illud enim vulgi potius, quam eruditorum auribus Pythagoram ſubſequutos ſapientes crediderim adaptaſſe, dum ignavorum animos in corpora muliebria, ad ignominiam; homicidarum in ſæva bruta, ad pœnam commigrare

Egl. phys. l. 1. *c. ult.*

Animarum tranſmigratio politicum inventum. *Tim. de an. mundi in fine.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

rare asseruerunt : sic libidine immersos in suum, vel apro-
um formas; eorum qui vana jactantur temeritate, in spe-
cies volantium, segnium denique, impiorum, ac stolido-
um, in seriem animantium aquas incolentium transfere-
bant, dum tamen sapientum, proborumque animas ad fæ-
liciſſimam vitam deducerent; ut scilicet his auditis rudes mor-
talium animi ad probitatem fortius atrocis pœnæ terrore ex-
citarentur, quos nuda veritas, ac virtutis amor ad recta
opera nequaquam allicere potuisset. ὡς γὰρ τὰ σώματα νοσώδε- *Tim. ibid.*
πτα ἰώμεθα, ἔστ' ἂν μὴ ἔτι τοῖς ὑγιαινοτάτοις, οὕτω τὰς ψυχὰς
ἐπῳδοῦμεν ψευδέσι λόγοις, ἕως ἂν μὴ ἀγωγῇ ἀληθέσι. (*quemad-
modum enim corpora remediis quibusdam morbosis sanamus, nisi
cedant saluberrimis, ita & animos falsis sermonibus coërcemus,
nisi ducantur veris*) hanc vero Ocelli doctrinam mutatio-
nes, & alterationes ad contrarietatem rejicientis, erudite
in elementis exhibebat Philosophus 2. *de gen.* 24. quo loci
contrarietates has, quarum auctor hic meminit, alteratio-
nis causas edocuit, dicens: κατ' ἁπτῶν πάθη ἡ ἀλλοίωσις ἐστὶ.
(*secundum ipsius tactus passiones alteratio est,*) ac præterea
mutationis eorum, *paulo post* subdens, ἡ γένεσις εἰς ἐναντία,
καὶ ἐξ ἐναντίων. (*generatio in contraria & ex contrariis,*) Al-
terum opus contrarietatibus alterius hic auctor attribuit, quod
scilicet eorum vi contingat, ne potentiæ diversis entibus in-
sitæ mutuo se vincant, sed in pugna persistant: nam nisi en-
tia quæ ex materia consurgunt, contraria qualitate gaude-
rent, jam unum alteri qualitatem propriam exoptans con-
ferre, nil in eo impedimenti reperiret, illudque ideo facil-
limè in propriam immutaret naturam, nec tertium quid-
piam ex illis unquam effingeretur: at contrarietates materiæ
natura cum superaddiderit, ut *seqq. text.* eluceſcet, sibi in-
vicem resistunt, indeque non agentium unum tantummo-
do in aliud immutatur, ac aliquod aliud ens ex iisdem etiam
consurgit, nempe mixtum; unde si unum eorum vincat aliud,

Mixtum quando generetur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

hoc in illud immutetur, ſicque unum elementum *in ſeqq.* in aliud videbimus converti, quia ἐαὺ μὴ ἰσάζῃ, μεταβάλλει εἰς ἄλληλα, (*ſi non coæquentur, mutantur in ſe invicem*) 2. *de ortu* 48. at ſi contrarietates ita invicem pugnent, quod una aliam non ſuperet, earum quidem vires retunduntur, at unum in alterum non immutatur, ſed inde prodit mixtum, ut late docemur 1. *de ortu* 89. hæ vero contrarietates, quas materiæ adjungit, ut entia oriantur, ſunt calidum, frigidum, humidum, & ſiccum, de quibus infra *t.* 6. *&* *ſeq.* abunde diſſeretur. Et hoc idem obſervavit pariter Ariſtoteles, qui eadem dum contemplaretur, quæ hic Ocellus exhibet, 2. *de gen. t.* 6. dixit, ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή· δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις, λέγω δὲ οἷον θερμότης, καὶ ψυχρότης, (*quapropter primum quidem potentia corpus ſenſibile principium eſt: ſecundum autem contrarietates: dico autem ut caliditas & frigiditas,*) quibus addit ſiccum, & humidum *ibid. t.* 8. è quibus inde qualitatibus materiæ conjunctis, qua ratione elementa conſtituantur, *tex. ſeqq.* latè teſtabitur, &c.

Cum Ocello conveniunt Peripatetici.

Text. 5. Elementorum numerus, & à contrarietatibus differentia aſſignatur.

1. in Lovan. deeſt uſque ad πῦρ.
2. καὶ uſque ad καὶ.
3. B. non habet γὰρ. & V. l. ἔν non γὰρ.

Τρίτον δὲ αἱ οὐσίαι, ὧν. 1. αἱ δυνάμεις εἰσὶν αὗται, πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ ἀὴρ γῆ, 2. διαφέρουσι δ' αὗται τῶν δυνάμεων· αἱ μὲν γὰρ. 3. οὐσίαι ἐν τόπῳ φθείρονται ἐξ ἀλλήλων, αἱ δὲ δυνάμεις οὔτε φθείρονται οὔτε γίνονται, λόγοι γὰρ ἀσώμασι τυγχάνουσι τούτων.

Tertium vero ſubſtantiæ, quarum potentiæ ſunt ipſæ, ignis, & aqua, & aër, & terra: differunt vero ipſæ à potentiis, ſubſtantiæ enim in loco corrumpuntur invicem, potentiæ vero neque corrumpuntur, nec generantur, rationes enim incorporeæ ſunt harum.

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

AC tertio tandem loco recenſentur ſubſtantiæ, quas prædictæ contrarietates, veluti propriæ facultates, concomitantur, & hæ ſunt ignis, aër, aqua & terra; inter quas, & earum facultates hoc viget diſcrimen, quod ipſæ ſe mutuo in loco interimunt, at hæ nec oriuntur, nec intereunt, eo quia incorporeas ſortitæ ſunt rationes.

COMMENTARIVS.

DVo præmiſit auctor, quæ in inferiori univerſi parte rerum ortui inſerviebant & interitui, nunc tertium addit, ac poſtremum, quod ex iis conſtituitur, ut inde primorum corporum educta natura, quanam ratione in univerſo mixtorum ortus contingat, facile appareat. & tertium hujuſmodi docet eſſe ſubſtantias, quarum facultates *præc. textu.* modo ſunt enumeratæ; quæ ſunt quatuor vocata elementa, ut verbis Philoſophi utar 2. *de gen. t. p. &* 4. quo loci ea loquendi forma utebatur, quia de illis nedum determinaverat, ac præterea multa cum exprimat hæc vox elementum *met.* 5. *t.* 4. ut appareret ipſum prima corpora ſimplicia conſiderare, quæ vulgo elementa nuncupabantur. ea vero docet eſſe ignem, aërem, aquam & terram, quem elementorum numerum ante Ocellum Homerus ingenioſiſſime expreſſit, Plutarcho teſte, & poſt illum aſſeruit Ariſtoteles *in lib. de cælo, generat. & alibi.* in eoque plurimi conſenſerunt apud Plutarchum, & Stobæum.

Cur Ariſtoteles dixerit vocata elementa. Ea quænam ſint.

In libro de Homero, de plac. l. 1. c. 3. egl. phyſ. l. 1. c. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Lucr. rer. nat. l. 1.

Qui quattuor ex rebus posse omnia rentur
Ex igni, terra atque anima procrescere, & imbri.

hunc quinimo eundem entium ordinem, quæ una coalescunt, ut res producantur, complectebatur Aristoteles. 2. *de gen.* 6. dicens ponendam materiam quandam, ἀλλὰ ταύτην ὲ χωριστὴν, ἀλλ' ἀεὶ μετ' ἐναντιώσεως ἐξ ἧς γίνεται τὰ καλούμενα στοιχεῖα. (*sed hanc non separabilem, sed semper cum contrarietate, ex qua generantur vocata elementa*) elegantissime pariter Timæus imitabatur, dum ait: ἀρχαὶ μὲν οὖν τῶν γιγνομένων ὡς μὲν ὑποκείμενον ἡ ὕλη, ὡς δὲ λόγος μορφῆς τὸ εἶδος. ἀπογεννήματα δὲ τετράων ἐστὶ τὰ σώματα, γῆ τε, καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε, καὶ πῦρ. (*rerum creatarum ut subjectum, est materia: ut ratio, proportioque forma, idea; harum autem fœtus corpora, nimirum terra, aqua, aër, & ignis.*) Sed instabit fortasse quispiam, nonne materia est substantia, & contrarietates pariter sunt substantiæ hic, ubi assumuntur veluti elementorum formæ; & tamen substantias sola elementa videtur hic auctor vocare? quidquid sit de his contrarietatibus, ad hoc enim præsentis loci non fertur speculatio, materia certe, & forma substantialis elementorum, inter substantias collocandæ; cum ex non substantiis fieri substantiam sit impossibile 1. *phys.* 52. & licet Ocellus (quod ex nullo licet conjicere) Parmenidis, & Melissi omnia unum asserentis sententiam sequutus fuisset, quæ recensetur, ac evertitur à Philosopho 1. *phys.* 49. *& seqq. ac met.* 1. *sum.* 2. *cap.* 4. unde contrarietates has, seu formas elementorum à numero substantiæ oporteret excludere, materiam certe cum omnibus subjiciat hic *t.* 3. eam à substantiæ serie non arcebit, eoque magis, quod ipsam naturam esse omnes asserebant antiqui, quod eorum plerique de forma negarunt, 2. *phys. t.* 7. *& seqq.* quare dicendum arbitror, sola elementa hic substantiæ nomine insignita, non ut cætera ad accidentium naturam rejicerentur, at quia compositis tantummodo substantiæ nomen adscribere consueverunt Philosophi, quatenus

De an. mundi.

Dubitatio.

Solutio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

enus illæ tantum propria ſubſtantiæ munia exercent, dum olæ reliquis ſubſtent, ac cetera omnia ſuſtineant *in præd. c. le ſubſt.* idque teſtatur Ariſtoteles, qui *ibid.* ſubſtantiæ pro- prietates dum recenſeret, non eſſe in ſubjecto maxime pro- prium ſubſtantiæ negabat, quia juxta hujus conditiones de quibus *in prædicab. c. de proprio, & top. 5. cap. 1.* ſoli non nerat, cum ſubſtantialibus etiam competeret differentiis, ac i iſtæ apud Philoſophos nomen ſubſtantiæ ſibi proprie non indicarent. Horum vero elementorum diſcrimen aſſignat, quo ab allatis contrarietatibus longe differunt, quas hic vo- cat poteſtates, quia per eas veluti ſibi inſitas facultates in ſe mutuo agunt, alterationes, ac mutationes progignunt ut *præc. textu* dicebatur, & docet, quod ſubſtantiæ, aër ſcilicet, erra, & hujuſmodi *in loco corrumpuntur invicem*, potentiæ vero nempe calidum, &c. *neque corrumpuntur, nec generan- tur:* ac diſcriminis hujus rationem aſſignans, ut indicat dictio κὰρ, ſubdit, quod harum *ſunt incorporeæ rationes.* nullus cer- te locus difficilior in Ocello occurrit, calidum enim, &c. mox contrarietates nuncupavit, quare ſe invicem juxta natu- ram contrariorum periment, qua igitur ratione eas hic ne- gat corrumpi? & mox *t. 12. & ſeqq* .humorem aëris docebit perimere ignis ſiccitatem, & ſic de ſingulis, imo per interi- tum unius ex his qualitatibus contrariis elementum conco- mitantibus, ipſum in aliud elementum dicet immutari. hic ſubſiſterem libenter,& tibi, Lector, ſenſum auctoris perqui- rendum relinquerem, ut tamen univerſus textus commen- tariis illuſtretur, quid ſentio, proferam, eoque magis quod me ad id videatur invitare Philoſophus, ut tibi ſpeculandi nec ignobilis conferatur occaſio, dicebat enim *met. 2. t. 2.* ἐμόνον χάριν ἔχειν δίκαιον τύπις, ὧν ἄν τις κοινωνήσῃ ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔτι ὀλιγαιότερον ἀποφαινομένοις. καὶ γὰρ καὶ ἔτοι συμ- βάλλονταί τι. τῷ γὰρ ἕξιν παρήσκησαν ἡμῶν. (*non ſolum illis, agen- dæ ſunt gratiæ, quorum opinionibus quis acquieſcet, ſed illis qui ſupex-*

Compoſi- tum tan- tum pro- prie ſub- ſtantia.

Contradi- ctio in di- ctis aucto- ris.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſuperficietenus dixerunt ; conferunt enim aliquid etiam iſti : habitum namque noſtrum exercuerunt.) arbitrarer ego mentem auctoris hic eſſe, elementum, puta ignem, differre à calido, & ſicco, quæ ſunt illius poteſtates, quod ille gignatur, & intereat, ut unicuique patet, at quæ in eo eſt ſiccitas, & caliditas vere, & proprie non dicitur interire, nec etiam gigni: non quod & hæ non acquirant eſſe, ac tranſeant ad non eſſe, ſed quia revera eorum tranſitus ad eſſe, & inde ad non eſſe, ortus & interitus nomen non promereantur. quod ut facilius intelligatur, ne pigeat arbitrari, & in hoc Ariſtotelem imitari Ocellum, ut in pleriſque præſtitit, ac illico, quæ nunc aſſero, apertiſſime eluceſcent : quod ut fiat, altius repetito principio, obſervandum, quod licet actio ſemper ſuccedat ratione formæ agenti inſitæ, tamen non formæ, ſed compoſito attribuitur actio, eo quia ipſum eſt principium, quod elicit operationem, talis vero forma non producit opus, at ipſum agens per illam. hoc perpendens Ariſtoteles dixit *met.* 1. *t.* 1. actiones eſſe compoſiti, quod etiam videtur affirmare 1. *de an.* 64. & ſicuti actionem attribuit non formæ, ſed compoſito, ſic quoque eidem ortum attribuit, ac interitum, at illius incapacem profitetur formam ipſam ; quod ne à me inventum quiſpiam arbitretur, vel ab Ariſtotele incaute prolatum, is Ariſtotelem legat *met.* 8. *t.* 8. quo loci dicebat, τὸ εἶδος ἀθεὶς ποιεῖ, ἀδὲ γίνεται, ἀλλὰ ποιεῖται τόδε, γίγνεται ἢ τὸ ἐκ τούτων. (*formam nullus facit, neque generatur, ſed efficitur hoc, fit autem quod ex his.*) quare cum formas videamus incipere eſſe, nulla enim ipſarum præcedit tempore compoſitum, quod ex ea conficitur, ac eas diſſoluto compoſito tranſire ad non eſſe, uno excepto intellectu 12. *met.* 16. *& ſeqq.* & tamen ſtatuatur formas non generari, neque corrumpi, patet quod in via peripatetica continget, eas, ſi ſint oppoſitæ, in ſe agendo deſtrui, nec tamen proprie corrumpi, eo fere pacto, quo 8. *phyſ.* 46. dicebatur indiviſibilia poſſe

Solvitur dubitatio.

Actio eſt compoſiti non formæ.

Forma nec oritur nec interit.

Forma nunquam præcedit compoſitum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

posse aliquando esse, & aliquando non esse absque eo quod generarentur, & interirent, & 1. *cæli* 112. aliqua dicebantur, cum prius non forent, inde esse ἄνευ τῦ γίνεσθαι, (*absque eo quod generetur*) huic igitur si placeat insistere doctrinæ, crediderim illi innixum Ocellum modo docuisse substantias differre à formis hisce contrariis, quod illæ intereant, hæ vero nequaquam, quas licet videamus per mutuam actionem se abolere, idque infra dicatur, ac iis attribuatur corruptio, dicendum illud improprie positum, assumendo interitum pro eo statu, quo vergunt ad non esse; at hic ubi proprie assignatur in hoc discrimen inter substantias, & tales contrarietates, jure dici eas ortu carere, & interitu. & hæc ab Ocelli mente non abhorrere nobis dictat modus loquendi ipsius, quia tribuens interitum elementis, dicebat corrumpi *in loco*: quia scilicet corpora pereunt in loco, in quo sunt, & in loco pariter producuntur; at id non contingit in formis, ac præcipue accidentalibus, quales sunt hæ inter qualitates locatæ 5. *met.* 19. siquidem illæ non in loco, sed in subjecto producuntur, & acquirunt, ac amittunt esse. ut enim non sunt vere entia accidentia, sed entis entia, *met.* 4. *t.* 2. sic non vere dicuntur esse, sed potius inesse: & quid tale respexisse auctorem, vel ex eo licet colligere, quod hujus addens discriminis rationem, dicebat, *rationes enim incorporeæ sunt harum.* si enim contrarietates non dicuntur oriri, nec interire, quia eorum rationes corpus non claudunt, sunt enim qualitates, ideoque corporeo, nec incorporeo gaudebunt, cum talia sint substantiarum differentiæ ex Porph. *c. de specie*: & diversorum generum, quorum unum sub altero non collocetur, diversæ sunt specie differentiæ *antepræd. c.* 4. & cavete, ne considerantes qualitatum sectionem penes scholasticos in reales, & intentionales, eas vere corporeas dici posse arbitremini: non enim participes sunt corporis, à quo queant denominari, at potius illarum particeps est cor-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pus. jam patet, quod compoſitis tantummodo ex materia, & forma, & ideo corporibus verum attribuit ortum & interitum. Quod ſi alicui hæc non arrideat expoſitio, tunc ad alterum ex duobus antiquorum placitis confugiendo, alterumque Ocello adſcribendo, facile hunc licebit locum exponere. prius ſit, ex antiquis plures ſola corpora entia dixiſſe, teſtis ſit Ariſtoteles, qui de vacuo veterum ſententias, dum recenſeret 4. *phyſ.* 52. dicebat, διόμδμοι ἢ τὸ ὂν ἅπαν εἶναι σῶμα, (*æſtimantes autem omne quod eſt, corpus eſſe.*) quare per ortum in ens, per interitum in non ens mutatio ex ente cum fiat, & hic contrarietates à corporum natura ſegregentur, jure verus ortus, ac interitus ab iis ſecludetur. Alterum ſit, quod duplex ſit generatio, ac corruptio, alia dicta ſimpliciter, cujus terminus eſt ſubſtantia, alia vero dicta ſecundum quid, qua ens ſecundum quid accidens, ſcilicet *met.* 4. *t.* 2. *&* *met.* 9. *t.* 1. progignitur: quod ſequitur dogma Philoſophus 1. *de gen.* 18. *&* 1. *phyſ.* 62. cum igitur ſubſtantias Auctor hic ſtatuat eſſe elementa, quod non adſcribit contrarietatibus; illa ſimpliciter, hæ nequaquam, orientur, & interibunt. & ita veritati conſona erunt, quæ hoc textu traduntur, quod ſi *in ſeqq. text.* ens interire dicitur: ibi de interitu ſecundum quid eſt ſermo, quem ab iis arcere voluit Ocellus, modo diſſerens de proprie, & ſimpliciter dicto ortu, ac interitu, qui licet ſuccedat ratione pugnæ contrarietatum, iis tamen non adſcribitur, at compoſito; ſicuti omnis actio licet ſuccedat ratione formæ 3. *phyſ.* 17. non tamen formæ, ſed compoſito ipſi attribuitur. & ita primum cum ſit materia, alterum contrarietates, jam poſtremum erunt ſubſtantiæ, videlicet elementa, quæ proprie cum oriantur, & intereant, jam mutabuntur, ut latius etiam *ſeq. textu* exhibebit auctor, quo loci ſingula hæc Peripateticis conſona principiis apparebunt. Tradita vero in textu ſi quis contempletur, longe facilius inſtitutam aboleri potuiſſe dubitationem

Alter modus reſpondendi.

Alter modus reſpondendi.

Generatio dupl.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ionem cogitabit, asserendo Ocellum noluisse ibi à contrarietatibus ortum, ac interitum simpliciter removere, sed mutuam tantummodo inter eas generationem, quam in elementis tamen contingere *seq. text.* suadebit, & idcirco usum fuisse dictione ἐξ ἀλλήλων (*invicem*) & huic expositioni plerosque reor prima facie adhæsuros, quia veritati consona & Auctoris menti videatur *seqq. text.* dicentis, invicem elementa mutari, non vero contrarietates: at quia hic dicendi nodus non omnino à difficultatibus est immunis, eam in *seq. text.* diligenti examine prosequemur. Hæc vero eadem corpora, elementa quoque Pythagoras nuncupavit, & huic eidem numero, quaternarii intuitu, quem ubique quærere ac invenire gestiebant, Pythagoræi semper adhæserunt, Aristoteles ubique videtur acquievisse: qui congruam ipsius rationem à tangibilium complexu qualitatum, profunde 2. *de gen.* 16. è motricibus quoque qualitatibus, ingeniose 2. *cæli* 18. & 19. & tandem ex ea, quam Vniversi series in iis exigebat, æqualitate *meteor.* 1. *sum.* 1. *cap.* 3. acute eduxit. cujus numeri necessitatem pariter in universo, eleganter sane *in Timæo* ex eo eruebat Plato, quod corporeum ipsum esse, visuique, ac tactui occurrere oportebat: ideoque ignem exigebat, ut hujus ope conspiceretur; indeque terram, quia quidpiam, nisi solidum sit, tangi non potest, nilque solidum erit, quod terra destituatur. & quoniam duo sola cohærere videtur impossibile, nisi communi connectantur vinculo, & illud tantum huic longe aptissimum muneri videtur dicendum, cujus virtute, ea quæ prius erant sejuncta, ita junguntur, ut nedum inter se, at cum eodem etiam unum quid maxime perficiant: ideo aliquid hujusmodi præter ignem & terram in universo cum exigeretur, alia duo elementa à divina providentia produci oportuit, aërem scilicet, ac aquam, ut nedum latitudine, at profunditate ulterius prædita universi moles firmius connecteretur; duo vincula, ad

Laërt. in ejus vita Hierocl. carm. 47. Elementa cur quatuor apud Aristotelem.

Cur apud Platonem.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

id operis peragendum ſolidis exigentibus, ut apte vinculum extremo unicuique ſimilitudinis ratione cohæreat; ideoque aëri aqua ſuperaddita, ad quam tellus eadem ſe habeat ratione, qua ignis ad aërem, eademque proportione aër, & aqua ſe mutuo reſpicerent, ut qualitates elementorum inferius recenſendæ aptiſſime indicabunt: indeque univerſi conflatum corpus, quod tam præſtanti fœdere aptiſſime ubique cohæreret: cujus numeri ſimiles è Pythagoræis Platonicisque deductas principiis alias rationes quiſquis expoſcit; Ficap. 20. & ſeqq. cinum conſulat eaſdem in Timæi Platonici commentario eruditiſſime referentem.

Text. 6.

Qualitates activæ, & paſſivæ recenſentur.

Τῶν δὴ τεσσάρων, τὸ μὲν θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὡς αἴτια καὶ ποιητικά· τὸ δὲ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, ὡς ὕλη καὶ παθητικά. πρῶτον δὲ ὕλη τὸ πανδεχὲς· κοινὸν γὰρ ὑπόκειται πᾶσιν. ὥστε πρῶτον τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή. δεύτερον δὲ ἐναντιώσεις, οἷον θερμότης καὶ ψυχρότης καὶ ὑγρότης καὶ ξηρότης. τρίτον δὲ 1. αἱ ἐσίαι, πῦρ καὶ ὕδωρ καὶ γῆ καὶ ἀήρ· ταῦτα γὰρ μεταβάλλουσιν ὡς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσεις ἀ 2. μεταβάλλουσι.

1. N. non habet αἱ ἐσίαι im. ex Lov.

2. V. non habet ἀ. vide comment. in fine.

Quatuor vero calidum quidem & frigidum ut cauſa & activa; humidum vero & ſiccum ut materia & paſſiva. primo autem materia omnia ſuſcipit, namque omnibus communiter ſubjicitur, quare primum potentia corpus ſenſile principium. ſecundum vero contrarietates, ut caliditatis, frigiditatis, humiditatis, & ſiccitatis. tertium vero ſubſtantiæ ignis & aqua & terra & aër: hæc enim ad invicem mutantur, contrarietates vero non mutantur.

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

INter quas contrarietates calidum & frigidum cauſæ & activi, humidum vero & ſiccum materiæ & paſſivi exercent rationem. quare tria in rebus occurrent, primo ſcilicet materia, quæ omnia ſuſcipit, omnium ſiquidem eſt commune ſubjectum, ſicque primum principium eſt poteſtate corpus ſenſile. inde contrarietates, nempe calor, frigus, humor, & ſiccitas, ac poſtremo ſubſtantiæ videlicet ignis, aqua, terra, & aër, quæ corpora invicem immutantur, quod in contrarietatibus ipſis non contingit.

COMMENTARIVS.

EA in præcedentibus Auctor cum enumeraverit, quæ ortus, & interitus in inferiori regione vera dixerat principia, & inter hæc colorem, frigus, humorem, ac ſiccitatem recenſuerit: ne quis eorum ſingulis pariter adſcriptum contrarietatis nomen obſervans, eodem quoque pacto principii munia obire cogitaret, eas longe diverſa ratione id opus exercere nunc ſuadet, indeque *hoc cap.* hucuſque tradita eleganti claudit epilogo, ut ad explicandam elementorum naturam facilior nobis via ſternatur. hoc igitur inter prædictas qualitates vigere obſervat diſcrimen, quod calidum & frigidum cauſæ & activi, humidum vero & ſiccum materiæ & paſſivi induant rationem. Activis vero qualitatibus cauſæ nomen adſcripſit: eo quia 1. *tex.* cauſæ actionem tribuerat; imo cauſæ nomen effectrici tantum, è ſententia Ocelli videtur attri-

Connexio cum præcedentibus.

Qualitatum diviſio.

Activæ qualitates cur dicantur cauſæ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
367 E 4

attribuendum, non materiæ : quia hæc eſt principium ex quo res fiunt 1. *phyſ.* 81. cauſam vero definiebat Ocellus eſſe, δι' ὃ γίγνεταί τι (*per quam fit aliquid*) imo recte ſi placeat philoſophari, licet materiam pari fere cum cæteris ratione cauſæ nomen, ac vires ſibi vindicare intucamur, illi tamen patientis potius, & effectivo principio, agentis ratio peculiari quopiam uſu videtur attribui. idque forte reſpiciebat Philoſophus, dum præter univerſalia principia in unoquoque entium genere propria etiam requiri edoceret, inde intellectus agentis neceſſitatem in intellectiva educturus : dicebat enim, ἐν πάσῃ τῇ φύσει ἐστί τι, τὸ μὲν ὕλη ἑκάστῳ γένει. τοῦτο δὲ ὅτι πάντα δυνάμει ἐκεῖνα, ἕτερον δὲ τὸ αἴτιον καὶ ποιητικόν, (*in omni natura eſt aliquid, hoc quidem materia unicuique generi, id autem eſt quod potentia omnia illa, alterum autem cauſa & factivum.*) 3. *de an.* 17. quare non immerito activas qualitates cauſas nuncupavit. jure pariter qualitatibus paſſivis materiæ vices aſſignat, quia *ibid.* ſubjecti proprium docuerat eſſe pati, quod materiæ quoque tribuebat Philoſophus 2. *de ortu* 53. hanc pariter qualitatum ſectionem amplexus eſt Ariſtoteles *meteor.* 4. *cap.* 1. ubi ex eorum operibus jure calidum & frigidum inter activas, humidum vero & ſiccum inter paſſivas qualitates collocari inferebat, quod pariter ex eorum definitionibus colligi monebat 2. *de ortu* 8. quatenus calidi proprium munus obſervabat eſſe, ea quæ ſunt ejuſdem generis congregare, frigidi vero ea quæ ſunt diverſi generis. hoc enim cum partes adſtringat, ut in glacie intuemur, à circumferentia certe ad centrum movebit, ac ideo omnia cujuſque ſint generis connectere videbitur. illius vero munus cum ſit potius diſſolvere, à centro ad circumferentiam ex oppoſito movebit : ideoque ad hanc tenues partes cum facillime excitentur, ab his craſſiores ſegregari continget, quarum etiam, ſimilium veluti partium connexio in centro occurret : hujuſmodi vero opera, calidum & frigidum agere, apertiſſime inferunt,

Inf. in lib. de lege.

Efficiens eſt vere cauſa.

Calidum & frigidum cur activæ qualitates, humidum vero, & ſiccum paſſivæ.

Calidi, & frigidi conditiones.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

inferunt, cujus oppoſitum humidi & ſicci *ibid.* recenſitæ teſtantur definitiones, dum illud facile, hoc vero difficilime termino alieno coarctetur; quia hoc ſolidis, illud vero fluentibus undequaque partibus conſtitui contingat, quæ certe humidum & ſiccum paſſioni dedita lucidiſſime oſtentent. hæc vero non ita aſſeruntur, ac ſi ita humidum, & ſiccum ab actione arceantur, quod eam invicem non exerceant omnibus attributam contrariis, quæ mutuo ſe expellere cum conſueverint *met.* 5. 16. invicem profecto ut agant, & patiantur 1. *de gen.* 51. oportebit, unde Ovidius canebat:

Humidi & ſicci.

Humidum, & ſiccum qua ratione.

Metam. 1.

Frigida pugnabant calidis, humentia ſiccis,
Mollia cum duris ſine, pondere habentia pondus.

ſed eatenus Ocellus, & inde Ariſtoteles prædictis qualitatibus hæc munia collata aſſeruere, quatenus ſi mixta corpora accipiamus, quæ ex elementis, ſeu potius eorum virtutibus coaleſcunt. 2. *de p. an. cap.* 1. in iis calor & frigus agentis, humor vero & ſiccitas patientis potius ac materiæ vices gerant, ut abunde 4. *meteor. d. cap.* 1. indicatur. Hac vero qualitatum ſectione tradita, ea, quæ in parte adſunt, in qua ortus aſſidue, ac interitus exercentur, ſparſim hucuſque enumerata exacto colligit epilogo; & in rerum ortu primo materiam recolit adeſſe, quæ cuncta ſuſcipiat, & ſingulis veluti commune ſubjectum, & primum corpus poteſtate ſenſile ſubſidat: & hac potiſſimum ratione ortus dicenda ſit principium: eam vero poteſtate ſenſilem dicit, eo quia annexam gerit facultatem ad ſuſcipiendas contrarietates, quæ actu qualitates dicuntur 2. *de ortu* 8. *&* 2. *de an.* 108. Alterum vero quod neceſſario rerum ortus expoſcit, ſunt quatuor modo recenſitæ qualitates, ac poſtremo ſuccedunt aqua, ignis, terra, & aër: quæ corpora invicem mutari obſervat, quod in prædictis qualitatibus docet non contingere, hoc idem eadem ſerie expreſſit Philoſophus 2. *de ortu* 8. quo loci ait,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ait, ὥστε πρῶτον μὲν τὸ δυνάμει σῶμα αἰσθητὸν ἀρχή· δεύτερον δὲ αἱ ἐναντιώσεις. λέγω δὲ εἶον θερμότης καὶ ψυχρότης. τρίτον δὲ ἤδη πῦρ καὶ ὕδωρ, καὶ τὰ τοιαῦτα. ταῦτα μὲν γὰρ μεταβάλλει εἰς ἄλληλα καὶ οὐχ ὡς Εμπεδοκλῆς, καὶ ἕτεροι λέγουσιν. οὐδὲ γὰρ ἂν ἀλλοίωσις. αἱ δ' ἐναντιώσεις οὐ μεταβάλλουσι. (*quapropter primum quidem potentia corpus ſenſibile principium eſt: ſecundum autem contrarietates: dico autem ut caliditas, & frigiditas: tertium autem jam ignis, & aqua, & talia. hæc enim tranſmutantur in ſe invicem, &, non ut Empedocles, & alii dicunt, neque enim eſſet alteratio. contrarietates autem non tranſmutantur.*) eam vero Empedoclis ſententiam late *ibid.* 37. & 1. *de ortu t.* 1. & *ſeq.* recenſuit. Timæus quoque videtur amplexus, dum contrarietatibus tantum omiſſis, & earum loco ideæ attributo dicebat, ἀρχαὶ μὲν οὖν τῶν γιγνομένων ὡς μὲν ὑποκείμενον αἱ ὕλαι. ὡς δὲ λόγος μορφῆς τὸ εἶδος· ἀπογεννήματα δὲ τετίων ἐστὶ τὰ σώματα, γῆ τε καὶ ὕδωρ, ἀήρ τε, καὶ πῦρ. (*rerum igitur creatarum ut ſubjectum eſt materia, veluti autem ratio, proportioque formæ eſt idea, harum autem fœtus corpora, nimirum terra, aqua, aër, & ignis.*) Poſtrema tamen textus verba à Philoſopho etiam *d. t.* 6. approbata non modicam videntur excitare difficultatem. Quonam enim pacto contrarietates mutuo dicemus non immutari, at elementa tantummodo: cum inter corpora, ratione contrarietatis quælibet ſuccedat actio 2. *de ortu* 24. quæ tunc tantum adeſt, cum calidum v. g. aëris, frigidum aquæ immutarit, & ſic de ſingulis. *ibid.* 25. & ignem, ut ignis eſt nil agere, nec pati, ſed tantum prout illi contrarietas ineſt, dicatur *de ſenſu & ſenſ. cap.* 4. quanam imo ratione elementum in aliud immutari aſſeremus, quin pariter ejuſdem qualitatum mutatio non contingat? ut enim illa non ita evenit, quod ſimul aqua ſit, & aër 2. *de gen.* 31. ita nec etiam, quod ſimul calidum ſit, ac frigidum; & ideo ut aqua in aërem, ita calidum in frigidum dicemus immutari, & è converſo. eoque magis quod unumquodque ex contrario fieri primum veluti naturalis

De an. mundi.

Difficultas in præcedenti textu excitata rurſum agitatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

naturalis disciplinæ principium statuitur 1. *phys.* 43. *& seqq.* Certissimum profecto est dogma, contraria invicem immutari, & contrarietatum beneficio elementa ipsa, quæcumque imo corpora pugnas exercere : hinc tamen non sequitur contrarietates immutari. sunt illæ sane quarum opera alteratio succedit, & immutatio, illius tamen ipsæ sunt incapaces, quia subjectis tantum, ut superius monebam, non formis mutatio adscribitur, neque qualitatibus, quæ potius mutationis termini dicuntur. cavendum tamen, ne quis contrarietates in abstracto conceptas, cum iisdem in concreto assumptis confundat : hæ siquidem ratione subjecti, quod claudunt, & in propria conditione complectuntur, mutationem subire videntur, quod iis adscribi non potest, ac ideo contraria, non vero contrarietates invicem vere dicemus immutari, sed harum ratione in subjectis ipsis pugnas, & mutationes semper occurrere : ac ideo observandum neque Ocellum, nec Aristotelem contrarii nomen, sed contrarietatis in hac materia usurpasse, nec calidum, vel frigidum, at calorem potius, ac frigus, per quæ non subjectum, quod iis potiretur, sed potius contrariæ formæ indicantur. hanc vero nobis aperte doctrinam exhibet Philosophus dum motus naturam ingeniosissime describens, *phys.* 5. *t.* 3. cum observasset in motu adesse subjectum, quod movetur, terminum à quo, & formam, ad quam ferebatur, ac tandem locum, in quo motus exercetur, & hujus exemplum veritatis in ligno proferret, subdebat, ἡ μὲν κίνησις δηλονότι ἐν τῷ ξύλῳ οὐκ ἐν τῷ εἴδει. οὔτε γὰρ κινεῖ οὔτε κινεῖται τὸ εἶδος, οὐδ' ὁ τόπος οὐδὲ τὸ τοιόνδε, (*motus manifestum est, quod in ligno est, non in forma, neque enim movet, neque movetur forma, aut locus, aut ipsum tantum*) imo hæc omnia *ibid. t.* 5. docebat immobilia, dicens : τὰ μὲν εἴδη, καὶ τὰ πάθη, καὶ ὁ τόπος εἰς ἃ κινοῦνται τὰ κινούμενα ἀκίνητά ἐστιν. (*formæ autem, & passiones, & locus, ad quæ moventur ea, quæ moventur, immobilia sunt.*) Si igitur formæ, ad quas est motus, motu non

Contrarietates non immutari quomodo intelligendum. *Hoc t. t.* 1.

Forma, locus, & qualitas non moventur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tu non ſunt præditæ, imo immobiles, quas hic contrarietatis nomine videmus expreſſas, quid mirum per celebres hoſce viros eas invicem immutari, negare? & hinc quoque tradita præcedenti textu non leviter confirmabuntur. Quod ſi malit quiſpiam, ut tot evitentur ambages à vulgata lectione Ocelli recedere, ac illam ſequi, quam hunc referens locum Stobæus recenſebat, nullus ſupererit prædictæ dubitationi locus. Ocelli enim apud ipſum verba cum hæc ſint: ταῦτα γὰρ μεταβάλλουτ' ἐς ἄλληλα, αἱ δὲ ἐναντιώσιες μεταβάλλουτι, (*hæc enim inter ſe mutantur, contrariis mutantibus.*) cui adhæret M. S. codex Vaticanæ antiquus, in quo legitur, αἱ δὲ ἐναντιώσις μεταβάλλουσι. (*contrarietates vero immutant*) ut in var. lect. in margine *num.* 2. adnotabamus, quis ibi apertam proferri veritatem dubitet, dum mutari invicem elementa doceat auctor contrarietatum ratione, ut ſcilicet earum vi immutentur, quatenus unius elementi qualitate eam, quæ alteri adhæret, ſuperante, ſequitur immutatio, ut 2. *de ortu* 25. dicitur, ubi *t.* 24. non aliunde profitebatur Ariſtoteles elementa omnia invicem immutari, quam quia ἔχει ἐναντίωσιν εἰς ἄλληλα, (*omnia invicem habent contrarietatem.*)

Egl. phyſ. l. 1. *c.* 4. Textus emendatur.

Text. 7.

Differentiæ corporum in priores, & poſteriores dividuntur.

Αἱ δὲ διαφοραὶ τῶν σωμάτων δύο. αἱ μὲν γάρ εἰσι τῶν πρώτων, αἱ δὲ τῶν γινομένων ἐκ τούτων. θερμὸν μὲν γὰρ καὶ ψυχρὸν, καὶ ὑγρὸν καὶ ξηρὸν τῶν πρώτων. τὸ δὲ βαρὺ καὶ κοῦφον καὶ πυκνὸν καὶ μανὸν τῶν γινομένων ἐκ τούτων. συγχάνουσι δὲ αἱ πᾶσαι δέκα ἓξ, θερμὸν

AT *corporum differentiæ in duplici ſunt genere collocatæ, aliæ ſiquidem ſunt priorum, aliæ vero ex his prodeuntium. calidum quidem, & frigidum, & humidum, & ſiccum, priorum: grave vero & leve, denſum, & rarum, prodeuntium*

θερμὸν καὶ ψυχρὸν, ὑγρὸν καὶ ξηρὸν, 1. βαρὺ καὶ κοῦφον, λεῖον καὶ τραχὺ, 2. σκληρὸν καὶ μαλακὸν, λεπτὸν καὶ παχὺ, ὀξὺ καὶ ἀμβλύ. τούτων ἡ γνωστικὴ. 3. καὶ κριτικὴ πάντων ἁφή. διὸ καὶ τὸ πρῶτον σῶμα, ἐν ᾧ διαφοραὶ αὗται, δυνάμει αἰσθητόν. 4. ἐστι πρὸς ἁφήν.

tium ex primis. Sunt vero omnes ſexdecim, calidum, & frigidum, humidum, & ſiccum, grave, & leve, rarum, & denſum, lene, & aſperum, acutum, & obtuſum; has vero omnes judicat, & cognoſcit tactus, & propterea primum corpus, in quo differentiæ ipſæ, potentia ſenſile per tactum.

1. VV. & B. ante quamcunque qualitatem apponunt καὶ. 2. hæ deſunt in textu N. uſque ad ὀξὺ. ad ex VV. & B. 3. V. & B. legunt γνωστικὴν &c. 4. H. αἰσθητικὸν. im. ex V. & B.

PARAPHRASIS.

CORporum differentiæ in duplici genere collocantur, aliæ ſiquidem ſunt primæ, aliæ vero ex primis progenitæ. inter priores calidum, frigidum, humidum, & ſiccum recenſentur: at grave, leve, denſum, & rarum & hujuſmodi prodeunt ex primis. quod ſi tam has, quam priores ſimul placeat enumerare, jam ſexdecim aderunt, calidum ſcilicet, & frigidum, ſiccum, & humidum, grave, & leve, rarum, & denſum, lene, & & aſperum, acutum, & obtuſum, quas omnes differentias percipit, & judicat tactus, ideoque primum corpus, cui hæ inſunt, inter objecta tangibilia collocatur.

COMMENTARIVS.

CONtrarietates inter ortus primordia cum locaſſet, eaſque quatuor eſſe in præcedentibus recenſuiſſet, quæ tactui

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ctui occurrant: longe plures esse facillimum erat unicuique asserere, sicque vel omnino falsam, vel saltem imperfectam jam traditam qualitatum sectionem suspicari. Ocellus ideo & reliquas enumerat qualitates, ac simul primatum nequaquam sibi vendicare, cum erudite profiteatur, eas jure eo loci omissas testatur, in quo non qualitates simpliciter, at veluti rerum ortus, ac interitus principia collocabantur. Tangibiles igitur has corporum differentias, quas substantiarum, quæ moventur πάθη (*passiones*) dicebat Aristoteles. *met.* 5. 19. idcirco monet auctor, alias esse τῶν πρώτων, alias vero τῶν γιγνομένων ἐκ τούτων, quæ verba duplicem sortiri interpretationem cum valeant, vel quod scilicet earum aliæ sint principes, aliæ vero ex iis ortæ; vel quod aliæ primorum sint corporum differentiæ, aliæ vero illorum potius, quæ ex iis prodeunt, qualia sunt mixta: priori malim adhærere, quam huic posteriori, quæ prima facie occurrit vocem πρώτων (*primorum*) ad vocem σωμάτων (*corporum*) referendo: eo quia & veritati, & auctoris doctrinæ illam magis consonam comperio. Veritati quidem, quia leve, & grave non secundis tantummodo, at primis etiam corporibus adscripta intuemur, & tam congrua contemplatione, ut inde primorum corporum numeri elegantem eductam 2. *cæli* 18. videamus rationem. Auctoris vero magis consonam doctrinæ pariter dixi, quia *seq. textu* primis quoque corporibus has qualitates adscriptas aspicio. in Peripatetica vero schola ne minimum quidem huic permittit dubitationi locum vere tradendis dogmatibus aptissimum Aristotelis eloquium, hic enim 2. *de gen. t.* 8. & 9. calidum frigidum, humidum ac siccum dum enumerasset, *ibid. t.* 10. reliquas, quæ tactui occurrunt, qualitates ab iisdem prodire docuit. huic igitur inhærendo expositioni, recensitas in præcedentibus contrarietates principes esse docet qualitates; grave vero & leve, rarum ac densum, cæteraque hujusmodi ex iis prodiisse. Quarum omnium perfecta nobis

Tangibilium qualitatum aliæ sunt principes, aliæ vero ex iis ortæ.

Grave, & leve tum primis, tum secundis corporibus insunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nobis ut accedat cognitio, eas in textu enumeraturus, ſexdecim eſſe monet, quare à codice, quem edidit Nogarola recedendum, in quo duodecim tantum recenſentur, dum πληρὸν, μαλακὲν, λεπτὸν, παχὺ, (*durum, molle, tenue & craſſum*) quæ ex Vaticanis & C. V. Thomæ Bartolini codicibus MSS. addidimus, vel textus depravati vitio, vel impreſſoris incuria, quod potius crediderim, videam omiſſa, eæ vero ſunt gravitas & levitas, denſitas, & raritas, levor & aſperitas, durities ac mollities, tenuitas & craſſitudo, acumen tandem ac obtuſitas; quæ prædictis quatuor primis ſi ſuperaddantur, jam erunt ſexdecim. haſque ſingulas è principibus illis prodire, vel levis inductio ſatis oſtentat: calidi enim & ſicci fœtum eſſe levitatem, è contra humidi & frigidi gravitatem, ignis & terræ nedum natura, at uniuſcujuſque mixti abunde teſtatur. tenue vero ad humidum reduci inde eluceſcit, quod humorem, quia proprio caret termino, continens facillime replere, & quia fluxibile, id à quo tangitur, ocyſſime ſectari conſpicimus: quibus certe præditum conditionibus ut plurimum tenue corpus, ſuæ tenuitatis ratione minimum quodcunque corpus ita ingreditur, ut totum toti neſciat non adhærere. & eadem ratione à ſicco pendebit craſſum, dum contrarios effectus contrarias ſibi cauſas vindicare (ſi tamen eas, quæ per ſe dicuntur cauſæ contemplemur *phyſ.* 2. 33. & 5. *met. t.* 2. dum per accidens oppoſitos effectus eadem cauſa producere conſueverit *ibid.* 30.) ſit unicuique notiſſimum. molle pariter, ut 2. *de ortu* 10. exprimitur ab humido oriri vel illa dum tangitur, in ſe ipſum fuga ſuadet, quam illi humoris haud dubie copia confert, à quo pariter aſſequitur, ut tangenti facillime cedat, licet ipſum inde non circum ambiat illico, ut humorem præſtare *ibid.* 13. obſervabat Philoſophus. cujus oppoſitum in duro cum videamus, à ſicco ipſum prodire, eadem cauſa dictabit. lene pariter ab humido progigni certiſſimum, quo illius gaudet ſuperficies, unde ut una

Sexdecim ſunt qualitates tangibiles.

Calidum frigidum humidum, & ſiccum ſunt quibus cæteræ ſenſibiles qualitates produnt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pars ad aliam æqua feratur planitie ipſi confertur: cum partibus ex oppoſito ſiccitas tribuat, ut in ſuperficie inæqualibus conſtent diſpoſitionibus. quæ pariter in raro vigent, ac denſo; caloris tamen, & frigoris potius beneficio, dum illius proprium rarefacere, hujus denſare, eæ, quibus æſtate, ac hyeme premimur, affectiones certiſſime demonſtrent, quid vero acutum, & grave cum tangibilibus qualitatibus commune præſeferant, *ſeq. textu* contemplabimur. has tamen contrarietates Philoſophus quoque 2. *de ortu* eadem fere methodo cum deſcriberet, in earum ſerie, ac numero, cum Ocello non convenerit facile quiſpiam inquiret: ille namque ibi non obtuſi, & acuti, nec rari, & denſi meminit: lubricum vero, & aridum recenſuit, quorum hic oblitus auctor. Provido numquid peracta hæc dicemus conſilio ab Ariſtotele, ut propria celaret furta, & Ocello debitam gloriam ſibi vindicaret. Abſit hæc ab eruditorum cœtu calumnia, qua vulgaris livor univerſæ eruditionis Principem inani licet conatu perſtringere tentavit, ac ſi flammis veterum Philoſophorum ſcripta tentarit abolere, ut inde translata dogmata Peripateticæ gloriæ firmiora ſtruerent fundamenta: qua enim arbitrabimur ratione prudentiſſimum virum irridendo ſane conſilio credidiſſe tenui ſuæ ætatis potentia priſcorum in futuris ſæculis aboleri potuiſſe memoriam, quorum etiam eruditionis monumenta in pleriſque vigebant regionibus, quæ non Macedonis imperia, ſed vix ipſius nomen audiebant: & quanam ratione flammas exiguum hoc Ocelli evitavit opuſculum? & ſi quis Ariſtotelem talia expetiiſſe opinetur, ab iis ſaltem fatebitur coërceri potuiſſe, quæ Platonem à comburendis Democriti voluminibus deterruere, dum ſcilicet Amyclæ, & Cliniæ Pythagoræis maluit obedire, id ab ipſo fruſtra tentari aſſerentibus, dum ejus libri unicuique erudito innotuiſſent. eo fortaſſis florebat ſæculo Ariſtoteles, quo jam cecidiſſet Philoſophia?

Falſum eſt Ariſtotelem priſcorum ſcripta flammis aboleviſſe.

Laërt. in vita Democriti.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ɔhia? quæ Socratis primum, ac inde Platonis in Græcia, & Pythagoræorum ope in Italia tunc ita efflorescebat, ut illius ævi fructus omnia inde sæcula delibarint : & tunc ita ɔriscorum dogmata cujusque animis ita inhærerent, ut ubique Aristotelem sat fuerit ea vel leviſſime tangere, ac si notiſſimas contemplaretur sententias. Ocelli vero nusquam ipsum meminisse oportuit, dum elementorum, & materiæ naturam perquireret, hæc enim singula Pythagoreæ schoæ inventa fuisse nemo ignorat, & Italicæ sectæ abunde meminit Aristoteles *metaph.* 1. *t.* 5. Viguit autem inter Ocellum hic & Aristotelem 2. *de ortu* 8. relatum discrimen, non quia eas qualitates Aristoteles non agnoverit : acuti scilicet, & obtusi alicubi ipsum meminisse, ac jure hic omissa *seq. text.* confirmabimus. rarum vero, & densum qualitates tangibiles esse, eundem fateri satis indicant ipsius placita 2. *de* ɔ. *an. cap.* 1. quo loci hæc in serie qualitatum collocabat, & i primis illis prodire pariter edocebat, quæ *d. t.* 8. omisit, quia ibi singulas non profitebatur se recensere qualitates, sed tantum magis præcipuas, rarumque & densum crasso, & tenui maxime propinqua videbantur, magisque partium dispositionem in qualitate, quam qualitatem præseferebant, at operæ pretium erat *d. c.* 1. recolere, quia præcipuæ animalis partes illis videntur præditæ, quales sunt forte jecur, pulmo, os & hujusmodi. Nec mirum est Ocellum aridi, & lubrici non meminisse, quia hæc forsitan rari, & densi, vel tenuis, & crassi nomine complectebatur, dum lubricum pariter ad humidum eo fere pacto, quo tenue redigatur, hoc tantum superaddito discrimine, quod propter subtilis terrei appositionem, unctuosum reddi contingat, quod ejus inde partes separari non permittat. Aridum quoque sicci proles est ad instar cæterorum, est enim perfecte siccum 2. *de ortu* 12. quatenus tali humido unctuoso prorsus destituitur ex vi caloris humiditatem ab ipso extrahentis : in quo differt ab ea exsic-

Cur Aristoteles ab Ocello circa numerum qualitatum sensibilium dissentiat.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

exſiccatione, quæ prodiit à frigore; hæc enim & à calore, ut patet in cœno humido igni expoſito, & à frigore cum poſſit prodire, ut in glacie apparet, hoc inter hujuſmodi viget diſcrimen, quod ſi denſatio illa vi caloris humorem extrahentis prodeat, non amplius talis corporis à frigore ſolutio fiet, ſed à vehementi tantum calore, id humoris, quod erat reliquum prorſus extrahente: at ſi à frigore illa exoriatur, eo quia meatibus tantum coarctatis, non vero extracto humore ſuccedit, vi caloris rurſus talia entia ſolvuntur, qui & meatus aperire, & humorem elicere valeat. ideoque ſi calor iis accedat entibus, in quibus frigoris opus præceſſit, ea ſolvit, quia adhuc in iis humor ſupereſt, ſed iis ſi admoveatur, in quibus caloris opus præceſſit, ea potius denſat; dum in iis minimum humoris permanſerit, quod corporis ſolutionem non permittit, vel ita exacte exſiccat, ut modico, qui ſupererat humoris viſcoſi, nativo veluti glutine partes connectentis prorſus extracto, corpus illud jam non liqueſcat, ſed in cineres miſerrime redigatur. cum igitur aridum ſicci ſit quidam exceſſus, opus non erat Ocellum illud recenſere, non ita exacte naturalia ponderante, ut inde præſtitit omnium naturæ arcanorum bene conſcius Ariſtoteles, qui ſingulas humidi, & ſicci differentias contemplabatur *ibid.* 14. *&* 15. eas quinimo Ocellus aſſignare qualitates hic inſtituit, quas primis convenire corporibus obſervaverat, pleraſque ideo omiſit, quibus illa deſtituuntur, idque ipſum reſpexiſſe ex eo facile apparet, quod *ſeq. textu* eas elementis tentat adſcribere. Enumeratas vero qualitates in hoc monet convenire, quod ſingularum verus judex ſit ſenſus tactus, & ideo tangibiles ab Ariſtotele dicuntur *d. t.* 8. *&* 2. *de an.* 117. & idcirco illud corpus cui primo inerunt potentia, ut tactui objici poſſit, facultatem procul dubio ſortietur.

Vnicui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Vnicuique elemento propriæ qualitates adſcribuntur. Text. 8.

Τὸ μὲν οὖν θερμὸν, καὶ τὸ ξηρὸν, καὶ τὸ λεπτὸν, καὶ τὸ ὀξὺ πυρός ἐστι, τὸ δὲ ψυχρὸν, καὶ τὸ ὑγρὸν, καὶ τὸ ἀμβλὺ. 1. καὶ τὸ πυκνὸν ὕδατος. τὸ δὲ μαλακὸν, 2. καὶ τὸ λεῖον, καὶ τὸ κοῦφον, καὶ τὸ λεπτὸν ἀέρος, τὸ δὲ σκληρὸν καὶ παχὺ καὶ βαρὺ καὶ τραχὺ γῆς.

Calidum ſane, & ſiccum, & rarum, & acutum eſt ignis. frigidum vero, & humidum, & obtuſum, & craſſum aquæ. molle vero, lene, leve, & tenue aëris. durum autem, & craſſum, grave, & aſperum terræ.

1. N. non habet ad ex v. & c. 2. L. τὸ δὲ ὑγρὸν καὶ τὸ θερμὸν καὶ τὸ μαλακὸν.

PARAPHRASIS.

INter prædictas vero differentias igni calor, ſiccitas, raritas & acumen convenit. Frigidum, humidum, ac obtuſum aqua: molle, lene, leve, ac tenue, aër: durum tandem, craſſum, grave, & aſperum terra ſibi vindicat.

COMMENTARIVS.

QVas ſuperius auctor recenſuit qualitates, primis corporibus nunc adſcribit, ut inde earum ipſum jure meminiſſe appareat. nulla textus hic expoſitione videtur indigere, nam ibi tradita nulla premuntur difficultate. ac eorum ſenſus prima facie occurrit. ignem calidum eſſe, & ſiccum, ut pariter monuit Ariſtoteles 2. *de gen.* 16. nemini dubium: rarum pariter eſſe vel aëris in ipſum immutatio oſtendit, quæ tunc præcipuè contingit, cum vel ictu celeri inter ſilicem, & ferrum deprehenſus, vel motus velocitate agitatus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

rareſcit, indeque igneam aſſumit naturam; cujus frequentiſſimi eventus, quo plumbeos ſagittarum mucrones liquefieri affirmavit Philoſophus 2. *cæli* 42. & pariter obſervavit Virgilius, penes quem Aceſtes in æthera telum cum contorſiſſet,

Plumbei mucrones ſagittarum liqueſiunt.

Æneid. 5. —— *volans liquidis in nubibus arſit arundo,*
Signavitque viam flammis.

& in plumbo funda velociter projecto evenire dictabat Ovidius, canens:

Metam. 2. *Non ſecus exarſit, quam cum Balearica plumbum*
Funda jacit: volat illud, & incandeſcit eundo,
Et quos non habuit, ſub nubibus invenit ignes.

ratio elegantiſſime aſſignatur *meteor.* 1. *ſum.* 1. *cap. ult.* Id tantum aliqua dubitatione videtur involvi, quod ignem Ocellus dixerit acutum, nam quid reſpexerit id proferens, non omnino certum. Figuram ignis fortaſſe pyramidalem Ocellum obſervaſſe quis ſuſpicabitur, indeque igni acumen attribuiſſe: pyramides enim apud Marcellinum inde ſcimus deductas, quod τᾶ πυρὸς (*ignis*) ſpeciem nec obſcure exercerent. cum tamen terræ qualitates tangibiles hic referre profeſſus fuerit auctor, inter quas nullum ſibi vendicat locum figura inter ſenſibilia communia, non propria, à Philoſopho 2. *de an.* 64. collocata, illius certe intuitu acumen igni hic attributum affirmare non auſim, eoque magis quod an hujuſmodi figuram igni natura attribuerit, ſingula non conveniunt Philoſophorum placita, dum ſphæricam potius ſibi formam ignem adſciſcere pulcherrimo confirmet exemplo Baconius, quo loci monet, ſi facem, quam aqua vitæ vulgo dicta ambiat, accendamus, ſphæricam illico figuram flammam aſſumere videbimus, pyramidali rejecta; quam ſibi conſuevit in aëre degens ignis adſciſcere, præ aëris violentia, flammæ latera valido comprimentis impulſu, è quo motu ſphæram in pyramidem declinare certiſſimum; & id forte credi-

Pyramides unde dictæ *lib.* 23. Ignis cur acutus.

nat. hiſt. lib. 1. *c.* 4.

Ignem, eſſe ſphæricum experimento confirmatur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

crediderim respexisse Aristotelem, dum igni pyramidem simpliciter noluit adscribere, sed 3. *cæli* 73. ait, τὸ δὴ πῦρ σφαῖρα ἐστὶν, ἢ πύραμις. (*ignis autem sphæra est, vel pyramis*) ideoque potius opinor vim ignis activam, qua vehemente sensus tactus excitatur, respicientem Ocellum igni acumen attribuisse. sic enim curas, quibus vehementer afficitur animus, acutas apud Homerum asserebat Penelope dicens, *Odys.* 19.

—— πυκιναὶ δέ μοι ἀμφ' ἀδινὸν κῆρ
Ὀξεῖαι μελεδῶναι ὀδυρομένην ἐρέθουσιν.

(*densæ autem mihi circa cor valde acutæ cogitationes lugentem destruunt.*) & nivem, quæ longe vehementius sensum percutit, quam aqua hic eadem ratione obtusa dicta, à Pindaro pariter acutam dictam observo, dum Ætnam sic elegantissime describebat, Cogitationes acutæ. Nix acuta. *Pyth. od.* 1. *epod.* 1.

——— κίων
Δ' ἀραννία σωέχει
Νιφόεσσ' Αἴτνα πάντας
Χιόνος ὀξείας τιθηνία.

columnaque cælestis cohibet nivosa Ætna per totum annum nivis acutæ nutrix. quare acutus dicetur ignis, quia maxime activus, & summa vi, & acri impetu tactum consuevit afficere. huic ut adhæream sententiæ me impellit gravissima Platonis & Aristotelis auctoritas: ille siquidem videbatur, si non igni, ejus saltem actioni acumen tribuere, dum in Timæo dicebat, πρῶτον μὲν δὴ τὸ θερμὸν λέγομεν, ἴδωμεν ὧδε σκοπῶντες τὴν διάκρισιν καὶ τομὴν αὐτοῦ περὶ τὸ σῶμα ἡμῶν γιγνομένην, ἐννοηθέντες εἴ τι μᾶλλον ὀξύ τι τὸ πάθος πάντες ἂν ἰδοιμεν ἀθανόμεθα, (*in primis qua ratione ignis calidus dicitur, videamus, quod ita demum perspiciemus, si discretionem, divisionemque ab eo in nostro corpore factam consideremus, quod enim acumen quoddam ea passio est ferme, est omnibus manifestum*) Aristoteles vero acutum in sono occurrere docebat, illi per translationem à tangibilibus attributum 2. *de an.* 86. ac subdens, τὸ μὲν γὰρ ὀξὺ κινεῖ τὴν αἴσθησιν Acutum & obtusum in sensu tactus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

σιν ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ ὑπερπολύ. τὸ δὲ βαρὺ ἐν πολλῷ ἐπ' ὀλίγον. (*acutum enim movet sensum in pauco tempore multum, grave autem in multo parum*) quod βαρὺ (*grave*) in sensu tactus dici ἀμβλὺ (*obtusum*) ut hic ab Ocello usurpatur *ibidem* exprimebat, dum ait acutum & grave in voce, ἀνάλογον ἔχειν τῷ περὶ τὴν ἁφὴν ὀξεῖ καὶ ἀμβλεῖ. τὸ μὲν γὰρ ἔοικε κεντεῖ, τὸ δὲ ἀμβλὺ ἔοικε ὠθεῖ, διὰ τὸ κινεῖν τὸ μὲν ἐν ὀλίγῳ, τὸ δὲ ἐν πολλῷ. (*similitudinem habere cum eo, quod circa tactum, acuto & obtuso: acutum enim quasi pungit, obtusum vero quasi pellit, propterea quod movet illud quidem in pauco, hoc autem in multo.*) quid clarius? & hinc patet cur non meminerit acuti, & gravis Aristoteles 2. *de ortu* 8. ut præcedenti textu observabam, quia scilicet inter differentias tangibiles immerito collocabatur, tum quia in solo tactu non observabatur, tum ulterius, quia potius modum, quo tactum à suo affici contingeret objecto, quam tangibilis objecti differentiam inde exprimi contingeret. cæteris assignatæ elementis hoc textu contrarietates omnem prorsus arcent dubitationem; molle siquidem, tenue, ac lene aëri inesse nemo ignorat, qui exilem ejus naturam velit intueri, quæ pariter ejusdem nobis indicat levitatem, quam facilis ipsius quoque exhibet ascensus, eam tamen illi non simpliciter, at secundum quid congruum est assignare 4. *cæli* 36. & longe facilius telluri tributæ qualitates innotescunt; quare iis immorari prorsus inutile foret, nec obtusum aquæ, assignatum novas exigit speculationes, dum illud de ignis acumine tradita illustrare valeant.

Solvitur difficultas præcedenti textu excitata.

Text. 9.

Excessus qualitatum quibus elementis competant.

1. V. & D. ὑπερβολαί.

Τῶν δὲ τεσσάρων πῦρ μὲν καὶ γῆ ὑπερβολαί. 1. καὶ ἀκρότητες τῶν ἐναντίων. τὸ μὲν δὴ πῦρ ἐστιν ὑπερ-

Ex quatuor vero, ignis, & terra sunt excessus, & extremitates contrariorum: ignis siqui-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ὑπερβολὴ θερμότητος, ὥσπερ ὁ κρύσταλλος ψυχρότητος. ἡ. 2. γὰρ πῆξις τε καὶ ζέσις ὑπερβολή τινός ἐστιν, ἡ μὲν θερμότητος, ἡ δὲ ψυχρότητος. ἐὰν δὴ ὁ κρύσταλλος ἐστὶ πῆξις ὑγροῦ καὶ ψυχροῦ καὶ τὸ πῦρ ἔσται ζέσις ξηροῦ καὶ θερμοῦ. διόπερ οὐδὲν ἐκ κρυστάλλου γίνεται οὐδὲ ἐκ πυρός.

siquidem est excessus caliditatis, quemadmodum glacies frigiditatis: concretio enim, & fervor cujusdam excessus est, hic quidem caliditatis, illa vero frigiditatis. si igitur glacies est concretio humidi, & frigidi, & ignis erit fervor sicci, & calidi, propterea nil ex glacie fit, neque ex igne.

2. ad ex V. & B. usque ad ἐάντε.

PARAPHRASIS.

INter hæc corpora ignis, & terra se habent veluti contrariorum excessus quidam, & extremitates: nam ignis est calidi excessus, eo pacto, quo glacies est frigidi redundantia: concretio enim, & fervor excessus quidam sunt, hic calidi, illa vero frigidi. quare si glacies humidi, & frigidi est concretio, ignis erit sicci & calidi fervor, & idcirco nec ex igne, nec ex glacie quidquam progigni continget.

COMMENTARIVS.

COrporum simplicium numerus, & qualitates solerti nobis studio in præcedentibus innotuere, eorumdem mutua habitudo nunc consideranda, ut facilius quonam mutuo fœdere, vel dissidio ipsa premantur, innotescat. idcirco Ocellus hoc textu observat elementorum quædam non leni op-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

positione perfungi, at potius contrarietatis excessus præseferre, ignem scilicet, ac terram. Hunc locum revera difficillimum dixerim, dum integram aliquam dictare sententiam non videatur, ut ipsum textum imperfectum esse suspicari non omnino à ratione videatur alienum: dubium enim censeo, quonam pacto, non in elementi serie, at contrarietatis, excessus & extrema dicantur ignis, & terra; eoque magis, quod in igne id abunde cum explicetur, nulla prorsus terræ mentio amplius occurrit, vel consideratio, & tamen usus ea dicendi forma cum fuerit Ocellus, τὸ μὲν, vero simile videtur eundem in textu subdidisse ἡ δὲ γῆ, quod tamen in eo non legitur. Sed esto, nullius hæc sint ponderis, longe difficillimum certe erit conjicere, quanam ratione potissimum redundantiæ, & excessus contrarietatum prædictis corporibus tribuantur, cum id nulla ratione in terra appareat: eam enim prædicto excessu præditam asseremus, vel eam cum igne comparantes, vel cum cæteris elementis, vel ipsius naturam seorsim considerantes. si prius placeat asserere, falso contrarietatis excessus dicentur: igni enim terra non perfecte opponitur, at aqua, ut ex earum qualitatibus inferius patebit. eadem pariter vigebit difficultas, si terram cum cæteris elementis comparemus, dum ipsa duabus sit prædita primis qualitatibus, qua conditione cætera quoque elementa afficiuntur: quod si tandem eam simpliciter spectemus, nullus in ea viget contrarietatis excessus, dum ea terræ portio, quæ nostro subjicitur sensui, ita admixtas oppositas sortiatur qualitates, ut potius eæ, quæ illi insunt, ut propriæ, tenues appareant, cum frequens imbrium copia, & Solis vis perfecta frigiditate, & siccitate eam gaudere non permittant, & si illius viscera penetremus, fontium copia earum pariter conditionum perfectionem abolebit, non secus quam debilitent in plerisque locis erumpentes flammæ, quæ ingeniosissimæ Ioannis Nardii, de igne subterraneo positioni eruditam occasionem

Difficultas hujusce textus

In opere de igne subter.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

casionem præbuere. Nec quis dicat Ocellum hic docere duo prædicta elementa esse extremitates, quatenus in extremo situ in elementorum ordine sunt locata, dum, aër, & aqua eum, qui medius est, sibi vindicent *seq. textu.* quam seriem sic elegantissime Manilius exprimebat: *Astron.* 1.

Ignis in æthereas volucer se sustulit auras,
Summaque complexus stellantis culmina cæli
Flammarum vallo naturæ mœnia fecit.
Proximus in tenues descendit spiritus auras,
Æraque extendit medium per inania mundi.
Ignem flatus alit vicinis subditus astris.
Tertia sors undas stravit, flatusque natantes,
Æquora perfudit toto nascentia ponto,
Vt liquor exhalet tenuis, atque evomat auras,
Æraque ex ipso ducentem semina pascat.
Vltima subsedit glomerato pondere tellus
Convenitque vagis limus permixtus arenis,
Paulatim ad summum tenui fugiente liquore.

prædictam siquidem textus renuit expositionem, cum in eo asseratur ipsa quasdam esse redundantias, ac nomen extremi non simpliciter iis adscribatur, sed potius cum hac oppositione *contrarietatum.* Ne tamen à nostro declinantes instituto, textum hunc omni vel saltem leviſſima, ut nostri moris est, privemus speculatione, dicamus auctorem quidem duobus his elementis tribuere, quod contrarietatum sint excessus: id tamen non intuitu primarum tantummodo qualitatum, quibus gaudent, at potius secundarum, considerando scilicet in igne nedum calorem & siccitatem, at præterea raritatem, & acumen: in terra vero, non frigidum, & siccum, at potius duritiem, gravitatem, & asperitatem. idque satis suadere videtur præcedens textus, in quo terræ, ac igni eas qualitates assignavit, ac illico in primis hujusce textus verbis intulit contrarietatum esse excessus; quia si illæ considerentur in

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

in iis elementis, eaſdem quam maxime vigere, & præſtantiſſime pollere videbimus. nam ſi illud maxime tale aſſerimus, à quo cætera, ut talia dicantur, conſequuntur *met. 2. t. 4.* maxime ſiccus, & maxime calidus erit ignis, aliis exactiſſime utramque eam conferens qualitatem, illiuſque acumen nullum certe elementum vel mixtum æquabit, dum ipſe procul etiam præveniens tactum, ſuæ actionis vim ſummis etiam cum cruciatibus nos cogat acerrime perpeti. quid tandem igne magis rarum? dum aër ita rarum corpus, ut admixtorum corporum ratione tantummodo viſibile reddatur, in majorem adhuc declinet raritatem, ſi igneam aſſumat naturam, ut ſuperius obſervavimus. eadem quoque ratione tellurem proprias qualitates ſummo robore complecti apparebit: tangenti namque corpori cedit ignis, cedit & aër, ac aqua, modicum quid licet reſiſtant: ideoque ſonum in iis edi videmus *2. de an. 79.* unde vel ipſi aëri aliquo cum impetu ab ore animalis prolato eorum utrumque cedere appareat. terra vero vix multo rore perfuſa parumper mollis evadet, & ſumma præditos duritie fœtus, lapides ſcilicet progignens, vix acerrimis ferri ictibus eos aliquantulum cedere permittit, ut ideo dura hominum corda non obſtupuerit Ovidius, dum eos è lapidibus Deucalionis pietate projectis enatos effingebat, dicens:

Met. 1. *Inde genus durum ſumus, experteſque laborum,*
Et documenta damus, qua ſimus origine nati.

craſſitiem pariter terræ, ac aſperitatem maximam ineſſe nemo dubitat, dum hæ mixto à terra tribuantur, idemque de gravitate dicendum, quæ ſoli telluri ſimpliciter convenit *4. cæli 39.* has igitur reſpexiſſe Ocellum puto, dum extremitates contrariorum terram, & ignem dixit, quo caſu terræ amplius in hoc textu cur non erat meminiſſe, ut ignis: eo quia illi attributas qualitates eam ſummo gradu ſibi vindicare ſenſus ſatis indicabat, cujus judicium in ſenſibilibus dimittere, ἀῤῥωστία τίς ἐστι διανοίας (*infirmitas quædam eſt intellectus*) *8. phyſ.*

8. *phyſ.* 22. & in igne acuti, & rari eadem fere ratione oblitus calidum, & ſiccum voluit tantum contemplari, ut inde colligeremus in primis qualitatibus etiam exceſſum ignis, eo quia ipſe duabus iis qualitatibus vehementius etiam potitur, quam propria exigat natura : ideoque glaciei ipſum ſimilem aſſerit, quæ frigiditatis particeps eſt, longe vehementiori ratione, quàm aqua. & ita nobis indicat ignem à cæteris differre in primis qualitatibus, dum eas validiſſimas adſciſcat, non quidem ita exigente propria natura, ſed potius ex admixtione contrarii, ut in aqua glacie concreta contingit. ignemque idcirco exceſſum caloris docet eo pacto, quo glacies frigoris eſt redundantia, ſimilitudiniſque hanc aſſignat rationem, quod ſi glacies eſt humidi, & frigidi concretio, ignis pariter fervor quidam eſt ſicci, & calidi, & exceſſum tam hic, quam ille exprimit. quam doctrinam amplectebatur Ariſtoteles, iiſdemque verbis proponebat 2. *de gen.* 21. hæc vero glaciei, & ignis ſimilitudo inde potiſſimum emanat, quod ſicut concretio aquæ non accedit ea ratione, qua aqua eſt, ſed quatenus illi terrei vapores commiſcentur, quorum ratione & ipſa quodammodo mixta videatur : ita pariter ignis à diſpoſitione extranea fervorem illum contrahit, dum ipſi terreum denſum admiſcetur : ideoque opacum illud cum ſit majorem in igne lucem, ac una rubedinem quandam conſpicimus, majoremque inde emergere percipimus caliditatem, ut levia etiam indicant experimenta, ſi ad puram flammam accedamus, cui minus terrei admiſceatur : & ſi carbones plurimum terræ includentes jam igniti admoveantur. allatam imo ſimilitudinem ex non diſſimili eventu comprobat, quod nil ex glacie progignatur, neque ex igne, quod iiſdem quoque vocibus *d. t.* 21. affirmabat Ariſtoteles dicens, διο καὶ ὅδεν ὅτι ἐκ κρυστάλλου γίγνεται, ὅτ' ἐκ πυρός. (*ideo nihil ex glacie generatur, neque ex igne.*) Vulgato contra poſitionem hanc invehitur argumento hic V. C. Nogarola, quod ſci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

licet teſte etiam Ariſtotele 5. *de hiſt. an. cap.* 19. & ex igne, & ex glacie prodeant animalia. quod confirmabat Sext. Empiricus eſſe dicens, ζωόφυτα τὰ ἐν τοῖς καμίνοις φαινόμενα (*Zoophyta quæ in caminis apparent*,) inſolutam revera difficultatem relinquit Nogarola. hoc tantum adjiciens, quod aliter *in extrariis*, aliter *in auſcultatoriis libris* loqui conſueverit Philoſophus; quod quidem veritati conſonum eſt: id enim ſemper animadvertendum, ſi veram Ariſtotelis ſententiam aſſequi velimus, quod à propria ſede, cujus objectum illa contemplatio, eruantur teſtimonia, eo quia, ut acutiſſimus monebat Zabarella, Ariſtoteles omnia ſuis locis exacte diſcutit & pertractat, & ſi quid unquam extra proprium locum collocat, leviter illud tangit, imo in externis locis juxta aliorum ſententias exempla adducere conſuevit, ſumma ſane cum induſtria: dum nil ibi referat, quam ſectetur ſententiam, recenſere, & ex oppoſito infirma facillime & difficultatibus obvia, quæ traditur doctrina, tunc reddatur, cum in exemplis quiſpiam à vulgi placitis recedat. & exempla aſſignari conſueverint, non quaſi omnino veritati conſona, ſed ut tradita doctrina faciliùs apprehendatur. nobis aperte hanc dictat conſiderationem Ariſtoteles ſententia de viſus ratione, quam cum *de ſenſ. & ſenſ.* velut in propria ſede *cap.* 2. videamus ſtatutam, quod viſus ſuum opus eliciat objecti ſpecies in ſe uberrime recipiendo, oppoſitum ab eodem aſſeritur in pleriſque ſolvendis problematibus *probl. ſect.* 31. imo 5. *de gen. an. cap.* 1, dicitur nil referre ſive hac, ſive illa ratione viſum exerceri arbitremur. & *met.* 3. *cap.* 4. trucem cujuſdam morbum, cujus oculis propria ſemper imago obverſabatur, in eandem quoque cauſam rejecit, ac ſi eventus ille, quem læſa potius producebat phantaſia, à radiis, quos viſus emittebat, prodire conſueviſſet, idem pariter in iis locis, quibus luminis naturam explicavit, aperte obſervandum: nam dum 2. *de an.* propria velut iſede luminis conditiones expli-

Hypot. l. 1. *cap.* 14.

de viſu c. ult.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

explicare contenderet, incorporeum ipſum contra Empedoclem *t.* 70. inferebat ex ocyſſimo percurſu, quo totum illuſtrabat hemiſpherium: cum tamen corpus illi tribuere *ſect.* 11. *probl.* 33. videretur; radios Solis aëri in die immixtos, ut voces longe melius nocte audirentur, docens operari, dum eorum immixtione immunes omnino tenebræ apparerent. hinc tamen allata non ruit dubitatio, quia utrumque dogma, quod ſcilicet nil ex igne oriatur, & quod rurſus ex eo prodeant animalia propriis in locis traditum fuiſſe conſpicimus: illud enim vim ignis reſpiciens non alibi melius, quam *in* 2. *de gen.* ubi ex profeſſo elementorum natura perquiritur, & hæc ex igne, & glacie prodeuntium animalium hiſtoria non alibi melius quam loco prædicto poterat collocari, ubi ortus animalium ſedulo examine contemplabatur. quare incongruum hujuſmodi tam 2. *de ortu*, quam 5. *de hiſt. an.* tradita, velut omnino veritati conſona ab Ariſtotele non fuiſſe prolata aſſerere: ideoque ut contradictionis ſuſpicio penitus aboleatur, obſervandum *in* 2. *de ortu* ex glacie entia generari, negaſſe quidem Ariſtotelem, at nullibi oppoſitum protuliſſe. non enim *d. c.* 19. glaciei meminit, ſed nivis, quæ licet ex aqua pariter concreta videatur conſtare, non tamen efficaci adeo eſt prædita frigore, quale novimus vigere in glacie, pigrumque ideo fortaſſe frigus dicebat Martialis illud, quo nix concreſceret, dum ait:

Nix cur non ita frigida ſicuti glacies.

lib. 4. *epigr.* 3.

Concretas pigro frigore ridet aquas.

eoque magis quod non nivis ſimpliciter, at vetuſtæ meminit, dum hunc *ibi* recenſeret effectum, in qua & frigus non ita intenſum certe. imo nec ex nive, ſed *in nive* oriri dicuntur: ait enim ἐν χιόνι, quo caſu nivem ipſorum vermium progenitricem aſſerere fortaſſe falſum, dum potius per antiperiſtaſim quandam putris calor in extima tunc terræ ſuperficie occurrens, ſimulque è nive prodiens humor vermibus iis ignobiles præbere queant natales, qui tardi motu *ibid.* dicuntur,

Nullo pacto Vermes in nive oriri poſſunt, licet in ipſa quidam orti appareant.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ut pertenui tantum calido gaudentes, à quo motus, & operis cujuslibet vitalis celeritatem prodire nemini dubium. ideoque diligenter animadvertendum, rubeos eosdem vermes dici, quia è nive prodeant præ vetustate erubescente, qui color nivis certe non naturalis imminutas quoque illius testatur facultates, imo fidem prisci codicis Græci ab aliquibus corruptam, dum ἐν μηδίᾳ scripserunt, unde Latinus interpres vertit *in Media*, si placeat sectari, ut certè opportunum monuit Marsilius Cagnatus, omnis prorsus delebitur difficultas. ibi siquidem cum legatur ἐν ἤδῃ χιόνος (*in tepore nivis*) eorum plerosque nasci, qui sint albi & longi, albedinem scilicet nivea conferente qualitate, & longitudinem, humoris copia, quis dubitet, non nivem tantum, at teporem jam dictum animalcula illa suæ vitæ auctorem accersere. Nec difficilius ea, quæ de Cypri fornacibus *ibid.* afferuntur, omnem arcent in Philosophi dictis involutæ contradictionis suspicionem; ex igne enim Aristoteles 2. *de ortu* progigni quidem negavit animalia, id tamen 5. *de hist. an.* non ausus est affirmare, at tantum ibi generari animalia ἐν τῷ πυρὶ (*in igne*) edocuit, non ab igne, vel ex igne causa veluti effectiva, vel materiali gigni expressurus: hac enim carere virtute ignem vel ipsos Romanos non latuit, qui ideo Vestam, quam ignem esse arbitrabantur, Virginem esse proferebant, unde Ovidius:

Fast. 5.

Nec tu aliud Vestam, quam puram intellige flammam,
Nataque de flamma corpora nulla vides.
Iure igitur Virgo est, quæ semina nulla remittit,
Nec capit, & comites Virginitatis amat.

non ideo ex igne, at in igne, veluti in loco prodire ea animalia observavit Aristoteles, quatenus humor calidus è lapide illo vi ignis eductus in amœna, & fœcunda Cypri regione, quam ideo Veneri dicavit erudita vetustas, per quam

Lucr. l. 1.

——— genus omne animantum
Concipitur, visitque exortum lumina Solis.

animal-

var. obs. l. 1. c. 24.

Tepori potius adscribenda est talis productio vermium.

Licet in igne animalia genita appareant, non tamen ex igne genita sunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

animalculis iis vitæ auctor in igne quidem sit, non vero ignis. nocque Philosophus respexisse ejusdem testantur verba 2. *de rtu an. cap.* 3. à Cagnato diligentissime perpensa. *ibid.* siqui- *ibid. obser.* lem cum dixisset semini fœcunditatem a calore conferri, & 23. alorem hujusmodi non ignem esse, sed spiritum quendam ere sidereum, subdebat, *διο πῦρ μὲν ἁδεν γίνεται ζῶον, ἐ δὲ φαίνεται συνιστάμενον πυρωδέσι, ὅτ' ἐν ὑγροῖς, ὅτ' ἐν ξηροῖς ἐδέν.* (*quamobrem ignis nullum animal generat, neque constitui quicquam lensis, vel humidis, vel siccis* (verterem ego) *ex ignitis, neque n humidis, neque in siccis videtur*) ubi cum negat quid ab gne produci, vel ex ignitis corporibus constitui, patet ab gne vim effectricem, & materialem in ortu animalium auerre, non tamen in igne ea progigni posse unquam negare. nec objiciat quispiam ipsum 4. *meteor. cap.* 4. in igne esse animalia etiam negavisse; ibi enim potius materiam, & alimentum animalium respiciebat, quod eorum naturæ sit simillimum oportet, cum ex iisdem animal constet, ac nutriatur 2. *de ortu* 50. ideoque in solo igne ita degere, quod aliquando in terra non quiescerent, ipsum crediderim negasse, cum non igne, at prædicto humore è chalcite prodeunte nutriantur: id vel allatum comprobat Aristoteles testimonium, is siquidem ait, *καὶ ἐν γῇ καὶ ἐν ὕδατι ζῶα μόνον ἐστὶν. ἐν ἀέρι δὲ καὶ πυρὶ οὐκ ἔστιν.* (*& in terra, & in aqua solum animalia sunt. in aëre & igne, non sunt.*) at rationem *ibid.* subdebat, dicens *ὅτι σωμάτων ὕλη ταῦτα* (*quoniam corporum hæc materia*) ubi cum in aëre neget esse animalia, qui tamen assiduo avium volatu verberatur, certe dicendum non ab iis elementis omnino arcere voluisse animalia, sed potius ostendere ibi perpetuo non manere, quia animalis densæ partes, quarum sane materia terra, vel aqua videbantur, gravitatem cum præstarent, in iis tandem opus erat quiescere, & in iisdem alimenta captare, quæ aëris, & ignis tenuitas præstare non valebat, ubi tamen terreæ, ac igneæ animalis partes in terra, & aqua

Neque igne, neque aëre animalia nutriri possunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

poterant nutriri, dum tenuia corpora, cujuſmodi ſunt aër, & ignis, craſſa poſſint permeare, non è converſo. & ſicuti aves in aëre non perpetuo degunt, ſed terram petunt, inde alimenta accipientes (ni forte quis Manuchodiatam objiciat, quam ſemper in aëre degere, pedibuſque ideo carere, ut mortua tantum terræ inſiſtat, plurimi opinantur. pedibus enim, & hoc avium genus præditum Cluſius prodidit, ac incedere, & aquas potare, unde certe fabulæ, quam hiſtoriæ propiora eſſe ea, quæ de illis enarrantur, aſſerendum) eadem pariter ratione de animalculis in igne degentibus diſſerendum, quæ ulterius in igne ſimpliciter progigni non videmus aſſeruiſſe Philoſophum, at in fornacibus Cypri, in quibus chalcites lapis concrematur, & ignis ejus lapidis vaporibus quam maxime permiſcetur: unde & motum, & alimenta deſumant, ideoque & igne deſtitutæ illico pereunt, quia congrua materia carent, qua nutriantur, quam igni miniſtrabat commixtus vapor, & eadem vigent in animalculis, de quibus Empiricus, nec inde ſequitur puro igne, vel aëre nutriri animalia. Quis vero aëra animali nutriendo aptum ne imaginetur ex eo, quod chamæleontem aëre nutriri apud pleroſque auctores legerit, fæminaſque aliquando menſium, imo annorum decurſu abſque cibo vixiſſe audiamus, quo in caſu certe aëra ipſis alimentum præbuiſſe aſſerendum videatur, dum vivens animal nutriri oporteat 3. *de anima* 59. eoque magis, quod mulieres aliquas toto triennio, alias ſeptennio inediam toleraſſe legimus, quæ tamen familiaria opera exercerent, quæ robur exigunt, quod deficiente alimento neceſſario recedit, unde Diomedes apud Homerum dicebat:

Neque perpetuo in his elementis manere poſſunt, quidquid dicatur de Manuchodiata & de quibuſdam aliis.

Singularis quarundam mulierum inedia.

Iliad. γ.

—— τεταρπόμϑοι φίλον ἦτορ
Σίτῳ καὶ οἴνοιο. (τὸ γὰρ μένος ἐστὶ καὶ ἀλκή.)

(*refecti charum cor cibo & potu* (*hoc enim robur eſt, & virtus.*)

ſi has enim ſpectemus mulieres, quarum exempla, & celebriorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

briorum de iisdem medicorum sententias congessit Thuanus, aëre nutritas fuisse non erit asserendum: at potius eas, quia frigidiores, & crassioribus refertæ erant humoribus, plurima abundasse pituita, nedum sexus, at proprii ulterius temperamenti ratione, è qua crudorum humorum copia, & frigiditate spasmum quendam universalem contrahere statuendum, ut ventriculus earumdem omnino stupefactus cibi desiderio prorsus destituatur, imo etiam potus, dum à phlegmate humectetur, sitis enim frigidi, & humidi appetitus definitur, ut fames calidi, & sicci 2. *de an.* 28. vivunt illæ tamen, quamvis cibo destitutæ, quia humoris hujus aliquantulum concoquens natura in locum deperditi substituit, quod modicum cum sit propter imminuti caloris nativi tenuitatem, utique nutrimento sufficiet, ni perpetuo inediam servent, à qua illæ tandem proculdubio perimentur; eo fere pacto, quo ursos, & hujusmodi animalia videmus hyeme terræ penetralia incolere continuo somno oppressa, hæc enim pituita nutriri, quam abunde in æstate congesserunt, certissimum, ideoque longo fruuntur somno præ copia vaporum è tali alimento humido prodeuntium, cum somnus ex τῆς περὶ τροφὴν ἀναθυμιάσεως (*evaporatione circa alimentum*) emanet, quia inde multa humiditas attollatur, quæ communem sensum vinciat *de somno & vig. cap.* 3. & ubi è terræ penetralibus prodeunt, amœni veris delitiis illecta, macie oppressa conspiciuntur: quare non aëre hæc animalia, nec illæ mulieres victitant, dum quidquid in iis fuerit deperditum prædicta ratione è natura substituatur, ut latè docuit summus Philosophus Simon Portius, quæ vero de chamæleonte subdebantur, longe minus nos deterrebunt, dum à veritate abhorrere certissima suadeant experimenta. linguam scilicet, utilem veluti promuscidem chamæleonti tribuit natura semipedalis prope longitudinis, quam jaculi instar evibrat, & tanta quidem velocitate, ut visus aciem

hist. lib. 123.

Quorumdam animalium inedia à quo causatur.

de puella Germanica.

Chamæleontes linguam maximæ magnitudinis habent, & eam celeriter movent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

aciem effugiat, quod officuli cujusdam peragit beneficio utrinque ad extremas fauces infixi, quod cætera teres secundum oris longitudinem implicandæ, explicandæque linguæ deservit, quæ cava intestini instar apparet, in summo tamen quadam prædita caruncula nonnihil viscida, qua prædam corripit, ut Gallicus Mecœnas Peirescius apud Gassendum observavit: hac lingua insecta venatur, & in os attrahit, ut pariter tradiderunt Scaliger, & Bellonius. quare ridiculum foret asserere ipsum aëre nutriri, quem insecta scimus expetere & præcipue vermiculos, quos è farinaceis mactris legi contingat, ut idem Peirescius observavit, qui exactam Chamæleontis recensens anatomen, dispositos in eo eleganter animadvertit dentes, quales & ego observavi in chamæleontis cadavere, quod penes me cum lingua exerta servatur, à Thobia Aldino Medico-Chimico percelebri Sanctissimi Vrbani VIII Botanico, & Emin. Card. Barberini familiari mihi elargitum, qui ulterius se pluries bibentem vidisse chamæleontem, quo vivo potiebatur, aperte testatur. illi vero dentes ipsi certe natura non foret elargita, nisi cibo conterendo destinasset: sicuti nec ventriculum tribuisset, nec intestinum, quod illi unicum assignatum fuit non circumvolutionibus, at curvaturis tantummodo productum, imo etiam excremento non omnino destitutum idem Peiresk. acutissime animadvertit. At nil mirum hæc à plerisque licet vana, de chamæleonte proferri, quod congruum arbitror fabularum esse subjectum, dum pleraque quæ de ipso leguntur vana comperiam, quod tamen animal non est adeo rarum, quin abunde ipsum natura non exhibeat, dum Bellonius sepes Cairi hortos ambientes iis doceat refertas, in quibus inter dumeta versantur, ut viperarum insidias evitent, à quibus sævissime devorantur. legimus siquidem colores rerum objectarum ipsum induere, unde dicebat Ovidius:

In ejus vita lib. 5.

De subtil. exerc. 196. nu. 4. Observ. l. 2. c. 34.

Chamæleontes bibunt.

Habent dentes, ventriculum, & intestina.

Pleraque falsa de ipso leguntur.

d. c. 34. ubi copia ipsorum.

met. am. 15.

Id

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Id quoque, quod ventis animal nutritur, & aura,
Protinus assimulat, tangit quoscunque colores.

quod non omnino verum monuit Scaliger, & penitus falsum expertus est Peiresk, qui chamæleontes, seu virides sint, seu cinerei, atrorem quendam tantum subire, qua parte ad Solem, vel ad ignem obvertuntur, ac nil præterea conspexit immutari, ut Gassendus disertissime prodidit. apud Plinium videmus ulterius Crocodilo Ægyptio Niliaco magnitudine parem dici, cum tamen vix chamæleon cubitalis appareat, non tamen omnino damnandus mendacii Plinius, hic enim ex Democrito cuncta, quæ de chamæleonte protulit, fatetur se hausisse, & erroris inde haud dubia prodiit occasio. dum Ionica dialecto scripserit Democritus, qua Lacerta voce χροκοδίλῳ exprimeretur, ut acute observavit Vlysses Aldrovandus, & Cl. Salmasius : lacertæque figuram & fere magnitudinem chamæleonti tributam videmus, ut pariter tradidit Aristoteles 12. *de hist. an. cap.* 11. ubi animal hoc elegantissime describebat. nec omnino similes renuunt excusationes reliqua, quæ de chamæleonte falso tradita contemplabamur; aliquibus enim mensibus ipsum inediam toleravisse observavit Peiresk : unde forsitan ipsum aëre nutriri quispiam putavit. & aliqui chamæleontem colores immutare dum legerent, animali id fortasse tribuerunt, quod herbæ cuidam fuerat adscriptum : dum herbam, quæ chamæleon dicitur, cum terra, in qua progignitur, colores immutare doceat Plinius, ut scilicet alibi viridis, alibi cyanea, alicubi crocea, aliisve prædita appareat coloribus, hac è terra, in qua oritur, sibi collata varietate, &c.

prædicto loco. Falsum est colorem mutare.

d. lib. 5. Nat. hist. l. 28. c. 8. Dicitur æquare crocodilum magnitudine.

Quid χροκοδίλῳ apud Ionas: *De quadrup. digit. ovip. lib. 1. cap. 9. Plin. exerc. in Solin. p. 873.* Inediam tolerat.

Herba chamæleon. *hist. nat. l. 22. c. 18.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Text. 10. Inter elementa, quænam extremi & medii habeant rationem.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ καὶ ἡ γῆ ἄκρα, τὸ δὲ ὕδωρ καὶ ὁ ἀὴρ μεσότητες. μικτὼ. 1. γὰρ ἔχουσι. 2. τὴν σωματοποιΐαν. ὅτε δὲ ἓν. 3. τῶν ἄκρων οἷόντε εἶναι. 4. δεῖ δὲ τὸ ἐναντίον εἶναι ὅτε δύο. δεῖ. 5. γὰρ τὸ μεταξὺ εἶναι. ἀνῄρηται γὰρ τὴν ἀκρότητα ἡ μεσότης.

1. l. μικτά. 2. deest in V. 3. N. & alii legunt εἶναι im. ex V. vide comment. 4. Deest usque ad δεῖ in V. 5. γὰρ deest in V.

IGnis igitur, & terra extrema: aqua vero, & aër media, mixtam enim habent corporis structuram. neque vero unum extremorum possibile est, oportet enim contrarium esse, neque vero duo; oportet enim medium esse, contrapositæ enim extremis media.

PARAPHRASIS.

IGnis præterea, & terra sunt extrema, aqua vero, & aër medii habent rationem, quodammodo enim sunt mixta. unum siquidem tantum esse extremum impossibile est, nam oportet & illius oppositum adesse: neque duo opposita sunt satis, nam quid inter ea medium intercedat opus est, eo quia medium, & extrema opponuntur.

COMMENTARIVS.

IGnem, ac terram in præcedentibus extrema quædam, & excessus, erudite nuncupavit, nunc illud idem etiam longe exactius considerans, docet quænam elementa medii gerant rationem, inferens tam hæc, quam extrema esse necessaria, si recte libeat philosophari, ignem igitur, & terram monet

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

monet esse extrema, aërem vero, & aquam media potius esse elementa: quod licet illico veritati consonum appareat, si illum spectemus situm, quo in universo collocantur; non tamen ideo ab auctore censeo prolatum, quia nil rei cum situ mixta elementi conditio sortitur, è qua mox allatæ positionis ratio eruitur, nec ratione primarum qualitatum id statutum ab Ocello possumus asserere, eo quia (ut infra dicetur) ignis, & aqua in siccitate conveniunt, ac ideo harum intuitu extremorum vices non assument. quare opinor Auctorem hic, non secus quam in præcedentibus ista proferre, eas in elementis qualitates considerantem, quas iisdem *t.* 8. attribuerat, quarum ratione ignem, & terram extrema corpora esse *in præc.* docuimus, aqua vero, & aër mediam quandam sortientur rationem. & jure dicuntur *mixtam* habere *corporis structuram*, quia raritatem, gravitatem, levitatem, & pleraſque alias qualitates ignis, & terræ videntur admiscere, quod in motricibus qualitatibus à Philosopho observatum 4. *cæli* 19. 30. 34. *& seqq.* etiam in tangibilibus apparet, ideoque media elementa ab Ocello hic nuncupantur, quod pariter præstitit Aristoteles 2. *de ortu* 22. dicens, ἄκρα μὲν καὶ εἰλικρινέστατα, πῦρ καὶ γῆ. μέσα δὲ καὶ μεμιγμένα μᾶλλον ὕδωρ καὶ ἀήρ. (*extrema quidem & syncera ignis, & terra: media autem, & mixta magis aqua, & aër*) & hucusque facillimus in textus expositione progressus. in sequentibus vero verbis, si tamen vulgata lectio servetur, scilicet, ὅτι δ' οὐκ τῶν ἄκρων (*neque vero ex extremis*) me sensum auctoris ignorare ingenue fateor: quidnam est enim id, quod ex extremis negat esse? media nonne contemplatur corpora? & hæc, ex quo media, extremorum mixtionem præseferunt, hoc enim potissimum complecti videtur natura medii *phys.* 5. *t.* 6. & licet unumquodque fiat ex contrario, ex medio pariter potest prodire *phys. p.* 43. quare satius crediderim adhærere M. S. codici Vatic. V. C. Lollini, in quo non ἐκ (*ex*) sed ἓν (*unum*) legitur,

Aqua, & aër cur elementa media.

Admiscent qualitates elementares.

Natura medii.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Textus emendatur.

quam lectionem germanam esse suadet modus loquendi subsequens: ἔτι δύο (*neque verò duo*) qui optime respondet: suadent pariter facilitas lapsus in scribendo, & facilis inde proveniens textus expositio, vera sententia, & ad verbum fere doctrina Aristotelis, quam observo ad hoc idem probandum ipsum adhibuisse, & tunc dicendum censeo, Ocellum, posteaquam quattuor esse elementa asseruisset, ac duo extrema esse docuisset, alia duo collocare media inter ipsa, ex eo quod natura eorum ex iis extremis quodammodo mixta videatur: ut enim viridis color medius dicitur inter album, & nigrum, eo quod ita ex utroque videtur commixtus, quod huic comparatus albi, illi vero, nigri induat rationem 5. *phys. d. t.* 6. aër, & aqua similiter, si ad terram referantur, tenuitatem, & levitatem; si vero ad ignem, crassitiem, & gravitatem videntur præseferre, ac postea jure edocturum, præter duo extrema jam *præc. textu* sancita, hæc alia duo media, naturam præterea collocasse, ita differere. Extremum nequit esse unum, eo quia extremi conditio exigit, ut sit contrarium, contraria vero non sunt unum, ut dicebat Philosophus 1. *phys.* 50. monens principia non esse unum, quia jam statuerat contraria. nec etiam sat erunt duo extrema, ex quo enim sunt extrema, medium necessario videntur expetere; quia medium, & extrema quadam ratione opponuntur, ut his positis illud videatur etiam statuendum, quare jure præter dicta extrema aquam possumus, & aërem veluti quasdam medietates inter elementa collocare. Id totum exactius habemus penes Aristotelem 2. *cæli* 18. ubi ex motu perenni circulari cæli, cum intulisset terram in medio universi locatam, quod abunde *ibid.* probavit 96. *& seqq.* dicebat: ἀλλὰ μὴν εἰ γῆν, ἀνάγκη καὶ πῦρ εἶναι. τῶν γὰρ ἐναντίων εἰ θάτερον φύσει, ἀνάγκη καὶ θάτερον εἶναι φύσει. *At vero si terram, necesse est & ignem esse, contrariorum enim si alterum natura est, necesse est & alterum esse natura.* indeque *t.* 19. (quod sensum Ocelli ad vivum exprimit)

Principium non est unum.

primit) ſubdebat: ἀλλὰ μὴν εἰ πέρ ἐστι πῦρ καὶ γῆ, ἀνάγκη καὶ τὰ μεταξὺ αὐτῶν εἶναι σώματα: ἐναντίωσιν γὰρ ἔχει ἕκαστον τῶν στοιχείων πρὸς ἕκαστα. (*at vero ſi eſt ignis & terra, neceſſe eſt & ea, quæ intra ipſam ſunt eſſe corpora: contrarietatem enim habet unumquodque elementorum ad unumquodque*) hoc eſt, ſi terra eſt, quia contraria igni, igitur & ignis datur, quia unum contrariorum in natura alterum infert, ut *ibi* probatur à Philoſopho. ſi vero ſunt hæc duo contraria, jam & ea, quæ inter hæc ſunt media, adeſſe oportebit, quia ſi unum contrariorum actu ſit, alterum opus eſt adeſſe, & ideo cum ignis, & terra actu ſint, & media elementa neceſſe erit actu in univerſo collocare. cur vero non unum tantum, at duo elementa media conſtituantur congruæ numeri elementorum rationes ſuperius *t.* 5. adductæ, & apud Platonicos, & apud Peripateticos videntur ſatis indicare. allatam vero à nobis expoſitionem conſonam textui, ejuſdem verba apertiſſime demonſtrant: hanc enim unicam aſſignat rationem cur elementa non ſint duo, quod media extremis opponantur, ac ſi diceret, contrariorum uno in rerum natura conſtituto, alterum poni neceſſe eſt, quare cum duo extrema elementa duobus mediis opponantur, terra ſcilicet aëri, & ignis aquæ, ut qualitates eorum percurrenti apparebit, non ſat eſt illa extrema accipere, at ulterius media hæc ſuperaddenda. hanc imo veluti neceſſariam expoſitionem dictant qualitates *in ſeq. textu*, elemento unicuique attributæ, per quas prædicta eluceſcit contrarietas, quas illico cum ſubdat, hic tradita quodammodo videtur confirmare voluiſſe.

Præter ignem, & terram neceſſe eſt elementa media ponere.

Communes, & propriæ uniuſcujuſque elementi qualitates recenſentur. Text. 11.

Τὸ μὲν οὖν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρὸν, ὁ δ' ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρὸς,

Ignis ſane calidus, & ſiccus, aër vero calidus, & humidus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ὑγρὸς, τὸ δὲ ὕδωρ ὑγρὸν καὶ ψυχρὸν, ἡ δὲ γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρά· ἀέρι μὲν οὖν καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ θερμὸν. ὕδατι δὲ καὶ γῇ κοινὸν τὸ ψυχρόν. γῇ δὲ 1. καὶ πυρὶ κοινὸν τὸ ξηρόν. ὕδατι δὲ καὶ ἀέρι κοινὸν τὸ ὑγρόν. ἴδια δὲ ἑκάστῳ, πυρὸς μὲν τὸ θερμὸν, γῆς δὲ τὸ ξηρὸν, ἀέρος δὲ τὸ ὑγρὸν, ὕδατος δὲ τὸ ψυχρόν. κατὰ μὲν οὖν τὰ κοινὰ διαμένουσιν αἱ οὐσίαι αὐτῶν, κατὰ δὲ τὰ ἴδια μεταβάλλουσιν, ὅτε τὸ ἐναντίον τῷ ἐναντίῳ καταπραθῇ.

1. in VV. & B. deest usque ad ἴδια.

dus, aqua humida, & frigida, terra frigida, & ſicca. aëri igitur, & igni commune calidum, aquæ, & terræ commune frigidum, terræ, & igni commune ſiccum, aquæ & aëri commune humidum. propria vero uniuſcujuſque; ignis quidem calidum, terræ vero ſiccum, aëris humidum, aquæ frigidum; ergo ſecundum communia permanent ſubſtantiæ ipſorum, at ſecundum contraria mutantur, quando contrarium ſuperabit contrarium.

PARAPHRASIS.

ATque ignis calidus eſt, & ſiccus, aër calidus, & humidus, & aqua humida, & frigida, terra frigida, & ſicca: ideoque aëri, & igni communis erit calor, aquæ, & terræ frigiditas, terræ, & igni ſiccitas, ac aquæ tandem, & aëri humiditas. ita tamen ut ignis calorem, terra ſiccitatem, aër humorem, & aqua frigus veluti ſibi proprium vindicent. & ita ſe habebunt eorum ſubſtantiæ, quod communia in iis permaneant, ſuccedat tamen quo ad propria in ipſis mutatio, ubi contrarium à ſuo oppoſito ſuperetur.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

ELementorum *in præc.* exacte diſſidia Ocellus expreſſit, acres inter ea oſtentans vigere contrarietates : nunc eas qualitates illis aſſignat, quarum vi veram primo exerceant contrarietatem, primas ſcilicet æqua diviſione unicuique attribuens elemento, inde colligens, in quanam qualitate eorum unumquodque cum altero conveniat, ac diſcrepet. ac inde quaſi id provido naturæ decreto præſtitum fuiſſe ſuaſurus, dogma quoddam de eorum mutua immutatione ſtatuit, cujus certe primæva eſt origo illa contrarietas, quam mutuo exercent 2. *de gen.* 24. Dimiſſis igitur iis, quæ in textus limine traduntur, quæ ſatis aperte ejuſdem verba indicant, ut in iis, quæ ſequuntur, quid vere ſenſerit Auctor, liceat conjicere, obſervandum id tantum nos ibi moneri, quod elementa invicem immutantur, quatenus unum agendo in aliud ſibi contrarium, ipſum ſuperat, & in propriam quodammodo convertit naturam, & tunc è duabus illis qualitatibus mox unicuique elemento attributis, ea, in qua conveniunt, elementum quod interit, & in quod immutatur, permanet ſive eadem ſpecie revera, ſive eadem numero, ut philoſophantium turba acribus digladiatur diſſidiis, quos 2. *de ortu* 25. licet conſulere. ea vero per quam elementum quod interit, ab alio differebat (quæ ideo illi dicitur propria) recedit. Singula quæ hic traduntur uſque ad *t.* 16. imitatus eſt Ariſtoteles, fuſius tamen, & perfectius digeſſit, ut hic etiam V. Cl. Nogarola obſervavit, qualitates ſcilicet eaſdem unicuique elemento adeſſe monet Ariſtoteles 2. *de gen.* 16. eam quam veluti propriam unicuique elemento hic adſcribit auctor, eidem pariter doctiori licet conſideratione aſſignavit Ariſtoteles *ibid.* 23. non enim dixit igni v. g. propriam eſſe caliditatem, aër enim & hujus eſt particeps, ſed docuit ignem magis

Mens Auctoris.

Elementa tranſmutant invicem manentibus ſymbolis qualitatibus, & propriis recedentibus.

Hæc eadem tradidit Ariſtoteles.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

magis calorem ſibi vindicare, quam ſiccitatem, & ſic de aliis. & id tandem, quod in mutatione elementi permaneat ſimilis qualitas, & altera recedat, pariter *ibid.* 25. profitebatur, facillimum hoc dicens mutuæ primorum corporum immutationis genus, Διὰ τὸ σύμβολον ὑπάρχειν τῆς ἑφεξῆς, (*quia cognatio exiſtit in iis quæ conſequenter*) è quo ſane oritur, ut unica ſaltem tantummodo ſit pugna peragenda, longeque ideo facilior victoria, dum unico hoſte fuſo queat prodire. hoc unicum attento animo opus eſt obſervare, è quo inanes ut plurimum recentiorum philoſophorum quæſtiones conſueverunt prodire, quarum & in hac & in ceteris frequentia eorum dignitatem apud gentes, nec omnino injuria abrogaſſe videtur, dum ideo horologiis nunquam inter ſe concordibus Philoſophi apud Senecam comparentur, dicentem *facilius inter Philoſophos, quam inter horologia conveniet.* quod calor v. g. ignis dicitur hic proprius non cætera elementa reſpiciendo, at facultatem alteram, qua potitur: ideoque Ariſtoteles ipſum magis calidum eſſe, quam ſiccum *d. t.* 16. proferebat, è quo duas ut omnino inanes & hic, & apud Peripateticos excludi contingit dubitationes, an ſcilicet re vera in ſummo utraque qualitas unicuique elemento tributa fuerit, & an vere ut ignem aëre calidiorem, ita hunc aqua humidiorem doceat philoſophia, cum tamen hæc magis abunde humorem, quam aër concepiſſe videatur; dum enim hic unicuique elemento una tantum qualitas veluti propria ab Ocello, & eidem fortiori ratione, quam altera, ab Ariſtotele adſcribatur, inane profecto erit inquirere, an unamquamque elemento cuique qualitatem in ſummo crediderint aſſignatam; inutile pariter erit iis torqueri difficultatibus, quas contentionibus potius fovendis, quam veritati ſtatuendæ intenti quamplurimi geſtiunt congeſſiſſe, quibus ſiccitatem longe perfectiorem ab igne, quam à terra; & humorem validius ab aqua, quam ab aëre, ſicque in cæteris affirment contractum.

Philoſophi horologiis interdum ſimiles. *in Claud. Cæſ.*

Inane eſt Peripateticorum quærere an utraque qualitas elementis conveniat in ſummo.

Omnino inutile eſt quærere an ignis terram ſiccitate, & aqua aërem humiditate ſuperent.

quid-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quidquid enim de his lubeat ſentire, hujuſmodi certe patet nec Ocellum, nec Ariſtotelem torquere potuiſſe, hic elementa non comparantes invicem, qualitatum ratione, at eas tantum, quas unicuique attribuunt elemento, qualitates ingenioſe invicem conferentes.

Elementorum mutationes, ac mutuæ generationes recenſentur. Text. 12.

Τὸ μὲν οὖν ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ἐν τῷ πυρὶ ξηρῷ, τὸ δὲ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν τῷ ἐν τῷ ἀέρι θερμῷ, τὸ δὲ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν τῷ ἐν ὕδατι ὑγρῷ· καὶ ἀνάπαλιν τὸ μὲν ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν τῷ ἐν τῇ γῇ ξηρῷ, τὸ δὲ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸν τῷ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρῷ, τὸ δὲ ἐν τῷ πυρὶ ξηρὸν τῷ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρῷ· καὶ ἕτως αἱ μεταβολαὶ γίνονται, καὶ γενέσεις εἰς ἄλληλα ἐξ ἀλλήλων. τὸ δὲ ὑποκείμενον σῶμα, καὶ τὸ δεχόμενον πὰς μεταβολάς, τὸ πανδεχὲς, καὶ τὸ δυνάμει πρῶτον πρὸς τὴν ἁφήν.

IGitur aëris humidum ignis ſiccitatem, aquæ frigidum aëris caliditatem, terræ ſiccum aëris humiditatem interimit; ac rurſum aquæ humidum terræ ſiccitatem, & aëris calidum aquæ frigiditatem, ignis ſiccum aëris humiditatem deſtruit, & ſic mutationes fiunt, & mutuæ generationes, ſubjectum vero corpus, ac ſuſcipiens mutationes, omnia ſuſcipit, & potentia primum ad tactum.

PARAPHRASIS.

AEris quidem humiditas aliquando ignis ſiccitatem ſuperat, aquæ frigiditas ſimiliter aëris caliditatem, ac terræ ſiccitas aëris humiditatem: & viciſſim aquæ humiditas terræ ſiccitatem ſuperat, aëris calor aquæ frigiditatem, ignis ſiccitas aëris humiditatem: & hoc pacto fiunt mu-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tationes, & ex iisdem mutuæ generationes, subjectum vero corpus, in quo fiunt mutationes, omnia suscipit, & est potestate primum tactile.

COMMENTARIVS.

MVtuæ elementorum mutationis, cum in præcedentis textus calce, meminerit Ocellus, quibusnam potissimum rationibus illa succedat, in hoc & seq. textu testatur: & quoniam ibi elementa, dum immutantur, quo ad communia permanere, & in dissimili qualitate dixerat immutari; veritatem illam in unoquoque declaraturus elemento, docet, quod aër aliquando agens in ignem, ejus destruit siccitatem, parique ratione aquæ frigiditas aëris expugnat caliditatem, ac tunc ignis in aëra, & aër in aquam immutatur; sicuti terra in aquam convertitur, si aquæ humiditas à terrena siccitate opprimatur, & ita superius elementum immutatur in inferius. & è converso inferius superioris naturam quandoque assumit; cum scilicet in eo existentem qualitatem superius perdit elementum, ut in textu relata exempla ostendunt, nam inde mutuæ elementorum succedunt mutationes, quarum etiam 2. *de ortu* 24. meminit Aristoteles, ac eleganter M. Antonius dicens, ὅτι γῆς θάνατος ὕδωρ γένεσις, καὶ ἀέρος πῦρ, καὶ ἔμπαλιν. (*terræ mortem esse aquam, aquæ aërem, aëris ignem, idque vicissim.*) Et hic animadvertendum, quam prudenter Auctor victoriam, ideoque actionem, & passionem, è quibus illa oritur, in elementares qualitates, non vero in elementa rejecerit, quæ substantias *hic t.* 5. dixit: quia scilicet substantiæ pugnant ratione qualitatum, ideoque ab illis contrarietatem excludebat Aristoteles *in præd. c. de subst.* Si tamen earum propria natura spectaretur. & hac ratione mutationes succedunt, ac mutui ortus, & interitus; ita tamen, ut iis semper subjectum adsit, in eoque tales

Mutua elementorum immutatio.

de vita sua lib. 4.

Substantiæ nil contrarium.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

les exerceantur mutationes, quod omnia ſuſcipiat, ac primo ad tactum potentiam præſeferat ratione dictarum contrarietatum, quæ ſunt primæ qualitates tangibiles, ut ſuperius obſervavimus. facilis autem hæc mutatio, quæ inter elementa viget aſſidue, hic aperte ab Ocello conſtituta Platonem non latuit: eleganti quinimo occaſionem dogmati videtur præbuiſſe, quo ſtatuatur, & in iis corporibus, quæ nos elementa nuncupamus, unumquodque elementum latere; quod pariter obſervavere, qui noſtra elementa jure impura cenſuere, indeque igneum quid potius eſſe crediderunt id, quod (ut verbis Ariſtotelis *met.* 1. *ſum.* 1. *c.* 4. utar) *Διὰ συνήθειαν καλοῦμεν πῦρ, οὐκ ἔστι δὲ πῦρ.* (*propter conſuetudinem vocamus ignem, non eſt autem ignis*) idemque de cæteris elementis proferendum, ut Plato in Timæo eruditiſſime monebat.

In unoquoque elemento cætera latere. Elementa ſunt impura.

Prædictæ mutationes fuſius explicantur. Text. 13.

Γίνονται δὲ αἱ μεταβολαὶ, ἤ τι ἐκ γῆς εἰς πῦρ, ἢ ἐκ πυρὸς εἰς ἀέρα, καὶ ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ, καὶ ἐξ ὕδατος εἰς γῆν, καὶ 1. τρίτον ὅταν. 2. τὸ ἓν ἑκάστῳ ἐναντίον φθαρῇ, καὶ καταληφθῇ τὸ συγγενὲς καὶ τὸ σύμφυλον. ἡ μὲν οὖν γένεσις ἀποτελεῖται, ὅταν. 2. μία ἐναντιότης φθαρῇ. ἐπεὶ γὰρ. 3. τὸ μὲν πῦρ θερμὸν καὶ ξηρόν ὁ δὲ ἀὴρ θερμὸς καὶ ὑγρός, κοινὸν ἀμφοτέροις αὐτοῖς τὸ θερμὸν, ἴδιον δὲ πυρὶ τὸ ξηρὸν, ἀέρι δὲ τὸ ὑγρόν. ὅτε οὖν τὸ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρὸν ὑπερατήσῃ τὸ ἐν τῷ πυρὶ ξηρῷ, μεταβάλλει τὸ πῦρ εἰς ἀέρα. πάλιν ἐπεὶ τὸ μὲν ὕδωρ ὑγρὸν

FIunt vero mutationes vel ex terra in ignem, vel ex igne in aërem, & ex aëre in aquam, & ex aqua in terram, & tertio quando in unoquoque contrarium corrumpatur, & relinquatur, quod eſt ejuſdem generis, & conditionis. generatio igitur completur, cum una contrarietas corrumpitur, quoniam enim ignis calidus, & ſiccus, aër vero calidus, & humidus, commune utriſque calidum, proprium vero igni ſiccum, & aëri humidum, igitur cum aëris humidum ſuperabit ignis ſiccum,

1. al. l. τρίτον. 2. vv. ὅτε. 3. in vv. deeſt. γάρ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

γρὸν καὶ ψυχρὸν, ὁ ὴ ἀὴρ ὑγρὸς καὶ θερμὸς, κοινὸν ἀμφοτέρων. 4. ἀυτῶν τὸ ὑγρὸν, ἴδιον ὴ τὸ μὲν ὕδατος τὸ ψυχρὸν, τὸ ὴ ἀέρος, τὸ θερμόν. ὅτε ὃν τὸ ἐν ὕδατι ψυχρὸν ὑπερατήσῃ τὸ ἐν τῷ ἀέρι θερμὸ, γίνεται ἐξ ἀέρος εἰς ὕδωρ μεταβολή. πάλιν ἡ μὲν γῆ ψυχρὰ καὶ ξηρὰ, τὸ ὴ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, κοινὸν ἀμφοτέρων αὐτῶν τὸ ψυχρὸν, ἴδιον ὴ τ μὲν. 5. γῆς τὸ ξηρὸν, ὕδατος ὴ τὸ ὑγρόν. ὅτε ὃν τὸ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν ὑπερατήσῃ τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸ, γίνεται ἐξ ὕδατος εἰς γῆν μεταβολή.

4. N. ἀμφοτέροις im. ex v, & L.

5. N. non habet ὧν ad ex VV. & B.

cum, ignis immutatur in aëra, & rursus, quia aqua humida, & frigida, aër vero humidus, & calidus, commune utrisque ipsorum humidum, proprium vero aquæ frigidum, & aëris calidum, quando igitur aquæ frigidum superabit aëris calidum, ex aëre in aquam fit mutatio, & rursus terra sicca, & frigida, aqua vero frigida, & humida, utrisque eorum commune frigidum, proprium vero terræ siccum, & aquæ humidum, quando igitur terræ siccum aquæ humidum superabit, ex aqua in terram fiet immutatio.

PARAPHRASIS.

ELementorum vero mutationes contingunt, cum vel terra in ignem, vel hic in aëra, vel aër in aquam, vel hæc tandem in terram immutatur, & tertio quando in utroque elemento contraria qualitas interit, ea, quæ similis est, permanente. ortus igitur perficitur, cum qualitatum oppositarum una perit: quia enim ignis calidus est, ac siccus, aër vero calidus, & humidus, ideoque calor utrisque sit communis, siccitas vero igni, & humor aëri propria veluti qualitas conveniant. si aëris humor ignis siccitatem opprimat,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mat, ignis illico in aëra immutabitur. ac rursus quia aqua humida est, & frigida, aër vero humidus, & calidus, in humore quidem conveniant; at aqua frigus, aër vero calorem veluti propriam qualitatem sibi vindicabunt. ideoque si frigus, quo prædita est aqua, calorem superet, qui aëri inest, ex aëre utique prodibit aqua. sic etiam terræ siccitas, & frigiditas, aquæ vero frigiditas, & humor insunt, illa quidem utrisque communis, hęc vero aquæ propria non secus quam siccitas terræ, hæc igitur si inhærentem aquæ humiditatem opprimat, jam aqua in terram immutabitur.

COMMENTARIVS.

DVas mutationes, quæ in elementis contingunt, in præcedenti textu recensuit Auctor, eam scilicet, qua superius elementum inferioris naturam assumebat, & eam è converso, qua ab inferiori ad superius circulo quodam occurrebat regressus: tertium addere nunc videtur mutationis genus, ac inde prædictarum primam declarare, & simul exemplis illustrare. Elementares igitur mutationes monet inferre vel ex terra in ignem ascensum, vel ex hoc in aëra, cæteraque corpora simplicia descensum. & tertio cum in unoquoque elemento contrarium intereat, simulque remaneat id, quod est ejusdem generis, & naturæ. Quid per hunc tertium modum exprimat auctor, nec etiam profunda meditatione potui adinvenire (meam fateor imbecillitatem, & inscitiam) in prioribus enim duobus modis id etiam observatur, quod contrarium corrumpatur, & similis qualitas permaneat, non secus quam in hac tertia mutationis ratione contingere suadeat;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quare nil novi tertius hic modus complecti videbitur. nec etiam cum eo illa consentit immutatio, quam *seq. textu* κατ' ἀλλαγὴν dicet, cum eâ tantum inter illa vigeat elementa, quibus nulla qualitas est communis. nec etiam illi potest adaptari immutatio, de qua *t.* 15. ibi enim supponitur in altero elementorum interire etiam qualitatem communem. non tandem illi, de qua *t.* 16. quia inde nil oritur, & eas rationes hic proponit auctor, quibus mutatio progignatur, contrariis in unoquoque elemento pereuntibus, cujus contrarium in verbis illius textus proponitur, licet Nogarola per tertium genus mutationis eam videatur assumere: quare cum alius hic non recensetur elementaris mutationis modus, quid opinatus fuerit Ocellus ignoro, nec si illa lectio servetur, possum conjicere. at si eam, quam in aliis codicibus observavit Comelinus assumamus, in qua non τρίτον sed τῶτο legitur, omnia erunt consona: tunc enim dicemus Ocellum, quia in textus limine docuit elementa immutari, dum viget transitus vel ex terra in ignem, vel è converso ex hoc in aërem, &c. nunc addere rationem, qua id contingat, & dicere τῶτο (*hoc*) nempe id, modo prædictum mutationis genus tunc contingere, quandocunque in unoquoque elemento, quod immutetur, qualitas contraria pereat, & quæ similis est, conservetur: puta, si ignis mutetur in aëra, siccitas ignis, quæ aëris humiditati opponitur, interibit, & illius caliditas, quia similis illi, qua præditus est aër, servabitur eo pacto, quo docebat Aristoteles 2. *de ortu* 25. Nec aliquis objiciat hoc idem traditum ab Ocello *præc. textu*, id enim falsum arbitror, cum observem lento quasi gradu materiam hanc veluti novam, nec ita exacte ad ea usque tempora explicatam, auctorem assignare: ut in *præc. textu*, cum dixerit elementum immutari una qualitate superante, nunc ulterius progredi, ac elementa enumerare, & ea inferre in quibus tradita appareat

in annot. ad t. 15.

Dum symbola elementa ad invicem mutantur, sola qualitas opposita destruitur, & symbolica permanet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

reat immutatio ratione illius dominii, ac inde illud fusius exemplis illustrare; & quia docuit mutationes has, extincta contraria qualitate, & simili conservata, succedere, & hujusmodi mutationum potissima certe sit causa dissimilis qualitas 1. *de ortu* 51. quæ evanuit, congrua sane methodo infert auctor tunc compleri, & perfici mutationem, cum contraria qualitas recessit, quæ in eo, quod dissolvitur, vigebat elemento: idque idcirco in ea declarat mutatione successive, quæ fit descendendo, puta si ignis in aëra sit immutandus, ille calore præditus est, ac siccitate, hic calore, & humiditate, ideoque calor est communis utrisque, igni vero propria veluti qualitas siccitas inerit, & aëri humiditas. si igitur hæc aëris humiditas in ignis siccitatem agat, eamque superet, ignis in aëra convertetur: & pari ratione servata semper proportione aër in aquam, & aqua in terram immutabitur, prout in textu late explicatur, & ab Aristotele *d. t.* 25. *& seqq.* fuse recensetur. quam perennem ipsorum mutationem suavissime Ovidius sic exprimebat:

Met. 15.

——— resolutaque tellus
In liquidas rarescit aquas: tenuatur in auras
Aëraque humor abit: dempto quoque pondere rursus
In superos aër tenuissimus emicat ignes.
Inde retro redeunt, idemque retexitur ordo:
Ignis enim densum spissatus in aëra transit,
Hinc in aquas tellus glomerata cogitur unda,
Nec species sua cuique manet, rerumque novatrix
Ex aliis alias reparat natura figuras, &c.

Novum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Novum elementaris mutationis genus recenſetur.

Ἀπὸ γῆς δὲ ἄνω κῆ τὸ ἐναντίον. ἡ ἢ κατ' ἐναλλαγήν 1. ὅτε ὅλον ἕλῃ κρατήσῃ, κῆ δύο δύναμις τὰς ἐναντίας φθείρουσι, μηδενὸς ὄντ@ αὐτῆς κοινῆ. ἐπεὶ γὰρ τὸ μὲν πῦρ ἐστι θερμὸν κῆ ξηρὸν, τὸ ἢ ὕδωρ ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν, ὅταν τὸ ἐν τῷ ὕδατι ὑγρὸν ὑπερατήσῃ τῆ ἐν τῷ πυρὶ. 2. ξηρῆ, τὸ ἢ ἐν τῷ ὕδατι ψυχρὸν ὑπερατήσει τῆ ἐν τῷ πυρὶ θερμῆ, γένεται ἐκ πυρὸς εἰς ὕδωρ μεταβολή. πάλιν ἐπεὶ. 3. ἡ μὲν γῆ ἐστι ψυχρὸν κῆ ξηρὸν, ὁ ἢ ἀὴρ θερμὸν κῆ ὑγρὸν, ὅταν. 4. τὸ μὲν ἐν τῇ γῇ ψυχρὸν ὑπερατήσῃ τῆ ἐν τῷ ἀέρι θερμῆ, τὸ ἢ ἐν τῇ γῇ ξηρὸν. 5. τῆ ἐν τῷ ἀέρι ὑγρῆ, γένεται ἐξ ἀέρ@ εἰς γῆν μεταβολή. ὅταν ἢ τῆ μὲν ἀέρ@ φθαρῇ τὸ ὑγρὸν, τῆ ἢ πυρὸς τὸ θερμὸν, γεννηθήσε ἢ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν πῦρ. καταλείπετα γὰρ τῆ μὲν ἀέρ@ τὸ θερμὸν, τῆ ἢ πυρὸς τὸ ξηρὸν. τὸ δέ γε πῦρ ἐστι θερμὸν καὶ ξηρόν. ὅταν ἢ τῆς μὲν γῆς φθαρῇ τὸ ψυχρὸν, τῆ ἢ ὕδατ@ τὸ ὑγρὸν, γεννηθήσετα ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν ἡ γῆ. καταλείπε ἢ γὰρ τ μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τῆ ἢ ὕδατ@ τὸ ψυχρόν. ἡ ἢ γῆ ἐστι ψυχρὰ κῆ ξηρά.

1. N. ἀναλλαγῇ im. ex VV. & C.

2. N. non habet usque ad θερμῆ ad ex VV. C. &

3. N. non habet ἐπεὶ ad. ex VV. & B.

4. N. ad ἀὴρ im. ex VV. & B.

5. VV. & B. & al. ad ἐπικρατήσει.

6. V. deest. γὰρ.

A Terra vero ſurſum è contra, at illa quæ per enallagen, quando totum ſuperabit totum, ac duæ potentiæ contrarias corrumpent, nulla illis exiſtente communi. quoniam enim ignis eſt calidus & ſiccus, aqua frigida & humida, quando aquæ humidum ſuperabit ignis ſiccum, & aquæ frigiditas ignis caliditatem, ignis in aquam mutabitur: rurſus quia terra eſt frigida, & ſicca, aër calidus, & humidus, quando quidem terræ frigiditas aëris caliditati dominabitur, & terræ ſiccitas aëris ſuperabit humiditatem, ex aëre in terram erit mutatio. quando autem aëris humiditas intereat, ignis vero caliditas, ex utriſque prodibit ignis, nam permanet aëris calor, & ignis ſiccitas, ignis vero calidus eſt ac ſiccus, cum vero terræ frigiditas corrumpitur, & aquæ humiditas, ex utriſque terra fiet, relinquitur enim terræ ſiccitas, & aquæ frigiditas, terra vero frigida eſt, & ſicca.

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

ET rurſus oppoſita quadam ratione à terra ad ſuperiora elementa fiet tranſitus : is ſcilicet qui per ordinis immutationem ſuccedit. dum totum elementum totum ſuperet,ac ambæ facultates oppoſitas perimant, nulla exiſtente qualitate utrique elemento communi. puta quia ignis calidus eſt,& ſiccus,aqua vero frigida,& humida, ſi ignis calor, & ſiccitas, aquæ qualitatibus cedant, ignis in aquam immutabitur. terra pariter cum ſit frigida, & ſicca, aërque calidus, & humidus, ſi hujus qualitates ſuccumbant ab iis oppreſſæ, quæ terram concomitantur, aëris utique in terram immutatio continget. at ſi ignis, & aër mutuo pugnent, ac illius humor, hujus vero calor interiret, ignis tamen prodiret, ſupereſſet enim ignis ſiccitas, & aëris calor, quibus ambabus ignis præditus eſt qualitatibus,& pari ratione ſi terræ frigiditas, & aquæ humor interirent, ex utriſque terra conſtitueretur, permaneret enim terræ ſiccitas, & aquæ frigiditas, quibus facultatibus terræ elementum potitur.

COMMENTARIVS.

INvicem mutari *t.* 12. docebat elementa, quia unius qualitates ſuccumbebant oppreſſæ ab iis, quibus aliud gaude-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

bat : eas inde mutationes explicavit, ac longa serie declaravit, at quia earum tantummodo meminerat, quæ inter elementa proxima, & communi quapiam qualitate affecta vigebant, puta dum ignis in aërem, aër in aquam, &c. immutatur, nunc eas proponit, quæ inter elementa oppositis omnino prædita qualitatibus assidue contingunt, prius tamen traditam in præcedentibus doctrinam de mutatione elementorum per descensum à supremo ad infimum, ad ascensum etiam extendens. & idcirco observat, quod sicuti per interitum contrariæ qualitatis mutabatur ignis in aëra, &c. sic è converso ex terra in aquam non difficilis contingit transitus, oppositа tamen ratione : ibi enim aëris humor ignis siccitatem opprimebat, igniſque ideo in aëra convertebatur. hic ignis siccitas aëris humorem superat, ideoque aër in ignem immutatur, idemque de cæteris servata tamen proportione statuendum. Verum quia enumeratæ hucusque mutationes ea tantum afficiunt elementa, quæ sibi sunt mutuo ratione loci, & alterius qualitatis cognata ; aliud subdit mutationis genus, quam κατ' ἀναλλαγὴν vocat, Nogarola vertit *per internecionem*, quatenus scilicet mutantur singulæ qualitates elementi. Dicerem potius ab Ocello *ordinis immutationem* innui, ut ea vox videtur præseferre : quatenus scilicet elementaris hujusmodi mutatio erumpit tantum, si elementorum ordo immutatur : cum enim terræ aqua, & huic aër succedat, si transitus è terra contingat in aërem, certe prævertitur ordo exposcens, ut in proximiora semper, & ab extremis primo ad media, & inde ad extrema fiat transitus. cum igitur videamus naturam provide elementa illa sibi invicem voluisse succedere, quæ in una saltem qualitate convenirent, ut meliori fœdere compactum servaretur universum, indeque non violentus, at facilis, ac permanens eorum in universo succederet contactus, ut innuit Aristoteles *phys.* 4. 48. & 49. quod elegantissime Cyrus Theodor. Prodromus

Eadem facilitate immutatur terra in aquam, qua ignis in aërem

Qua ratione symbola elementa juxta se posita sint in universo.

In dial. amicitiæ exulantis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

dromus expreſſit, dum Concordiam ſic exhibuit eruditiſſime differentem:

Ἐγὼ τὸ πᾶν σπήρωμα τᾶς παντὸς βίας
Πλωκῇ ξωεσὸς φύσεων ἐναντίων
Κοινῶς ἐνίζω, κἀν διίσαται φύσει·
Ξηρὸν τὸ πῦρ, ὑγρὸν ἣ χύσις ἀέρος·
Καὶ γειτονᾶσι ταῦτα, κἀμέσον μάχη.
Αλλ' ἐμβαλᾶσα τοῖν δυοῖν ἐναντίοιν
Κοινὸν τὸ θερμὸν τὠμὰ μάχην ἀνατρέπω.
Θερμὸν μὲν ἀὴρ, ἀλλ' ὕδωρ ψυχρὸν φύσει,
Αγχθυρεῖ ἣ κἀμ κατ' ἀλλήλων πνέει.
Αλλ' ὑμέσι τενᾶσα τάδε τοῖς ὑγρότᾳ
Ἄμφω ξωάπτω, κἀμ ποὸς εἰρήνην φέρω.
Υδωρ μὲν ὑγρὸν, ἡ δὲ γῆ τουἀντίον.
Μέση δ' ἐν ἀμφοῖν ἐμπεσᾶσα ψυχρότης
Φίλιον αὐτοῖς ἐμβραβεύει τ' βίον.
Τοιαῦτα τὰ στοιχεῖα τᾶς παντὸς βίας.

(*Quin & elementa corporum vitalia formis licet pugnantibus ſint prædita adſtringo vinclis invicem concordibus. Eſt ſiccus ignis, aëra humor imbuit, utrumque vicinum alteri pugnam ciet: his ego duobus injicio contrariis commune calidum, diſſipans diſcordiam. eſt calidus aër, ſunt aquæ perfrigidæ, & mutua lite premitur vicinia: ſed ego ligamen humidum commiſceo, compeſciturque protinus lis priſtina: aquæ quidem ſunt humidæ, tellus aret: at frigus interponitur jubente me, dulcemque parit in poſterum concordiam. hæc univerſi ſunt elementa primitus*) ſi inter ea elementa, quæ contigua eſſe voluit natura, ſuccedat mutatio, ordo certe ſervabitur, & una qualitas utriſque communis permanebit in tali mutatione, quorum neutrum continget, ſi ordine immutato à terra puta ad aërem fieret tranſitus, vel ab aqua ad ignem, iis, quæ inter hæc jacent, neglectis: ideoque illius in textus limine cum meminiſſet, ad eam digreditur inde, quæ contingit in elementis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

medio quopiam alio ſejunctis, & omnino ratione ambarum qualitatum ſibi invicem contrariis; & ita hujuſmodi mutationem contingere obſervat, ut elementa, quæ immutantur, nulla communi cum gaudeant qualitate, at ambas ſortiantur omnino contrarias, utique totum elementum ſuperabit totum, quo ſcilicet ad omnes qualitates, ut in textu exemplis manifeſtatur. Hujus pariter mutationis elementorum meminit Ariſtoteles *d. t.* 25. 2. *de gen.* quo loci mutuam inter quælibet elementa ſuccedere mutationem ſtatuebat, cum hoc tamen diſcrimine, quod ſimili affecta qualitate longe facilius, ac celerius immutarentur, quam ea, quæ oppoſitis omnino gauderent facultatibus; Quod ſi in utroque elemento unius qualitatis interitus ſuccedat, in uno ſcilicet oppoſita qualitate, in altero vero ſimili pereunte, tunc novus etiam ac poſtremus elementaris mutationis modus emergit, per quem illud conſurgat elementum, in quo ſimilis interiit qualitas, dum hujus munia ſuppleat ea, quæ in altero elemento permanſit qualitas, puta ſi hic adeſſet aër, & ignis, & in illo humiditas, in hoc caliditas deſtrueretur, adhuc inde prodibit ignis, hic enim ſiccitatem adhuc permanentem in igne, & caliditatem adhuc inconcuſſam in aëre aſſumeret, ſicque ignis prodiret, qui duabus iis afficitur qualitatibus, ſimiliſque in cæteris elementis viget proportio, ut abunde in textu declaratur.

In habentibus ſymbolum facilior tranſitus.

Text. 15. Alterum mutationis elementaris genus proponitur, & ſimul excluditur.

1. V. ad ϰϕ.

Ὅταν ἢ τὸ. 1. ἀέρος φθαρῇ τὸ θερμὸν, καὶ τὸ πυρὸς τὸ θερμὸν, γένεσις οὐκ ἔσται. τὰ γὰρ ἐναντία καταλείπει ἐπ' ἀμφοτέρων, τό μὲν ἀέρος τὸ ὑγρὸν, τὸ δὲ

Cvm vero aëris caliditas, & pariter ignis interit, inde non fiet generatio: in utrisque enim remanent contraria, aëris ſcilicet humiditas, & ignis ſicci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

δὲ πυρὸς τὸ ξηρὸν, τὸ δ' ὑγρὸν τῷ ξηρῷ ἐναντίον. καὶ πάλιν ὅταν μὲν τ γῆς. 2. Φθαρῇ τὸ ψυχρὸν. 3. καὶ τῷ ὕδατι τὸ ὅμοιον, ἃ δ' ἔτως ἔσται γένεσις. καταλείπε γὰρ τ μὲν γῆς τὸ ξηρὸν, τῷ δ' ὕδατι τὸ ὑγρὸν, τὸ δ' ξηρὸν, τῷ ὑγρῷ ἐναντίον. καὶ περὶ μὲν γενέσεως τ πρώτων σωμάτων πῶς τε καὶ τίνων ὑποκειμένων γίνε, ἱκανῶς εἴρηται μοι βραχέως.

siccitas, contrarium vero humidum sicco. & rursus quidem quando terræ frigiditas interit, & similiter aquæ, nec sic erit generatio: nam remanet terræ siccitas, & aquæ humiditas, siccum vero humido contrarium. Et de ortu primorum corporum, & qua ratione ex aliquibus subjectis fiat, satis dictum sit quam brevissime.

2. N. γῆς μὲν. im. ex V. & B.
3. N. ὑδατι δὲ ὅμοιον. im. ex VV. & B.

PARAPHRASIS.

AT si aëris, & ignis calor pereat, nullum inde emerget elementum: dum contrariæ tantum in utrisque permaneant qualitates, scilicet aëris humor, & ignis siccitas, quæ invicem opponuntur: eademque viget ratio, si terræ, & aquæ inhærens frigiditas ruat, nullus enim inde succedet ortus, quia terræ siccitas, & aquæ humor adhuc permanentes opponuntur. Et satis ex habitis primorum corporum ortus, & ratio, qua è subjectis aliquibus constituantur, licet quam brevissima contemplatione indicatur.

COMMENTARIVS.

ABunde enumeratis hucusque elementorum mutationibus aliam superaddit, quam quis facile excogitare potuisset, licet inanem, dum ex ea non prodeat elementum;

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ut inde ſcilicet apparet ipſum elementares quaslibet mutationes exacta methodo recenſuiſſe, dum eas etiam, quæ nullius erant momenti, noluit omiſiſſe. & docet, quod ſi aſſumantur duo elementa cognata qualitate prædita, & hæc in utroque pereat, nullum inde conſurget elementum, eo quia illa, quæ in ſingulis permanet qualitas, alteri opponitur, ac nequeant conjungi contraria: cujus veritatis hanc aſſignabat rationem Philoſophus 4. *met.* 26. quod unum contrariorum ſemper alterius negationem claudit, & contradictoria ſimul eidem ineſſe eſt impoſſibile, quidquid opinatus fuerit Protagoras, cujus placitum *ibid.* rejicitur *t.* 19. *& ſeqq.* prædictæ vero mutationis, quæ modo excludebatur exemplum affert Ocellus, ſi tam in aëre, quam in igne interiret caliditas, remaneret tunc hujus ſiccitas, & illius humiditas, quas ſimul jungi certe non contingeret, ideoque nullum inde prodiret elementum, quod pariter Ariſtoteles 2. *de gen.* 29. animadvertebat, qui tamen alium præterea propoſuit elementaris mutationis modum, quem hic (ut pariter obſervavit Nogarola) Ocellus non conſideravit, dum ſcilicet duobus acceptis elementis omnino contrariis in utroque aliqua intereat qualitas, ita ut inde tertium elementum prodeat, puta accepto igne, & aqua, ſi hujus frigiditas, illius vero ſiccitas evaneſceret, tunc remanente hujus humiditate, ac illius calore, aër emanaret, qui eſt calidus, & humidus: & hunc mutationis modum recenſebat Philoſophus 2. *de gen.* 27. Sicque elementorum mutua mutatione indicata, infert ſatis ſe de eorum ortu diſſeruiſſe, addendo ulterius fieri ex ſubjectis, nempe ex materia prima, cujus natura ſuperius fuit abunde explicata. quæ ſingula hic ab Ocello prolata quanti ſint æſtimanda vel ex hoc uno cuilibet licet colligere, quod excelſa Ariſtotelis de iiſdem dogmata inde firmiſſima traxerunt exordia. & licet in his ad unitatem, dualitatem, figuras, & alia hujuſmodi Pythagoræorum more, de quibus late

metaph.

Cur contraria ſimul non jungantur.

Alter apud Ariſtotelem mutationis modus in elementis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

metaph. 1. *ſum.* 2. *cap.* 3. non confugerit Ocellus ſolidæ fundamenta doctrinæ in materia conſtituens, tamen quo ad numerum, ac naturam elementorum à præceptoris placitis non defecit, & ille enim, Laërtio teſte, terram, aquam, aërem, & ignem veluti quædam elementa agnovit, per quæ omnia ſe mutarent, quod inde dogma omnes Philoſophi ſunt amplexi, eos fere tantummodo ſi excipias, qui, & nunc ad indiviſibilia corpuſcula confugiunt, illius aſſeclæ,

In ejus vèta, quænam prima corpora apud Pythagoræos.

——— *qui primus mœnia mundi*
Seminibus ſtruxit minimis, inque illa reſolvit.

quod placitum late recenſet Philoſophus *phyſ.* 1. *t.* 6. & *ſeqq.* & 1. *de ortu t.* 1. & 7. & *alibi.*

Cauſæ effectrices enumerantur.

Text. 16.

Ἐπεὶ ὴ ἀνώλεθρ@ ὁ κόσμ@ καὶ ἀγένητ@. 1. καὶ ὅτε ἀρχὴν γνέσεως εἴληφεν, ὅτε τελευτήσει ποτε λήψεται, δεῖ καὶ τὸ πιθὸν ἐν ἑτέρῳ τιὼ γνέσιν, καὶ τὸ γνωὸν ἐν ἑαυ]ῷ συνυπεῖναι ἀλλήλοις. τὸ μὲν πιθὸν ἐν ἑτέρῳ. 2. τιὼ γνέσιν τὸ ὑπεράνω σελήνης ἐσὶ πᾶν. σύνεγγυς ὴ μᾶλλον ὁ ἥλι@ καὶ ἀφέγε. 3. τὰς προσόδ@ καὶ τὰς ἀφόδ@, μεταβάλλων τ' ἀέρα συνεχῶς πρὸς λόγον ψύχ@. 4. καὶ θερμασίας, ᾧ συμπαθολ@θεῖ καὶ τιὼ γῆ μεταβάλλειν, καὶ πάντα ἐπὶ γῆς.

AT quoniam mundus eſt expers ortus, & interitus, neque principium aſſumpſit, neque finem unquam accipiet, oportet, & faciens in alio generationem, & generans in ſe ipſo mutuo convenire: quod quidem in alio efficit generationem, eſt univerſum; quod ſupra lunam eſt, & magis prope Sol per acceſſus, & receſſus mutans aëra continue juxta rationem frigoris, & caloris, ad quod conſequitur terram mutari, & ea omnia, quæ ſunt in terra.

1. B. poſt ponit ὁ κόσμος.

2. VV. & B. non habent ἐν ἑτέρῳ.

3. VV. & B. non γ' ſed τε.

4. V. & C. ad τε.

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

AT universum ortus, & interitus cum sit expers, principii pariter atque finis, opus erit ut una conveniant id, quod in alio, & id quod in se ipso generat, ut inde universo conferatur æternitas. in altero quidem generat cæleſtis universi portio, & in hac longe vehementiori ratione Sol, qui modo accedens, modo recedens diversos caloris, vel frigoris gradus aëri imprimit, è quibus terram ipsam, & quæcumque in ea locantur, necessario quodam consensu immutari contingat.

COMMENTARIVS.

Nexus cum præcedentibus.

PRimo hujus *cap. textu* duo recensuit caussarum genera, quarum præsidio rerum ortus emergeret, motricem scilicet, & activam causam, ac præterea passivam : in hanc omnes hucusque cum *in hoc cap.* direxerit contemplationes, nunc ad illam regreditur, ut quænam sit talis generationis etiam activa, & effectrix causa inde appareat : id autem ab Ocello præstari æquum erat, dum rerum ortus contemplaretur, cum efficiens causa dicatur, ὅθεν ἡ ἀρχὴ τ̃ς μεταβολ̃ς ἡ πρώτη, (*unde principium mutationis primum*) 2. *phyſ.* 29. & ab ea idcirco rerum ortus pendere videatur : eoque magis, ut præceptori in iis adhæreret, quæ à vero nullo pacto abhorrere videbantur, & effectricem enim causam quampiam, quale est cælum, passivamque aliam ab eo collocata respiciebant principia Stobæo teste. effectricem igitur hanc causam,

Cur effectricem causam contempletur.

Pythagoræorum principia.

egl. phyſ. l. 1. c. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſam, deſumpta occaſione, ex univerſi perennitate, diſtinguit, & inde prius membrum præmiſſæ diviſionis erudite declarat: quæ ſingula præſtiturus auctor obſervat duo principia rei effectiva eſſe conſtituenda, prius quod in alio, alterum quod in ſe ipſo generet, & duo hæc convenire, ut res oriantur, cujus poſitionis ex eo rationem deducit, quod univerſum ortus, & interitus incapax eſſe arbitratur. Duo hîc diligens perquiret lector, quid ſcilicet rei habeat duplex hoc principium cum æternitate univerſi; & præterea quid Auctor re vera per illos terminos *generans in alio, & in ſe ipſo* expreſſerit. Auctoris mentem diverſam non crediderim ab illo placito, quod per philoſophorum ora circumfertur, in unaquaque re progignenda duo efficientia principia exigi, quorum alterum prius ſit, & univerſale, nempe cælum: alterum vero poſterius ſit, & proprium, quod cum ente, quod progignitur quandam exercet ſimilitudinem: illud ideo requiritur, quia omnis motus à primo dependet, ut late *phyſ.* 8. probatur: hoc vero neceſſarium eſt, ut illa univerſalis virtus ex ſe indeterminata, per vim ſecundæ cauſæ coarctetur, ut hunc vel illum effectum determinate producat: quod reſpiciens Ariſtoteles dicebat in omni natura adeſſe aliquid, quod peculiaris materiæ, & aliud quod propriæ effectricis cauſæ munia gereret *3. de an.* 17. & certæ ſpeciei ens ex certo, ac determinato ſemine prodire *2. phyſ.* 45. in quælibet entia ab ente ſibi univoco quodammodo produci, ſive in iis verſaremur, quæ naturæ beneficio, ſive quæ artis induſtria progignerentur *7. met.* 30. & id Ocellum etiam ſentire ex ſeq. latius apparebit. cum igitur hæc duo principia veluti neceſſaria ſtatuantur, ut ortus rerum contingat, cæleſtis concurſus cauſam auctor in univerſi æternitatem rejicit: ac ſi diceret, ſi univerſum eſt æternum, oportebit & generationes eſſe æternas, cum ab his æternitas univerſi conſervetur, ut *ſup. c. p.* dicebatur: quare ad illas neceſſario concurrat cæleſte aliquod

Duplex cauſa efficiens, & quæ.

Cur requiratur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

principium, quod æternitatis particeps hujuſmodi æternitatem, & ipſi tribuat generationi, cujus beneficio excitata inferiora agentia velut illius virtutem contrahentia ortui perennitatem conferant, ut horum ope generatio, & illius præſidio generationis perpetuitas prodeat : ideoque obſervandum, auctorem non deduxiſſe ex univerſi æternitate prædicti utriuſque agentis neceſſitatem, cum illa enim nil rei habet particulare agens, ſed inde potius coitum utriuſque agentis, ac mutuum concurſum eruiſſe : & ſi hæc arrideat expoſitio, eam elegantiſſime munitam peripateticis dogmatibus inveniet unuſquiſque penes Ariſtotelem 2. *de gen.* 55. & 57. neceſſarium vero ſuperioris cauſſæ cum inferiori eſſe concurſum, ut res progignantur idem docuit expreſſe *meteor.* 1. *cap.* 2. vulgatum illud, ac celebre proponens axioma de mundo inferiori, ἔστι ἐξ ἀνάγκης συνεχής πως ἴστω ταῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκείθεν. (*eſt ex neceſſitate continuus quodammodo iſte lationibus ſuperiorum, ut omnis ipſius virtus inde gubernetur.*) ea voce autem *generans in alio* auctor cælum expreſſit, illud enim in ſe non progignit entia, ſed in inferiori parte univerſi, ut ipſe *ſeq. textu* declarat : & voce *generans in ſe ipſo* hæc inferiora agentia accipit, ut ipſe pariter *ſeq. textu* indicat, quo loci ea quæ in ſeipſis generant, genita eſſe docet, ac mutationibus obnoxia. Sed dubitabit forte quiſpiam, qua ratione inferius agens in ſe ipſo generet : mas enim vel eſt ſolum effectivum humani fœtus principium (ſi de inferiori agente ſit ſermo, ac ratione ſeminis conſideretur), vel ſaltem magis præcipuum, & tamen non in ſe generat, ſed in alio, videlicet in fæmina, ut 1. *de gen. an. cap.* 22. ubi expreſſe profitetur Ariſtoteles ſemper ortum ejus, quod progignitur in fæmina ſuccedere, eo quia nec in marem ſemen emittat mas, vel fæmina, ſed ambo id quod ab utroque promanat in fæminam conferant : & licet in aliquibus animalium ſpeciebus

Quid generet in alio, & in ſe ipſo.

Inferius agens omne an generet in ſe ipſo.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ciebus non mas in fæminam, at hęc potius in marem aliquam ſui particulam inſerat 1. *de gen. an. cap.* 18. ſimile tamen in iis etiam contingere *ibid.* obſervatur. Vera quidem ſunt hæc, nihilominus tamen proprium agens in unaquaque ſpecie in ſe ipſo dicitur generare : viventis namque tantummodo cum ſit generare, quia vegetatricis id opus eſt facultatis 2. *de an.* 34. viventia vel in ea locantur ſpecie, in qua nulla ſexus diſtinctio appareat, & hæc in ſe ipſis generant, quales ſunt plantarum pleræque ; in ſe ipſis enim ſemen, florem, ac fructum progignunt, à quibus educitur principium ortus alterius : vel in iis verſamur viventibus, in quibus ſexus diſtinctio viget, & hæc pariter in ſe ipſis procul dubio dicentur generare, dum mas non generet, ut à fæmina ſejunctum, ſed ut illi conjunctum, ideoque cum generatio intra fæminam contingat, & hæc in ſe ipſis generare, licebit utique aſſerere. & hoc aperte ſuadet Ariſtoteles *p. de gen. an. cap. ult.* cum enim *ibid. cap.* 2. docuiſſet principia generationis eſſe marem ac fæminam, facultates has in plantis docebat miſceri, nec marem à fæmina ſejungi, & ideo ex ſe ipſis generare : ac inde idem ſubdebat quodammodo in animalibus evenire, quæ ſexu diſtinguuntur, quia dum junguntur, & generant unum quodammodo fiunt, ſicuti plantæ, ut cum junguntur, & coëunt, unum animal ex ambobus à natura effici videatur : quare ſi animalia generant quatenus mas, & fæmina unum fiunt animal, & hæc in ſe ipſis generare aſſerere oportebit, etiamſi in oviparis verſaremur, dum hæc in ſe ovum producant. & per γωνῶν ἐν ἑαυτῷ intelligi *intra ſe generans* ſatis indicat Ariſtoteles, qui eadem loquendi ratione ad illud idem indicandum utebatur 2. *de gen. an. c.* 1. *& alibi.* Prædictis vero duobus principiis agentibus conſtitutis quænam ipſa ſint, declarat, & in alio generare docet id omne quod ſupra lunam eſt, cælum ſcilicet : ac quia non toti cælo, ſed Soli id munus communiter adſcribi videbatur, animadvertit Solem

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

esse magis proximum inter cælestia agentia, non ratione situs, dum id illi Luna, & alii etiam aliqui planetæ eripiant, sed ratione influxus, & actionis : ideoque subdit propiorem esse per *accessus, & recessus :* quatenus accedens ac recedens, temporum vices, ac rerum ortus, & interitus producit, ut late 2. *de ortu* 57. testabatur Aristoteles ; ideoque illi consuevit adscribi, quod sit rerum parens, juxta vulgatum illud 2. *phys.* 26. ἄνθρωπος ἄνθρωπον γεννᾶ, καὶ ἥλιος. *(homo hominem generat, & Sol)* traditamque veritatem evidenter confirmat, vel potius qua ratione à nobis distans Sol queat agere docet, licet movens ac motum simul esse oporteat 7. *phys.* 10. *& seqq.* animadvertens Solem accessu, & recessu aëra immutare continue, ratione caloris, & frigoris anni tempora dividentem, unde certa telluris ipsius, ac omnium, quæ in ea constituuntur, prodeat immutatio, inde scilicet ut Sanctiss. Vrbanus VIII. canebat :

Sol rerum parens.

In hymno ad Deum.

—— oritur series, & temporis ordo,
Pomifer autumnus, florens ver, torridus æstu
Cancer, & algenti caper additus arbiter horæ
Vsque vices mutant, donec novus appetat annus.

cælum vero, & Sol quonam pacto diverse operentur cum longe profundius inquirat, & determinet Philosophus, ipsum unusquisque 2. *de ortu* 56. *& seqq.* consulat, quo loci hæc uberrime pertractantur.

Text. ult. Zodiaci utilitas, ac mundi partium numerus, conditio, & munus recensentur.

1. ad ex VV. & B.

Ἐυ ᾗ ἔχει καὶ ἡ λόξις τ̃ ζωδίων τ̃ πόλε πρὸς τὴν τ̃ ἡλίε φοράν· αἰτία γὰρ καὶ αὐτὴ τ̃ γενέσεως 1. ἐστὶ. καθόλε δ᾽ ἡ τ̃ παντὸς

Recte autem se habet obliquus animalium cæli ad Solis lationem, est enim ipse causa generationis : universaliter vero

παντὸς διακόσμησις, ὥστε εἶναι ἐν αὐτῇ τὸ μὲν ποιῶν, τὸ δὲ πάσχον. τὸ μὲν δὴ ν. 2. ἐν ἑτέρῳ γινῶν, τὸ ὑπεράνω δὲ σελήνης ἐστι. τὸ δὲ ἐν ἑαυτῷ τὸ ὑποκάτω σελήνης. 3. τό δὲ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, τῷ μὲν ἀεὶ θέοντι θείῳ, τῷ δὲ ἀεὶ μεταβάλλοντι γιγνητῷ, κόσμος. 4. ἄρα ἐστιν.

vero universi partium distributio, unde in eo agens, & patiens adsint. Quod igitur in alio generat, est id quod est supra Lunam, in se ipso vero generat id quod est infra eandem. quod autem ex utrisque earum, scilicet ex divino semper currente, & ex genito semper mutationes subeunte, mundus est.

2. V. & B l. ἀνωτέρω.

3. in V. deest ad ἐστι usque ad τόδε.

4. N. l. κόσμος. im. ex C. & B.

PARAPHRASIS.

ET aptissimus omnino Solis motui Zodiacus, & hic enim rerum ortui valde confert, hoc licet opus omnium maxime foveat universi partium constitutio, è quibus in eo agens, & patiens constituantur, quæ necessario exiguntur, ut res oriantur: ita ut in alio progignat ea Vniversi pars, quæ supra Lunam collocatur, ac in se generet ea, quæ illi subest: ac universum illud, quod ex utraque hac parte, coalescit, nempe ex divina, & semper currente, ac ex illa, quæ perenni mutatione premitur, mundus dicatur.

COMMENTARIVS.

DVplex efficiens principium *in præc. textu* assignavit Auctor, priori idcirco ibi declarato, alterius hic naturam explicat, de illo tamen nonnulla pariter recensens: cumque illud dixerit esse cælum, ac præcipue Solem, observat

Pythagoras Zodiacum obliquum esse docuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

circulum, ſub quo Sol motus ſuos peragit provide obliquum eſſe; Zodiaco enim inter circulos cæleſtes obliquitas attributa, quam primo Pythagoras fertur deprehendiſſe. ideoque apud Ariſtophanem videmus Apollinem λοξίαν dici, quia Apollinis, hoc eſt Solis via ſit λοξὴ (*obliqua*) ut ibi Græcus Scholiaſtes adnotabat. Zodiacum vero vocat Ocellus circulum animalium, quia duodecim partes, in quas dividitur, (cujus originem ſectionis abunde recenſet Macrobius) animantium imagines præſeferunt, de quibus canebat Auſonius:

Stob. egl. phyſ. c de cæli nat. & diviſ. In Pluto ſc. 1. Apollo cur λοξίας. In ſomn. Scip. l. 1. c. 21. in eglogis.

Zodiaci imagines.

Signifer inde ſubeſt, bis ſex, & ſidera complent.
Hic aries, taurus, gemini, cancer, leo, virgo,
Libraque ſcorpius, arcitenens, capricornus, & urnam
Qui tenet, & piſces. ————

jure vero obliquum circulum Soli memorat aſſignatum, quia rerum ortui illius circuli obliqua poſitio plurimum conferat, quod qua potiſſimum ratione contingat, hic Ocellus non docet, exacte vero monuit Ariſtoteles 2. *de ortu* 56. & magis aperte etiam *t. ſequ.* ſubdens, τῆς μὲν οὖν συνεχίας ἡ τοῦ ὅλου φορὰ αἰτία. τοῦ δὲ προσιέναι καὶ ἀπιέναι ἡ ἔγκλισις. (*continuitatis igitur, quæ eſt totius latio, cauſa eſt. accedendi vero, & recedendi inclinatio*) quam doctrinam fuſe *ibi & ſeqq. text.* proſequitur: docens prædictis locis primæ ſphæræ motum raptu ſuo alios orbes impellentem entium ortum, & interitum non producere, quia maxime unus eſt, at potius id præſtare Solis ſub Zodiaco motum, qui ut continuus perennitatem iis conferret, inclinatio vero, & circa Zodiacum elevatio, per quam accedit, ac modo recedit Sol à puncto verticibus noſtris imminente, rebus ortum tribuet, ac interitum. Ne quis tamen entium ortus ſoli effectrici cauſæ modo adſcriptos opinaretur, ac ſi ſubjectum excluderetur, cujus neceſſitas *cap.* 1. fuerat expreſſa, ſubdit, quod ſi adæquate loqui placeat, illius cauſa eſt univerſi diſtributio, per quam agens, & patiens in eo

Zodiacus quid conferat rerum ortui.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

eo conſtituuntur, è quibus rerum ortus, & interitus emergant, quorum utrumque pariter Ariſtoteles in rerum perenni ortu dicebat conſiderandum 1. *de gen.* 14. factoque inde ad ea, quæ primo tradiderat, regreſſu, ſicuti docuit generare in alio eam univerſi partem, quæ ſupra Lunam conſtituitur, ſic monet in ſe ipſo generare quidquid infra eandem locatur; Lunam vero non ſecludit ab actione, licet agentium terminum ipſam conſtituat: eam enim multorum conſpicuam cauſam aſpicimus, puta dum oſtrea, & hujuſmodi animalia videmus ea creſcente eſſe turgida, quæ ipſa decreſcente diminuta apparent, unde recte Manil. canebat:

Luna multorum cauſa.

Sic ſubmerſa fretis concharum, & carcere clauſa
Ad lunæ motum variant animalia corpus.

Aſtron. 2.

maris quoque fluxus, ac refluxus à pleriſque in eam rejicitur, dum

Luna ſuis vicibus Tethym, terrenaque miſcet;

Lucan. Pharſ. li. 10.

ea decreſcente menſium muliebrium contingunt profluvia, ut ideo teſte Ariſtotele 7. *de hiſt. an. cap.* 2. nonnulli arguto quodam cavillo Lunæ ſexum fæmineum tribuerint, quia illa decreſcente purgentur mulieres, moxque ambæ eodem temporis decurſu repleantur. aliaque hujuſmodi in capillis, plantis, arboribus, & aliis hujuſmodi reciſis, ad Solis conjunctionem vel oppoſitionem properante Luna conſpicimus, ideoque ab agricola obſervandum docebat Virgilius,

Cur Lunæ fæmineus ſexus attributus.

Geor. 1.

—— *quid menſtrua Luna moneret.*

unde illi in hæc inferiora quoque actio adſcribenda, ideoque ipſam inter cæli partes enumerabat Ariſtoteles 2. *cæli* 96. ſed ſupra Lunam dicens id adeſſe, quod agit in alio, inter hujuſmodi agentia eam quoque incluſit, quæ cum prædictorum agentium terminus conſtitueretur, ab ipſa earumdem ſectio deſumenda erat, eademque ratione *hoc cap. t.* 2. Iſthmum mortalitatis, & immortalitatis eandem nuncupavit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
367 E 4

vit. si vero ambæ universi partes accipiantur, & ex utrisque unum quid constituatur, id mundi nomine exprimetur: quarum utriusque naturam hic elegantissime descripsit, cælestem scilicet per verba ἀεὶ θεοῦ θεῖα (*semper currente divino*) quia perpetuo illa movetur, & ex perpetuo illo motu θεὸς (*Deos*) corpora cælestia vocavit antiquitas ἀπὸ τῦ θεῖν (à currendo) ut observabat Macrobius, quod sane stolido præstitit consilio, ut enim Velleius apud Ciceronem monebat, Dei nomen tantum enti beato convenit, & *quid potest esse minus quietum, quam nullo puncto temporis intermisso versari circum axem cæli admirabili celeritate? nisi quietum autem, nihil beatum est.* ex eodem pariter cursu cælum αἰθέρα dictum ἀπὸ τῦ ἀιεὶ θεῖν (*à currendo semper*) animadvertebat Aristoteles 1. *cæli* 22. sublunarem quoque universi partem nobis ingeniose declaravit per hoc, quod semper sit mutationibus obnoxia hæc inferioris hujusce partis natura, unde sua desumpsit primordia acutissima illa Protagoræ sententia, asserentis verum esse quidquid unicuique appareret, ut simul de eadem re, vel etiam contraria plurium placita veritati esse consona contingat; perpetuo scilicet fluxu entia premi cum animadverteret, nec unico temporis momento res easdem censebat permanere, ideoque rebus assidue immutatis diversos, immo oppositos de iisdem conceptus, & vere posse efformari ingeniose asserebat, cujus sententiæ fundamenta abunde recenset Plato in Theeteto, ac rejicit, quod pariter Aristoteles 4. *met.* 19. *& seqq.* acute præstitit: ille tamen inde ad statuendas idæas fuit excitatus, ut harum ope permanentia, nec perpetuæ mutationi obnoxia entia contemplaretur, ut monuit Aristoteles *met.* 1. *t.* 5. *& seqq.* indeque universa fortasse Græcia plerisque rebus nomina imposuit ea è fluxu deducens, ut erudite Plato in Cratilo observabat: & Seneca exclamabat, *Quæcumque videmus ac tangimus Plato in illis non numerat, quæ esse proprie putat, fluunt enim,*

Corpora cælestia θεὸς cur dixerint antiqui. *Saturn.* 1. *c.* 24. 1. *de nat. Deorum.*

Et cur cælum αἰθέρα.

Protagoræ sententia explicatur.

Cur rebus pleraque nomina è fluxu imposita. *epist.* 58.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

enim, & assidua diminutione, atque adjectione sunt. nemo nostrum idem est in senectute, qui fuit juvenis, nemo est mane qui fuit pridie. corpora nostra rapiuntur fluminum more, quidquid vides, currit cum tempore, nihil ex his quæ videmus, manet. ego ipse dum loquor mutari ista, mutatus sum. hoc est, quod ait Heraclitus, in idem flumen bis non descendimus (cujus etiam dicti meminit 4. *met.* 22. Aristoteles) *manet idem fluminis nomen, aqua transmissa est. hoc in amne manifestius est, quam in homine. sed nos quoque non minus velox cursus prætervehit : & ideo admiror dementiam nostram, quod tantopere amamus rem fugacissimam, corpus, timemusque ne quando moriamur : cum omne momentum, mors prioris habitus sit.*

Viventium generationem æternam fuisse docet. Text. 1.

Ἀνθρώπου δὲ ἀρχὴ γενέσεως πρώτη οὐ γέγονεν ἐκ γῆς, οὐδὲ τῶν ἄλλων ζώων, οὔτε φυτῶν, ἀλλ' ἀεὶ τῆς διακοσμήσεως οὔσης ἀνάγκη καὶ τὰ συνυπάρχοντα καὶ τὰ συνδιακεκοσμημένα, 1. συνεπεῖναι. πρῶτον μὲν δὴ ἀεὶ ὄντος τοῦ κόσμου, ἀναγκαῖον καὶ τὰ μέρη αὐτοῦ 2. συνυπάρχειν· λέγω δὲ μέρη, οὐρανὸν, γῆν, τὸ μεταξὺ τούτων (ὃ δὴ μετάρσιον καὶ ἀέριον ὀνομάζεται.) 3. οὐ γὰρ ἄνευ τούτων, ἀλλὰ σὺν τούτοις, καὶ ἐκ τούτων ὁ κόσμος.

Hominis autem ortus principium primum non factum est ex terra, neque aliorum animalium, nec plantarum: sed semper existente mundi distributione, necesse est, & inexistentia, & in eo ordinata adesse. primo quidem semper existente universo necessarium & partes ipsius coëxistere; partes vero dico, cælum, terram, & quod inter hæc medium, quod sublime, & aëreum nominatur: non enim sine his, sed cum his, & ex his, est mundus.

1. V. διακεκοσμημένα. & in V. deest usque ad τοῦτων.
2. N. αὐτῶν. im. ex V. & B.
3. N. ὀνομάζεται. im. ex V.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

NVnquam homines, plantæ, vel animalia è terra primo prodiere: at cum ſemper mundus extiterit, & ea quæ ipſum incolunt, ſemper extitiſſe aſſerendum. ſi enim erat univerſum, & illius partes eſſe oportebat, cælum ſcilicet, tellurem, & quodcunque eſt inter eas, cum his mundus nequeat deſtitui, at ex his conſtituatur.

COMMENTARIVS.

NObili ſane methodo nobis univerſum exhibere cum vellet Ocellus in hoc opuſculo, illius æternitatem primo capite ſuadere eſt conatus: explicatis inde in ſecundo capite ortus, & interitus, qui perenni quadam viciſſitudine in ipſo vigent, natura, ratione, & cauſis, nonnulla hoc tertio capite nunc ſolvit quæſita, vel evellit dogmata, ut inde melius tradita firmentur, eo quia non ſatis eſt propria placita edocuiſſe, ni prorſus etiam illæ objectiones ejiciantur, quibus ipſa premuntur. nam multi præ intellectus imbecillitate his ſuccumbunt: licet enim ea veritati conſona omnino cognoſcant, harum tamen ſolutionis ignari, propriam fateri dum erubeſcunt inſcitiam, longe deteriori crimine in oppoſitam ſententiam ſe ferri permittunt, ut obſervabat Ariſtoteles *met.* 4. 28. Hoc igitur præſtiturus auctor primo quandam de humano ortu, quæ circumferebatur, excludit ſententiam, per quam æternitas illi denegabatur ſpeciei, quod pariter in cæteris inde fortius etiam vigeret. & jure hanc primo excludit, quia *præc. cap.* præcipuis cauſis rerum ortus aſſignatis, congruum erat dubitationes ſpecierum ortum ſpectantes illi ſubnectere,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nectere, imo ab Ocello ea de humano ortu evertenda positio, qui universum asserebat æternum : dum hoc statuentes Philosophi axioma humanum quoque genus æternum affirmarint, & è contra omnes genitum mundum asserentes, hominis pariter ortum certo tempore dixerint consequutum, Diodoro teste. docet igitur hominum, cæterorumque viventium generationem à tellure sua non traxisse primordia, ut eorum inde excludat sententiam, qui rerum ortui principia adscribentes, homines, & cætera viventia primo è terra aliquando prodiisse asseruerunt eo fere pacto, quo singula sponte nascentia in dies è terra erumpere conspicimus. sic enim eorum ortus prodirent principia, indeque universi aboleretur æternitas, dum perfectissimæ species ipsum incolentes principia viderentur accepisse. quæ singula ut rectius percipiantur, animadvertendum quam plurimos veterum Philosophorum, quia entium æternitatem negabant, nec tamen Summum Deum sine materia rerum conditorem agnoscebant, veræ Philosophiæ dogmatibus destitutos in hæc absurda placita incidisse, quod primo è terra homines productos unaque cætera animalia, ac plantas arbitrarentur, quod respiciens Lucretius canebat :

Bibl. hist. lib. 1.

Opinio eorum qui homines è terra ortos asserebant.

Quare etiam atque etiam maternum nomen adepta
Terra tenet merito, quoniam genus ipsa creavit
Humanum, atque animal prope certo tempore fudit
Omne, quod in magnis bacchatur montibus passim,
Aëriasque simul volucres variantibus formis.

Rer. nat. lib. 5.

quasi tanta enascentem terram virtus fuerit comitata, ut tunc temporis calore Solis pressa illius superficies plerisque in locis intumuerit pluribus veluti pustulis affecta tenui pelle circumdatis, quibus contenti fœtus noctu à circumfusa aëris nebula incrementa susciperent, interdiuque à Solis æstu soliditatem contraherent, tandemque maturo accepto incremento, perustis membranulis, cuncta animalium genera

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

prodierint, è quibus plus caloris nacta evolarint, terreſtri magis concreta materie tellurem ipſam deſerere non potuerint, iis animantibus, quibus copioſus humor contigerat, ad aquas cognatum veluti locum percurrentibus, ut late re-

Ibid. cenſet Diodorus; & hoc idem prorſus ſenſiſſe videntur poëtæ, dum fere perditum genus humanum lapidum beneficio reſtitutum aſſeruere, è quibus à Deucalione projectis, ma-

1. metam. res, à Pyrrha femellæ prodirent (ut late Ovidius) in tellurem ſcilicet humani ortus principia rejecturi, indeque docebat

Olymp. od. 9. antiſtro. β. Pindarus populos λαοὺς dictos, dum de Deucalione & Pyrrha cecinit:

———— ἄπερ
Δ' ἐυνᾶς ὁμοδάμω
Κτήσαντο λίθινον γόνον.
Λαοὶ δ' ὀνέμασθεν.

(*& abſque concubitu ejuſdem generis comparaverunt lapideam ſaturam: λαοὶ autem appellati fuerunt*) λίθος (*lapis*) enim

Cur populus λαὸς. Dorica dialecto λᾶς dicebatur, ut ibid. Benedictus obſervabat. Quod ſi quis objeciſſet fictitium quid eſſe hoc placitum, dum nullibi tellus hominem, equum, vel quid hujuſmodi producat; refellebant objecta, dicentes nunc terram ventorum impetu, & Solis ardore conſtipatam majora amplius

Diod. l. 1. animalia proferre non poſſe, ut monuit Diodorus, imo jam ipſam conſenuiſſe, ac præ ætate primævo robore amiſſo imperfecta tantum quædam animalcula progignere, quod elegantiſſime Lucretius ſic explicavit:

Lib. 2. *Iamque adeo fracta eſt ætas, effœtaque tellus.*
Vix animalia parva creat, quæ cuncta creavit
Sæcla, deditque ferarum ingentia corpora partu.

& quiſpiam fortaſſe ulterius à veteribus quibuſdam ſtolide telluri adſcriptam hujuſmodi virtutem imbrium copia jam extinctam, fulminumve ictibus omnino diſcuſſam eo pacto aſſeruiſſet, quo ſimilibus ſane caſibus fatidicam vim eidem telluri

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

telluri insitam prorsus perditam, ut inde in totum oracula expirasse contigerit, plerique apud Plutarchum asseruere. hi enim certis tantum locis oracula exerceri considerantes (quæ certe gentium astu prodibant, ut sat apud Lucianum Abdonachitæ vita demonstrat) insitæ telluris virtuti eadem tentarunt adscribere, humanæ scilicet innatam animæ futura noscendi facultatem dum crederent, è quibusdam terræ partibus divinos quosdam halitus prodire arbitrabantur, qui in corpus infusi insolitum quid animis conciliarent, cujus veluti tepore, ac diffusione meatibus quibusdam expansis, futuri ocurreret imago, quod

De orat. def.

Vnde oracula prodirent.

—— ubi virgineo conceptum est pectore numen
Humanam feriens animam sonat, oraque vatis
Solvit —— ——

Lucan. l. 5.

ut non secus quam vini halitus validos plerosque motus excitat, occultos quinimo sermones, & intimos animi sensus depromit, unde Pindarus dicebat:

Θαρσαλέα ἢ τῶδε
Κραπίδεσσι φωνὰ γίνεται

Homeor. od. 9.

(*audax autem apud craterem fit vox*) quia nimis audaci fiducia pectoris arcana vox ebrii prodere non pertimescit: hujusmodi pariter terrenus halitus siccitatis congrue cum fervore commixtæ particeps, æthereum quodammodo spiritum reddat ac fulgidum, cujus ope innatam facultatem animus exercens futura prænoscat simul ac prædicat. nec tamen inane arbitrabantur pio cultu numina orare, Apollinemque præcipue, cujus Delphicum oraculum non dissimili sane ratione legimus erupisse, dum pecudes, pastoresque eo loci venientes bacchatione quadam, inconcinnisque motibus corriperentur, ut Græcus Scholiastes Aristophanis docebat: ab iis enim omnem hujusmodi temperiem, ac mutationis vim terræ infusam fuisse credebant, ideoque puras etiam hostias exigi, & tot libamina, quibus conspersa hostia tremore quodam

Cur oracula consulentes, Deos orarent.

Delphicum oraculum.

In Pluto c. 51.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

dam concuteretur, ut inde congruum temporis momentum divinæ hujus auræ captandæ numinum beneficio indicaretur, quam non quolibet tempore emergere obſervabant nec fruſtra Pythiam toto vitæ decurſu ad id munus exercendum caſtam, puramque ſervari arbitrabantur: hac enim ratione ſynceram quoque corporis temperiem permanere credebant, ac longe puriorem phantaſiam reddi, ut facilius inde, ac ſyncerius vis illa fatidica conciperetur, nec corporis alterationibus oppreſſa langueret, at cum ſpiritus temperie, congruo ceu ad illud opus inſtrumento imaginandi, ac divinandi vis recte conveniret, indeque furoris afflatus, & futurorum ſyncera prædictio prodiret, quam vel prorſus perderet, vel ſaltem exilem, & vitioſam redderet jam turbata imaginatio, ac immundi corporis vaporibus concuſſa, quibus quantum illa afficiatur inſomniorum varius, ac modo frequens, modo rarus occurſus oſtentat. hanc igitur cæleſtem ab iis creditam virtutem ſicut æternam non permanere, at in terra etiam extingui, ideoque oracula deficere veterum plurimi ſtatuebant, idem pariter eos de vi terræ inſita, qua perfecta animalia procrearet, eos protuliſſe non à veritate prorſus forſitan abhorrebit, canente præcipue Lucretio:

Pythia cur caſta.

Lib. 5.

Sed quia finem aliquem pariendi debet habere,
Deſtitit ut mulier ſpatio defeſſa vetuſto.

hoc autem velut abſurdum dogma rejiciendum monet Ocellus, ſed aſſerendum mundum ſemper extitiſſe, ut ſuperius docuit, & ita pariter ea ſingula, quæ illi inexiſtunt, ac ejus ordinem conſtituunt, ipſum ſemper fuiſſe conſequuta, quod idem de homine *ſequ. textu* infert, ac ita arguere videtur. Si univerſum adſit, & illius partes exiſtere oportebit, quare illud æternum cum ſit ex alias habitis, idem quoque de partibus ſtatuendum, quas illi coævas fuiſſe inde videtur inferri, quod mundus eſt quoddam totum, ideoque dicitur univerſum: & totum abſque ſuis partibus eſſe, vel intelligi impoſſibile

Cap. 1.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

bile videatur, quid enim totum dicitur, quia nulla ex propriis partibus destituitur, *met.* 5. 30. Vniversi vero partes monet esse cælum, terram, & quod medium est inter ipsa, quod aëreum, & μεταίριον nuncupatur, ut enim monebat Plutarchus μεταίρια dicuntur τὰ ἀπὸ τῆς κύκλου τῆς σελήνης καθήκοντα μέχρι πρὸς τὴν θέσιν τῆς γῆς (*quæ ab orbe Lunari situm usque pertinent terræ*) & quod partes universi re vera sint, inde colligit, quod his carere nequeat universum, ex his constituatur, & per hæc universi sortiatur rationem, ex quo ratio & natura partis coalescit. hæc vero eadem cælum scilicet, & corpora simplicia universi compagem componere affirmans Aristoteles, & ipse universi partes nuncupabat 1. *cæli t.* 5. dum de his acturus se determinaturum dicebat, περὶ τῶν κατ' εἶδος αὐτοῦ μορίων (*de his quæ secundum speciem sunt ipsius partes.*) & hinc profecto sequitur cælum, terram, & quod inter ipsa medium est, æternitate potiri, si falsis insistamus principiis Ocelli universum statuentis æternum: quam sententiam cum superius rejecerimus, & dogma hoc simul cadere oportet. hoc tamen animadvertendum, quod *seq. textu* tradendæ doctrinæ præcipuum veluti fundamentum collocavit, scilicet universum suis partibus destitui non posse, alias enim non foret universum, ideoque æternum illud statuentem, & has æternas necesse est affirmare.

μεταίριον quid, de l. c. li. 3. in proœm.

c. 1. t. ult.

Enumerantur partes, quæ necessario universo coëxistunt. Text. 2.

Τῶν δὲ μερῶν συνυπαρχόντων, ἀναγκη καὶ τὰ ἐμπεριεχόμενα 1. συνυπάρχειν αὐτοῖς. ἐρανῷ μὲν ἥλιον, σελήνην, ἀπλανεῖς τε ἀστέρας, καὶ πλανήτας, τῇ δὲ γῇ ζῶα, φυτὰ, χρυσὸν, ἀργύ-

AT dum partes existunt, & iis coëxistere oportet ea, quæ in ipsis continentur. cælo quidem Solem, Lunam, fixas stellas, & planetas; terræ vero animalia, plantas, aurum, & argen-

1. N. περιεχόμενα ex V.

ἀερῶδες, μεταρσίῳ ὴ καὶ ἀεροειδῶ πνεύματα, ἀνέμους. 2. μεταβολὴν ὅτι τὸ θερμότερον, μεταβολὴν ὅτι τὸ ψυχρότερον. σὺν τούτῳ γὰρ οὐρανὸς. 3. σὺν τῷ τὰ περιεχόμενα ἔχειν, καὶ σὺν τούτῳ γῆ. 4. σὺν τῷ. 5. τὰ ἐπ' αὐτῆς φυόμενα καὶ βοσκόμενα ἐστεῖναι καὶ σὺν τούτῳ μετάρσιον καὶ ἀέριον, σὺν τῷ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα τὰ γινόμενα γίνεσθαι.

2. N. ἀνέμων im. ex V.
3. L. δέ γε οὐρανὸν.
4 L. γῆν.
5. N. non habet σὺν τῷ ad ex VV. L. & B.

argentum; ſublimi autem, & aëreo ſpiritus, ventos, ac mutationem in calidius, & mutationem in frigidius: cum hac enim cælum, quod habeat in ſe contenta, & cum hoc terra, quæ in ea generantur, & paſcuntur adeſſe & cum hoc ſublime, & aëreum, quod, & in ipſo ſint omnia, quæ in eo fiunt.

PARAPHRASIS.

ET ubi partes univerſi exiſtunt, illa pariter quæ ab ipſis continentur, ſimul exiſtere oportet, ita ut cælo conſtituto Solem ſimul, Lunam, nec non fixa quælibet, ac errantia ſidera adeſſe opus ſit: tellus neceſſario animalia, plantas, aurum, & argentum expoſcat: & aëra ſpiritus, ventus, caloriſque ac frigoris viciſſitudo concomitentur. cælum ſiquidem ideo perfectum, quia iis, quæ in ſe continet, non deſtituitur. Ea ſimiliter ratione tellus expoſcit, quæ ex ipſa ortum, & alimenta deſumunt, ac ſublimis, & aërea pars eas neceſſario, quibus aſſidue afficitur, mutationes exigit.

COMMENTARIVS.

VNiverſo coëxiſtere partes cum docuerit, æternam ut oſtendat humanam ſpeciem fuiſſe, nunc prædictis partibus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tibus eas quoque coëxiſtere particulas, quæ in iis continentur, ingenioſe profitetur. è duobus enim hiſce principiis id, quod præcipue expetito *ſeq. text.* quam facillime inferet. Enumeratis igitur univerſi partibus æque neceſſario docet adhærere ea, quæ in ipſis præcipue continentur, ac ipſæ univerſo connectuntur, & illud conſequuntur: eadem enim inter hujuſmodi particulas & principes mundi partes viget proportio, quæ inter has, & ipſum univerſum emergit: & iſtæ ſcilicet rationem totius cujuſdam gerunt, ſi ad hujuſmodi particulas conferantur; ideoque inter ipſas par ratio conſurgit. & ne quis hoc placitum de individuis in univerſo contentis ſtatui arbitraretur, quod falſum eſſe experimento pateret, ideo ſubdit, quid ratione partium hujuſmodi complectatur, ut in perennibus individua, in caducis ſpeciem ipſum contemplari appareat, in qua & hæc æternitatis videntur capacia, ut *cap.* 5. obſervavimus: & ait, quod ſicut univerſo cælum, terra, & ſublimis pars neceſſario connectuntur, ita pariter cælo Sol, Luna, aliaque tum fixa, tum errantia ſidera coëxiſtent. terræ quoque eadem ſemper ratione animalia inerunt, plantæ, aurum, & argentum: ſublimique tandem parti flatus venti, ac mutationes, quæ in calidius, & frigidius: licet vero nomen πνεῦμα & ἄνεμος (*flatus* & *ventus*) plerumque confundi validiſſimum ſuadere nobis videatur teſtimonium Ariſtotelis *meteor.* 2. *cap.* 4. & aliis in locis, revera tamen inter ea viget diſcrimen, eo quod nomen venti ſpecificum, at flatus univerſalius quid, ac genericum videtur indicare, ut licet obſervare *meteor.* 1. *cap.* 13. quo loci dicebat Ariſtoteles περὶ δ' ἀνέμων καὶ πάντων πνευμάτων (*de ventis autem, & omnibus flatibus*) ac ideo nomen πνεῦμα ventos etiam complecti videtur, at quid aliud præterea exprimere: imo arbitrarer ego nomen flatus cuicunque vel levi auræ competere, at vehementiam nomine venti exprimi, præcipue quod ventum obſervo ab Ariſtotele dici non ſimpliciter ſiccam exhalationem

Quid πνεῦμα & ἄνεμος ſignificent.

nem è terra, ſed illius multitudinem. dixit enim *allato cap.* 4. 2. *met.* ἔστιν ἄνεμος πλῆθος τι τῆς ἐκ γῆς ξηρᾶς ἀναθυμιάσεως κινούμενον περὶ τὴν γῆν (*eſt ventus multitudo quædam ſiccæ ex terra exhalationis mota circa terram*) hos igitur flatus, & ventos ſemper aëream partem docet efficere, ac mutationes in calidius & frigidius: indeque rationem ſubdit, cur particulas relatas univerſo coëxiſtere aſſeruerit, hanc ſcilicet, quod *cum hoc eſt cælum, &c.* id eſt ex ſui natura cælum ſibi vindicat, quod ea ſortiatur, quæ in eo continentur; id terræ pariter exigit conditio, ut plantis & animalium copia exornetur, quibus uberrima præbere non recuſat alimenta: idque ſibi medius vindicat locus, quod in ipſo ea ſingula fiant, quæ in illo fieri admiranda naturæ exigunt inſtituta. è quo ſane dicto nobile refulget profundi, quod in Ocelli dictis effloreſcit, acuminis argumentum: hic enim dum particulas medii loci contemplaretur, verbo γίνεσθαι (*fieri*) uti voluit, in aliis vero nequaquam, quia tali conditione hujuſmodi particulæ (cum ſint entia ſucceſſiva, & perpetuæ ſimul agitationi, ac mutationi obnoxia) afficiuntur, quod earum eſſe ſit idem ac fieri, cujuſmodi naturam in quolibet ente ſucceſſivo intuemur, quod dialecticas tamen, ſcientificaſque non effugere contemplationes præſcripta 2. *poſt. cap.* 12. indicant dogmata. Maximam tamen dubitandi præbent occaſionem poſtrema hæc textus verba: undenam ſcilicet in iis traditum dogma robur deducat, non eluceſcit: quænam enim naturalis neceſſitas terræ incumbit, ut neceſſario animalia, ac plantæ in ea ſint ſtatuendæ, parique ratione in cæteris dubitare contingit. cælum ſane, Solem, Lunam, aliaque ſidera videtur exigere, ſi ortus, & interitus, ac cujuslibet mutationis, præter localem ipſum, incapax aſſeramus, ut *cap. præc.* ſentire viſus eſt Ocellus, cum quo Peripatetica conſentit ſchola 1. *cæli* 20. & 2. *cæli t.* 3. *& alibi.* tunc enim, quia impoſſibile foret naturæ viribus nova in eo aſtra produci, ac ea quibus ditatur, illi nunc

Ventus quid ſit.

Dubitatio.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nunc ineſſe conſpiciamus; æterna hæc utique erunt, ſi quis cælum cum Ocello, ac Ariſtotele æternum falſo aſſerere auderet. hæc tamen ratio in terra, nec in loco ſublimi viget, in quibus prædictas particulas aſſidue oriri cernimus, ac interire. quare nil nos excitabit, ut tellurem his non præextitiſſe aſſeramus, ac locum medium ſimiliter. magni certe roboris Solutio. non eſt hæc Ocelli ratio præſuppoſita etiam univerſi perennitate: non enim apparet naturalis aliqua neceſſitas, quæ hiſce particulis eas univerſi partes deſtitui non poſſe certo oſtendat: probabilis tamen eſt ratio, ac valida ſi naturæ jura ſpectemus: cum enim in rebus naturalibus ea tantum vigeat neceſſitas, quæ ut in pluribus 2. *phyſ.* 77. & tellurem nec plantis, nec animalibus deſtitui unquam videamus, ſentiendum jure videtur ita ſemper contigiſſe; quare illam ſtatuentes æternam, & his æternitatem adſcribere oportebat. idemque dicendum de cæteris partibus; eoque magis, quod peculiaris earum uniuſcujuſque natura id videtur indicare: cælum enim cum ſit incapax ortus, & interitus 2. *cæli t.* 1. jam inde patebit æternas quoque illius partes aſſerendas. mutatio pariter aëris dicenda foret æterna, cum è motu Solis juxta illius acceſſum, vel receſſum occurrat, unde anni tempora prodeunt, ac cælorum motus perennis ſtatuatur; idemque flatibus, ac ventis par ratio adſcribet, cum enim ex halitibus ſiccis è terra prodeuntibus gignantur 2. *meteor. cap.* 4. quos Sol excitet *ibid. cap.* 5. ſive agens, quod perpetuo operatur, nec Atlantem quempiam (ut dicitur 2. *cæli t.* 4.) expoſcit, ſive neceſſitatem materiæ inſpiciamus, patet utique illas ſublimi loco coëxiſtere. Eſt quoque vero ſimile terram ſemper plantas, & alia in textu enumerata concomitari: illas quidem, ſi de iis, quæ ex ſemine prodeunt, quales ſunt quamplurimæ, ſit ſermo: quia cum hæ ſibi ſimilem prærequirant plantam, à qua prodierint, 3. *de gen. an. cap.* 11. juxta Ocelli principia univerſum æternum aſſerentis philo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſophari oportebit, ſi nunc adſunt in terra, illi ſemper coëxtitiſſe: eademque in animalibus perfectis viget ratio; ſecus in plantis, & animalibus ortis ex putri, hæc enim in terra cum progignantur, & humore, 3. *de gen. an. d. cap.* 11. quo loci late docetur quanam ratione hujuſmodi plantæ prodeant, & quo pacto contingat,

Ovid. met. 15.

——— *quæcunque mora, fluidoque calore*
Corpora tabuerint in parva animalia verti.

terram præceſſiſſe ſupponunt, nedum naturæ ordine, quo ſemper effectum cauſa præcedit. *poſtpræd. cap. de priori, & 5. met.* 16. verum etiam tempore, ratione eorum, quæ prævia quadam naturæ ſerie prærequiruntur, ut in terra ex putri erumpant viventia, ut longo & in his apparatu admiranda naturæ refulgeat providentia, cujus potentem induſtriam, vel ex his minimis licet inferre, non ſecus quam Romanæ urbis magnitudinem ex eo colligendam cenſuerit Heliogabalus, quod millena pondo arancarum ſibi propoſito præmio deferri cum juſſiſſet, inſano ſibi ſtudio arancarum decem millia pondo ſibi vidit allata: dum in ipſis etiam ex putri naſcentibus ſingularis ſupremi numinis refulgeat ſapientia, ut de iiſdem ea poſſimus proferre, quibus Heraclitus ad eum vili degentem taberna caloris gratia accedere recuſantes monebat apud Ariſtotelem *de p. an. 6. ult.* ἐκέλευσε γὰρ αὐτὸς εἰσιέναι θαῤῥοῦντας, εἶναι γὰρ καὶ ἐνταῦθα θεούς (*juſſit enim ipſos ingredi confidenter, eſſe enim & ibi Deos*) in auro quoque & argento eadem viget ratio, quæ in cæteris: idemque in reliquis metallis apparet, cum pari ratione in terra ex halitibus generentur, *meteor.* 3. *cap. ult.* & illa tantum Ocellus hic ut cæterorum præſtantiſſima recenſuerit. nec quis imaginetur Ocelli hoc ratiocinium facile everti, ſi quis aſſereret hujuſmodi entia è terra primo producta, inde per ſemen conſervata, ac ideo aliquod ortus eorum fuiſſe principium. facile ſiquidem hæc dubitatio ex traditis *cap.* 1. evellitur: ibi enim cum ſtatuatur

Romæ 1000 Pondo aranearum. *Æl. Spartian. in ejus vita.*

Deus ubique.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tuatur perfectionis, vel imperfectionis ullos gradus universum accersere, liquet certe nec id de tellure præcipua ipsius parte asserendum esse, ideoque si nunc animalia non progignit, nec prius produxisse asserendum, ac singulas particulas quibus gaudet, illi semper coëxtitisse affirmandum, idemque de cæteris universi partibus dicendum, ne aliquando imperfectius fuisse, ac inde redditum perfectius universum, contra superius *cap.* 1. præscripta, statuamus. ideoque & hanc terræ naturam tributam ait, & ubi ipsa sit, ea pariter, quæ in ipsa generantur, *& pascuntur*, existant, ac si alteram nobis rationem leviter saltem exprimat, cur dixerit animalia necessario existere si terra sit, ex causa finali desumptam, quam præcipue contemplatur physicus 2. *phys.* 91. quia scilicet herbis *pascuntur*, unde eorum gratia hæ videntur progenitæ, ac idcirco cum has semper tellus materna promat liberalitate, & illa necessario videantur coëxistere, nativam similiter hanc loci medii asserit conditionem, quod in eo sint necessario, quæ nata sunt ipsi inesse, eam accipiendo necessitatem, quæ ratione materiæ, & finis in naturalibus occurrit, 2. *phys.* 87. *& seqq.* quare si Ocelli principia spectemus perfectionis incrementa vel decrementa ab universo auferentis, ac universum statuentis æternum, ita tamen ut eo existente, necessario partes ejus principes coëxistant, ut late *cap.* 1. disseruimus, patebit utique falsum jure dici dogma asserentium aliquando tellurem animantia singula protulisse, quod nunc senio debilitata non præstet: ac præterea singula hic tradita optime cohærere: & idcirco observandum quandocunque libet auctoris alicujus quempiam locum interpretari, semper nos per ejusdem principia progredi oportere, tunc enim aliorum placita stolide non continget irridere, quæ licet plerumque prima facie videantur absurda, ingeniosa tamen, & maxime firma apparebunt, si ea principia spectemus, per quæ illorum auctor fuerit progressus, quod vellem singulos, dum auctorum

Qua ratione auctores interpretandi.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ctorum placita considerant, animadvertere: inde enim delebitur illa, qua plerique gloriam credunt aucupari, virorum magni nominis derisio, viris prudentibus indigna, & studiosorum omnino commodis inutilis, qui in sapientum vigiliis non jurgia, sed ad discendum quærunt præsidia.

Text. 3. ## Humanum genus æternum esse probatur.

Ἐπεὶ οὖν καθ' ἑκάστην ὑποπεμπὼ ὑπερέχον τὶ γένος ἐντετακται τῶν ἄλλων, ἐν μὲν οὐρανῷ τὸ τῶν θεῶν, ἐν δὲ γῇ ἄνθρωπος, ἐν δὲ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, ἀνάγκη τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων ἀίδιον εἶναι· εἴπερ ἀληθῶς ὁ λόγος συμβιβάζει, μὴ μόνον τὰ μέρη συνυπάρχειν τῷ κόσμῳ ἀλλὰ καὶ τὰ περιεχόμενα τοῖς μέρεσι.

Quoniam igitur in unaquaque sectione superexcellens alio, quodpiam genus constitutum est: in cælo quidem Deorum genus, in terra homo, in medio loco dæmones: oportet humanum genus perpetuum esse. siquidem vere ratio cohæret, non solum partes mundo coëxistere, verum etiam ea, quæ partibus continentur.

PARAPHRASIS.

VErum quia in unaquaque universi parte, quodpiam ens cæteris supereminere conspicimus, puta in cælo Deos, in terra homines, in aëris regione dæmones, hominum genus æternum fuisse asserendum erit: immutabilis enim naturæ ordo exigit, ut nedum partes universo, at partibus præterea illa cohæreant, quæ in ipsis præcipua continentur.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

HVmani generis primordia è terra non erupiſſe hoc *cap. t.* 1. cum doceret auctor, id ratione firmaturus *ibid.* univerſi partes præcipuas univerſo coëxiſtere conſtituit, inde unicuique parti quædam ſibi adjacentia nativa quadam lege connecti *præc. textu* cum docuerit, illud nunc infert, quod præcipue meditabatur, humani ſcilicet generis æternitatem. & ait, quod *in unaquaque ſectione*, hoc eſt univerſi præcipua, & neceſſaria parte cum ſuperexcellens quoddam genus conſtitutum ſit: in cælo ſiquidem Dii ponuntur, ut ſuperius monuimus, & in medio loco dæmones, quatenus Poſſidonio teſte apud Macrobium ex ætherea ſubſtantia illis parta qualitas cenſebatur, ideoque per æthera diſperſi credebantur: ſic pariter in terra ſit homo, veluti viventium præſtantiſſimus, quatenus ſolus inter animalia gaudet intellectu præter ſenſum 2. *de an.* 29. & elegantiſſima veluti pars à Deo in univerſo ſervatur; unde Euryphamus Pythagoræus in ſuo de vita opuſculo dicebat, τὸ θῆιον ἄνθρωπον πολυτελέστατον ζῶον ἐς τὸν κόσμον ἐσφύκισεν ἀνλίπμον μὰ τὰς ἰδίας φύσι☞, ὀφθαλμὸν ἢ τὰς τῶ ὄντων Διακοσμάσι☞ (*hominem Deus animal præſtantiſſimum, & ut ſuæ naturæ reſpondens, ita univerſi conſtitutionis oculum in mundo collocavit.*) ideo inferendum neceſſario æternum eſſe genus humanum: quaſi ſic arguat, nedum univerſo neceſſario quodam nexu cohærent præſtantiſſimæ illius partes, verum etiam ea, quæ in his perfectiori quadam via, & ratione continentur: cum igitur humanum genus hujuſmodi appareat, ſi terram ſpectemus, ut ideo optimum etiam animal cunctorum, ſi tamen juxta legum præſcripta vivat, dicatur *polit.* 1. *cap.* 2. ſicuti æterna illa ab Ocello ſtatuitur, idem de humano genere juxta ejuſdem principia erit dicendum. Hinc deduxit V. C. Nogarola occaſionem quærendi, an Peripa-

Cap. 2.

Saturn. 1. *c.* 23.

Homo viventium præſtantiſſimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ripatetica ſchola Dæmonas agnoſceret, ratuſque ab illa omnino negari, locum quendam *ex 3. de gen. an. cap.* 11. propoſuit, è quo non ignotos fuiſſe Ariſtoteli dæmonas novo ſibi ſuadet edocere invento. hoc tamen placitum ex Ariſtotelis dictis extorquere non eſt difficile, cum alia penes ipſum occurrant loca, quæ id longe clarius videantur docere, hujuſmodi ſane *t.* 29. 2. *de an.* & alii duo textus ingenioſe adducti ad hoc idem indicandum à Scaligero de ſubtil. contra Cardanum, ex quibus locis ego tamen affirmare non audeo hujuſmodi entia Ariſtoteli prorſus nota fuiſſe. veterum tamen placita philoſophorum qui noſſe exoptat, ea late penes Platonem, ac Plotinum, ac Proclum tradita reperiet, & ab Iamblicho de vita Pythagoræ, & de myſteriis, ac Pſello de dæmonibus, nec non ab Hierocle in carm. Pyth. omniumque poſtremus phyſice, ac Peripatetice procedendo de iis abunde diſſeruit Sueſſanus in tractatu de dæmonibus, ac nonnulla ingenioſe Scaliger prædicto loco expreſſit.

An dæmones noti Peripateticis. *Exer.* 355.

Text. 4. Partes terræ, non univerſa terra quandoque immutantur.

Φθοραὶ ὧν καὶ μεταβολαὶ βίαιοι γίνονται καθ' τὰ μέρη τ γῆς, ὅτε μὲν ἀνάχυσιν λαμβανούσης τ θαλάττης. 1. εἰς ἕτερον μέρος· ὅτε δ' ὧν καὶ αὐτῆς τ γῆς, 2. εὐρωμένης καὶ διεξαμένης ὑπὸ πνευμάτων ἢ ὑδάτων κρύβδην ἐπιφερομένων· παντελὴς δ' φθορὰ τ περὶ τὴν γῆν μεταστάσεως ἔτι γέγονεν, ἔτι ἔσται ποτέ. Διὸ καὶ τοῖς λέγουσι τὴν τῆς ἑλληνικῆς ἱστορίας ἀρχὴν ἀπὸ κατακλυσμοῦ εἶναι τὴν ἀρχαιότατον προσεκτέον, ἅτως

1. ad ex v. 2. V. διευρωμένης.

Corruptiones vero, & mutationes violentæ fiunt per partes terræ, quandoquidem effuſionem aſſumit mare in alteram partem. quando autem & ipſa terra dilatata, & diſtante à flatibus vel aquis occulte illatis: abſoluta vero corruptio illius, quæ circa terram eſt conſtitutionis neque facta eſt, neque erit aliquando. propterea que dicentes Græca hiſtoriæ principium

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ὕτως ἀχ ὡς ἀπό τινος ἀρχῆς πρώτης, ἀλλὰ ὑφ' ἡμῶν μεταβολῆς καὶ' αὐτήν· πολλάκις γὰρ καὶ γέγονε καὶ ἔσται, βάρβαρος ἡ Ἑλλὰς ἀχ ὑπ'. 3. ἀνθρώπων μόνον γινομένη μεταναστος. 4. ἀλλὰ καὶ ὑπ' αὐτῆς τῆς φύσεως ὑ μείζονος ὐδε μείονος αὐτῆς γινομένης, ἀλλὰ καὶ νεοτέρας. 5. ἀεὶ καὶ πρὸς ἡμᾶς ἀρχὴν λαμβανόσης.

pium esse ab Inacho Argivo sic audiendi, non ut ab aliquo primo principio, sed à facta mutatione in ipsa: sæpe enim & fuit & erit barbara Græcia non ab hominibus tantum facta commigratione, sed ab ipsa natura nec majori nec minori nec facta, sed quo ad nos semper recentiore & initium sumente.

3. B. ἀπ'.

4. N. μετάστατος καινοτέρας.

5. V. l. im. ex VV. & B.

PARAPHRASIS.

VIolenti tamen quidam interitus, & mutationes in terræ partibus quandoque succedunt puta dum effusæ maris aquæ terram obruunt, vel hæc ventorum impetu concussa, ac irruentium aquarum vi discissa dehiscit, & universi interitus numquam contigit, nec ullo tempore continget. Quod si Græcæ historiæ exordia ab Inacho Argivo fuisse desumpta quispiam audit, sciat is non inde à primis veluti nascentis universi incunabulis accepta, sed veluti violentæ cujuspiam mutationis impetu deleta historiarum monumenta ejusdem auspiciis restituta. irrepsit enim alias Græciæ barbaries, ac alias ipsam premet; non tantum hominibus barbaris illuc commigrantibus, at ipsius etiam naturæ concursu, cujus vires equidem numquam augentur, vel diminuuntur, vio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
367 E 4

lentas tamen quaſdam mutationes ferunt, quarum ratione recentior illa nobis, & exordii capax omnino videatur.

COMMENTARIVS.

PHyſici de univerſi natura tractatus limites conſtituturus Auctor, ut traditam mundi confirmet perennitatem, rejectis iis, quæ contra ipſam ex ortu viventium ex ipſa terra deducebantur, alia ex ejuſdem terræ mutationibus expetita nunc rejicit, ideoque in hoc textu mutationes quaſdam in terra contingere obſervat, indeque vulgarem quamdam excludit difficultatem, quis enim terram corruptioni potuiſſet opinari obnoxiam eſſe, ac ideo pariter univerſum, cujus hæc pars præcipua eſt ſtatuta, ex eò quod aliquando partes terræ dirutas, vel cum plurium pernicie civitatum legimus, ut aliquando eodem anno duodecim celebres Aſiæ urbes noctur-
Annal. 2. no motu terræ conlapſas prodant Tacitus, & Plinius, ut ubi
Nat. hiſt. l. 2. *c.* 84. prius urbes aderant, ſtagna, & flumina eruperint, & è con-
ibid. c. 86. verſo aliquando maris partes, ac immenſa flumina exaruerint, ac terræ in aliquo mari repente emerſerint *veluti paria ſecum* (ut cum Plinio loquar) *faciente natura, quæque hauſerit hiatus, alio loco reddente.* quod reſpiciens Pythagoras
Met. 15. apud Ovidium dicebat:

Vidi ego, quod fuerat quondam ſolidiſſima tellus
Eſſe fretum: vidi factas ex æquore terras,
Et procul à pelago conchæ jacuere marinæ
Et vetus inventa eſt in montibus anchora ſummis.

ne quis igitur hinc terras interitui obnoxias eſſe vereretur, obſervat ideo Ocellus non eandem vigere quo ad id rationem in terræ ipſius particulis, ac univerſa tellure: corruptiones enim quaſdam, & mutationes hujuſmodi violentas plerumque

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

rumque docet in ipſius terræ partibus emergere, ſive aliqua pars maris effuſa terræ particulam abſorbeat, ſive terræ partes vi flatuum, & aquarum occulte erumpentium dilatentur, unde prodeant voragines : at terram univerſam ſi accipiamus, impoſſibile monet eam totam hujuſmodi mutationibus premi, quod idem fuſius tradebat Ariſtoteles *met.* 1. *cap. ult.* plura docens olim aquis obruta nunc eſſe arida, & è converſo, cujus nobilia mutationis occurrunt penes Plinium exempla, hujuſque varietatis exactas aſſignans rationes, eos irridebat, qui inde tempus genitum eſſe voluiſſent inferre. ſimili perculſam mutatione ex ingenti terræ motu, & vehementi diei unius, ac noctis illuvione Atalantida inſulam omnino demerſam *in Timæo* enarrat Plato, quam in Atalantico mari olim floruiſſe commemorat Lybia ſimul, ac Aſia majorem, aliiſque contiguam inſulis, ad quas per eam nec difficilis foret acceſſus; ubi præpotentes regnaſſent principes, qui & aliquando Europam ipſam ſuo ſubjeciſſent imperio, quæ cum congrua novi orbis regionibus appareant, illum non omnino Platoni fuiſſe ignotum licet aſſerere, ni allegoriam ſub ea narratione latere, cum aliquibus placeat aſſerere, qualem *in com. Timæi* refert Ficinus, eo fere pacto, quo Dantis carmina videmus, per quæ nedum conſpecta Antarctici poli ſydera cum detexiſſet, dum cecinit :

Hiſt. nat. l. 2. c. 85.

Cap. 4.

Purgat. cant. 1.

Io mi volſi à man deſtra, & poſi mente
All' altro polo, & vidi quattro ſtelle
Non viſte mai fuor ch' alla prima gente.

ab expoſitoribus ad allegoricos ſenſus translata : an tamen verum quid vel fictum ea comprehendat narratione Plato (quam ibi hiſtoriam nuncupat) affirmare non audeo, eoque magis, quod earum notitiam regionum priſcis etiam ſæculis refulſiſſe veterum quoque ſcriptorum nec ignobilia ſuadent monumenta : penes Ariſtotelem enim *admir. auſcult. cap.* 82. legimus in mari trans Herculeas columnas inſulam omni ignorum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

gnorum, ac fructuum ubertate decoram efloruiſſe, à continenti longo diſtantem intervallo, quam inde Carthaginenſes vaſtarint, cum tamen pœna mortis mulctandos illos prius ſtatuiſſent, qui illuc è Carthagine rerum copia illecti tranſiiſſent, veriti forſitan ne hac relicta, aliquando omnis eo turba convolaret, ubi cuncta è fœcundo ſinu incolis tellus prodiga liberalitate præbebat; imo qui longe hæc Philoſophiæ lumina præceſſit Pythagoras mundum ſphæricum docebat, & in illius medio non diſſimili præditam figura tellurem locabat, hancque ita circumhabitari dicebat, ut in ea viverent Antipodes, nobiſque obverſa premerent veſtigia; quam & ipſe Ælianus approbavit veritatem, dum Silenus penes ipſum cum Mida diſſerens extra terras haſce maximam adhuc reperiri continentem edocebat, ubi auri, & argenti tanta copia incolæ pollerent, ut ferri inopes hoc inter metalla infimum illis longe præſtantioribus præferrent, & alia hujuſmodi narrabat, quæ licet quis aſſerere poſſit à priſcis illis novo figmenti genere tradita, cum tamen pleraque in iis exprimantur, quæ nunc frequens ibi gentium concurſus quamſimillima obſervat, non ignotas omnino priſcis ſæculis eas regiones fuiſſe ſi quis arbitretur, non quid diſſonum, vel prorſus chimæricum ſibi affinget. quidquid tamen in hac re placeat aſſerere, quamvis ibi Plato fabulam effinxiſſet, apud hiſtoricos innumera ſuppetunt exempla, per quæ Ocelli dogma de partium terræ mutatione, quæ vel imbrium, vel terræmotus, aliorumque hujuſmodi eventuum vi contingant, abunde confirmentur; unde ingenioſam educit reſponſionem, qua vulgaris illa contra mundi æternitatem ruat objectio, quod hiſtorici gentis cujuſque primordia aſſignent, quam ſic fortius urgebat Lucretius:

Laërt. in ejus vita.

Var. hiſt. l. 3. c. de Mida & Sileno.

Lib. 5.

Præterea ſi nulla fuit genitalis origo
Terrai, & cæli, ſemperque æterna fuere:
Cur ſupra bellum Thebanum, & funera Trojæ

Non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Non alias alii quoque res cecinere Poëtæ?
Quo tot facta virûm toties cecidere? neque uſquam.
Æternis famæ monumentis inſita florent?
Verum (ut opinor) habet novitatem ſumma, recenſque
Naturæ mundi, neque pridem exordia cepit.

hanc vero ex tradito excludit dogmate, hujuſmodique mutationes violentas id monet præſtare, quod ea aſſignentur primordia; ut dum ab Inacho Argivo Græcam hiſtoriam ſua deducere initia conſpicimus; non quod revera Inachus prænobilium gentis illius geſtorum primævus auctor fuerit, indeque gentes illæ natales deprompſerint: ſed quia ex aliqua mutatione magna, quæ Inacho vivente contigit, abolita prioris ævi memoria, ex illius ætate hiſtoriarum exordia emanarunt. monetque ulterius auctor, quod & alias barbara fuit Græcia, rurſumque eadem ſubibit fata, quibus illa nunc miſerrime premitur, quæ (ut dicebat Busbequius) *quondam florentiſſima, nunc indigna premitur ſervitute: bonarum olim artium omniſque liberalioris doctrinæ inventrix humanitatem, quam nobis tradidit, repoſcere videtur, & opem pro jure communium ſacrorum adverſus Scythicam barbariem implorare*; idque nedum novis gentium coloniis immutata, verum naturæ ipſius valido opere, quæ licet perfectior nunquam fiat, vel imperfectior, ratione tamen noſtri violentis preſſa mutationibus nova videtur accerſere principia: harum ſcilicet impetu, præcedentium ſæculorum deleta memoria hiſtoricique monumentis deperditis, quod exacte Plato pariter *in Timæo*, & Ariſtoteles *d. cap. ult.* 4. *meteor.* expreſſit, idque reſpiciens Horatius canebat:

Legat. Turc. epiſt. 1.

L. 4. od. 9.

Vixere fortes ante Agamemnona
Multi, ſed omnes illachrymabiles
Vrgentur, ignotique longa nocte.

quare violentæ mutationis vi, quæ, circuitu quodam magno, magna veluti totius terræ hyems contingat, (ut *d. cap. ult.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

dicebat Philoſophus) cum præteritorum memoria abolea tur, inde nova contingit homines illuſtrium geſtorum acc pere exordia.

Text. ult. Elegans dictorum in tribus hiſce capitibus epilogus.

Περὶ μὲν τῦ ὅλυ καὶ παντὸς, ἔτι δὲ. 1. καὶ γενέσεως καὶ φθορᾶς τῆς ἐν αὐτῷ 2. γινομένης ὡς. 3. ἄτως ἔχει, καὶ ἕξει τὸν ἅπαντα αἰῶνα, τὸ μὲν ἀκινήτυ φύσεως ὄντος, τὸ δ' ἀεικινήτυ, καὶ τὸ μὲν ἀεὶ κυβερνώντος, τὸ δὲ κυβερνωμένης, ἱκανῶς μοι εἴρηται περὶ τύτων.

1. B. nec v. non habet δὲ. 2. N. l. ἑαυτῷ im. ex. V. & B. 3. B. non habet ὡς nec V.

De toto quidem igitur & universo, adhuc autem de ortu, & interitu, qui in ipso fiunt, quod sic se habet & habebit per omne sæculum, hac quidem semper movente natura existente, altera vero semper gubernante, altera vero gubernata satis à me dictum sit per hæc.

PARAPHRASIS.

DE universo igitur hæc dicta sufficiant, simulque de ortu, & interitu, qui in eo continuo apparent, ac de ipsius conditione, qua æterno tempore permanebit ex duabus constitutum partibus, quarum prior semper agat, moveat, & gubernet, altera vero patiatur, moveatur, & ab eadem gubernetur.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

EA ſingula, quibus Vniverſi naturam expreſſit auctor, eleganti claudit epilogo, ac monet ſe conditiones univerſi ſatis aſſignaſſe, ortus pariter, & interitus, qui in ipſo occurrunt, quanam ſcilicet ratione contingant, & quod in æterno vigeant tempore in univerſo, cujus ſuprema pars rationem moventis principii induat, inferior vero patientis, ac moti; confundit ſiquidem auctor movere, & agere, ac moveri, & pati, quoniam maxima in iis terminis occurrat affinitas, licet, ut obſervavit Ariſtoteles 1. *de gen.* 45. in hoc differant, quod movere univerſalius quidpiam ſit, quam agere; & moveri, quam pati: cum enim actio opponatur paſſioni, & hæc in ſola contingat alteratione per paſſibiles qualitates, actio pariter has tantum reſpiciet, dum contraria idem ſubjectum expetant 5. *met.* 16. quare cum motus extra has etiam vigeat, nam & in aliis contingit prædicamentis 5. *phyſ.* 18. quid certe univerſalius complectetur vox movere, quam agere: & moveri, quam pati, ut omne agens ſit movens, non è converſo: unde licet adnotare, quam profunde ſua proferre dogmata conſueverit Ariſtoteles, qui cum dixiſſet aliud eſſe τὸ ποιητικὸν καὶ παθητικὸν (*activuum, & paſſivum*) ſubdidit καὶ ὅλως κινητικόν τε καὶ κινετόν. (*atque omnino motivum, & mobile*) 3. *phyſ. t.* 3. magis has, quam illas voces complecti acute expreſſurus. Ad illudque idem quod modo contemplabamur reſpiciens Ocellus, ſubdit priorem univerſi partem gubernare, alteram vero ſemper gubernari, eo pacto, quo operis de lege fragmentum *in 2. hujus operis parte* exponentes obſervabimus, quia ſcilicet à ſuperiori parte inferior hæc portio omnes ſuos motus, ac influxus recipit, quem loquendi modum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

inferiorem partem à cæleſti pendere indicans Ariſtoteles *meteor.* 1. *cap.* 2. imitabatur dicens, ἔστι δ' ἐξ ἀνάγκης συνεχής πως ἕτερος ταῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν. (*eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, ut omnis ipſius virtus inde gubernetur.*)

FINIS PARTIS PHYSICÆ.

ΩΚΕΛ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ΩΚΕΛΛΟΣ Ο ΛΕΥΚΑΝΟΣ
ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ
Περὶ τῆς τοῦ Παντὸς φύσεως.

OCELLVS LVCANVS
PHILOSOPHVS
DE VNIVERSI NATVRA.

Textum è Græco in Latinum tranſtulit, collatiſque multis exemplaribus etiam M. SS. emendavit, Paraphraſi, & Commentario illuſtravit

CAROLVS EMMANVEL VIZZANIVS
BONONIENSIS.

PARS POLITICA.

Cui acceſſerunt V. C. Ludovici Nogarolæ in eundem notæ, ejuſdem Ocelli de Legibus fragmentum, unaque locupletiſſimus Index.

Ad Eminentiſſ. & Reverendiſſ. Principem

FRANCISCVM BARBERINVM,
S. R. E. Card. Vicecancellarium.

AMSTELÆDAMI,
Apud JOANNEM BLAEV.
M DC LXI.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

OCELLVS LVCANVS DE NATVRA VNIVERSI.

PARS POLITICA.

Text. 1. Non voluptatis, ſed ſuſcipiendæ prolis gratia concumbendum.

Περὶ γὰρ τῶν ἐκ τῶν ἀλλήλων ἀνθρώπων γενέσεως, ὅπως τε, καὶ ἐκ τίνων ἔσται, καὶ τέλον ἐπιτελέμενα, νόμῳ τε καὶ σωφροσύνης καὶ ὁσιότητος 1. ἐπισυνεργούσης, τάδε καλῶς ἔχειν οἰόμαι πρῶτον μὲν τοῦτο ὑπολαβεῖν, ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα συγκείμεθα, ἀλλὰ τέκνων γενέσεως.

Al. 1. σωφροσύνη, καὶ ὁσιότης.

AT de hominum generatione ex ſe invicem, quomodo, & ex quibus recta ratione perficiatur, legem temperantia, & ſanctitate coadjuvante, bene quidem ſe habere puto, primo quidem hoc aſſumere, quod non delectationis gratia concumbimus, ſed filiorum generationis.

PARAPHRASIS.

HOminum generationem ex ſe invicem ſi velimus contemplari, qua ſcilicet ratione, & à quibus rite perficiatur, dum legum præcepta temperantia, & pietas concomitantur, id prius veluti ſpeculationis hujus principium certe ſtatuendum, quod hominem non voluptatis inde provenientis, at ſolius filiorum procreationis gratia decet concumbere. COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

VNiverſi natura in priore hujus operis parte, ea quam *ibi* monuimus ratione diligenter explicata, in altera, quam nunc aggredimur (ſupremi numinis implorato præſidio, quod, ut Simplicius monebat, vera ſcientiarum, & animarum eſt cauſa) Ocellus hominum ortus ſuis illuſtrare contendit ſpeculationibus, ac ea præcipue de hoc referre, quæ de ipſo Pythagoræos ſcimus obſervaſſe: ut non injuria à magno ad parvum mundum (hoc enim nomine à Pythagora *apud Photium* homo inſignitur) videatur digreſſus, in quorum operibus quandam, nec ignobilem vigere proportionem, & ipſe Ariſtoteles *phyſ.* 8. 18. ſenſiſſe videtur: ideoque auctor ut in præcedenti parte univerſi æternitatem, & eam, quæ in eo contingit, entium mutuam generationem voluit contemplari, hoc idem nunc videtur præſtare, dum humanæ generationis, nec ignobilia locat fundamenta, eo quia entibus caducis, quale eſt homo, ſi mentem demas, quæ divinum quiddam eſt, & immortale 2. *de gen. an. cap.* 3. æternitas ortus tantum beneficio confertur, quæ hujus eſt finis, ut mox *ſeq. textu* contemplabimur: humanum autem ortum non ita conſiderat, ac ſi rationem, qua homo progignitur, velit aſſignare: in hoc enim & ipſe homo cum cæteris perfectis animalibus communicat, ſed Ocellus de humano ortu potius politice diſſerit, ea ſcilicet doctiſſime tradendo, quæ perfecti fœtus, & Reipublicæ utilis productionem, ac ejuſdem rectam educationem præcipue attingant. & idcirco in hoc textu nobile conſtituturus axioma, quod ſuarum veluti ſpeculationum primum ſit, ac validum fundamentum: ait agendum de mutua hominum generatione, qua potiſſimum ratione illa perfectiſſime exerceatur, non concubitus ope, at per præſidia ulterius, quæ *legi* concubitus vagos & adulteria excludenti, ac

c. 1. t. 1.

In proœ. lib. de an. Mens Auctoris in hac 2. parte.

In Bibl. in excerpt. è vita Pythag. Homo parvus mundus.

Hominis ortus qua ratione conſideretur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Temperantia inter conjuges.

legitimam prolem ad fœtus ex juſtis nuptiis procreatos rediGenti longe utiliſſima *temperantia, & pietas* afferre conſueverunt. Dicitur vero temperantia plurimum legi conferre in matrimoniis, quatenus lex quidem vagos arcet concubitus, & matrimonia fovet, non tamen inter conjuges determinatam coitus ſtatuit vel prohibet frequentiam,quam nobis cum dictet temperantia, & rarus Venereorum uſus multum fœtus conducat productioni, ut infra obſervabimus, jure dicit quo ad humanam generationem legem à temperantia præſidia captare. quod vero dicebam modo à temperantia concubitus frequentiam arceri inde aperte liquet, quod ipſa mediocritas quædam circa voluptates, ac eas præcipue, quæ tactum ſpectant cum definiatur *eth. 3. cap. 13.* (licet enim & in ſenſu guſtus vigeat, id eatenus contingit, quatenus ut monemur *2. de an. 94.* guſtus eſt quædam ſpecies tactus, ut *d. cap. 13.* Phyloxeni Eryxii guttur ſibi longius gruis collo dari exoptantis, exemplo comprobatur.) is utique, qui frequenti concubitu ſua expleat deſideria, erit intemperans, dum tota Venereorum delectatio ab ea, quæ per tactum emanat delectatione progignatur *ibid.* è qua mediocritatem certe, quam reſpicit temperantia, excludet frequentia ut illi oppoſita; eoque magis quod ſenſilium voluptatum venereæ habentur maximæ, ideoque conſonum dicebat Athenæus harum aſſequendarum gratia pejeranti Deos veniam indulgere, unde Tibullus :

Temperantia quid.

An in guſtu.

Venereorum delectatio unde.

Voluptatum maxima.

dipnoſ. l. 12. cap. 1.

l. p. eleg. 4.

Iuramenta amantium irrita.

Nec jurare time, Veneris perjuria venti
Irrita per terras, & freta ſumma ferunt.
Gratia magna Iovi, vetuit pater ipſe valere
Iuraſſet cupide quidquid ineptus amor.

Sed recte ſane hæc prolata dicet quiſpiam, quid tamen rei pietati cum concubitu, qui ad generationem dirigitur, ac præcipue penes Ethnicum? dicendum pietatem ab Ocello ideo exigi,dum inferius in locis ſacris venereorum uſum velit pro-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

prohibere, qui enim ibi exerceretur concubitus à pietate longe abhorreret, honorem enim Deo præstitum respicit pietas, ac præcipue penes Pythagoræos, Pythagoræus Clinias dicebat, διδάσκειν ἐν δεῖ τὸς νέους ἐξ ἀρχᾶς πάντι θεῶν τιμὰν, καὶ τὰν τ̃ νόμων. ἐκ τ̃ δὲ γὰ φανερὸν ἂν εἴη, ὅτι πᾶν ἔργον ἀνθρώπινον, καὶ βίᾳ ὁσιωτάτοις καὶ εὐσεβείας μεθέξει. (*quocirca sunt initio juvenes, & Deorum, & legum honorem docendi. sic etenim omne factum humanum, totaque vita sanctimoniæ, pietatisque particeps erit*) hic vero Deorum cultus certe corrueret, si in locis Deo peculiari quadam ratione consecratis impudici actus exercerentur: si enim ex eo quod Dii à civibus sint colendi inferebat Aristoteles sacerdotia non esse viris committenda, qui vilibus immiscerentur exercitiis *polit. 7. cap. 9.* quo magis incongruum foret iis in locis, in quibus hujusmodi cultus debeat vigere, non vilia tantum, at maxime impura opera, exerceri, quorum sola memoria vel voce pudici animi deterrentur, & hæc sensisse Ocellum inde suadetur, quod hic *t. 9.* coitus frequentiam, & 13. illius in locis sacris damnat exercitium, hominis generationem ad rectam rationis normam *seqq. quibuslibet text.* tentans traducere. id ut fiat, certissimi axiomatis loco docet statuendum, quod non voluptatis, at procreandæ sobolis causa mulieribus admiscemur, ut *seq. textu* eleganter ostendetur: & id etiam respiciendo ingeniose pietatem in concubitu expetiisse Ocellum affirmabimus Pythagoræ placitis adhærendo, qui liberorum procreationi ideo tantum suadebat incumbendum, ἕνεκα τ̃ καταλιπεῖν ἕτερον ἀνθ' ἑαυτ̃ θεῶν θεραπόντην (*gratia relinquendi alterum pro se ipso Deorum cultorem.*) duo igitur in ipso congressu cum contingant, ea videlicet, quæ inde emanat sobolis generatio, ac voluptas præterea, quæ tum semine, cum etiam spiritu exeunte prodit 1. *de gen. an. cap.* 20. non hanc, sed illam proprium veluti congressus finem naturam constituisse erit asserendum, parique ratione ipsum tantummodo vir temperans in

Ex Stob. serm. 1.

Vilia exercentes à Sacerdotio excludunt ut & impura opera in locis sacris damnata sunt.

Iambl. in vita Pyth. cap. 18.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Finis congressus debet esse sobolis generatio, voluptas vero per accidens se habet.

concubitu expetet. hunc siquidem natura non instituit, ut per ipsum delectatione animalia afficeret, sed potius illi voluptatem voluit addidisse, ut inde vehementius animal ad coitum alliceretur, ac ut longe uberior prodiret generatio, ad opus illud servile, cujus nullum salubrem usum apud Galenum monebat Epicurus, facilius excitaretur. *sect.* 4. *probl.* 16. quod & observabat Magnus Albertus, addens præterea quod ea delectatione secluſa coitum abhorrerent animalia, ideoque ulterius etiam gravedine cum premantur utero gerentia, cruciatibusque dum pariunt afficiantur, solicitudine quin imo nutriendi fœtus agitentur, animalium genus utique periret, ni vehementi delectatione ad concubitus ipsa impellerentur. licet vero cunctis animalibus proprium veluti concubitus finem fœtus generationem præscripserit, quæ cum expleri nequeat, si fœmina mare destituatur, vel è converso, inde mutuo alterius uterque premitur desiderio. hoc tamen inter bruta, & hominem viget discrimen, quod in illis sobolis tantum progignendæ gratia mas fœminæ conjungitur, at homines nedum prolis desiderio illecti, at eorum etiam quæ civilem vitam respiciunt comparandorum causa simul vivere consueverunt, eorumque inde amoris efficax quoddam vinculum liberi constituuntur, & ideo conjugum qui liberis careant amores citius evanescunt, cum commune ipsis bonum sint filii, ac illius quod commune est munus peculiare sit connectere, *eth.* 8. *cap.* 14. quem conjugum nexum prodeuntem à liberis respiciens Euripides filios κοινωνίαν (*communionem*) nuncupavit Herculem inducens dicentem:

Art. med. l 3. de animal l. 22 cap. 1.

Homo solus inter alia animalia conjunctionem cum fœmina, non tantum propter sobolem, & voluptatem, sed etiam propter vitam civilem appetit.

In Hercul. fur. scen. ult.

Πρὸς στέρν' ἑρείσας μητρὶ, δοὺς τ' ἐς ἀγκάλας
Κοινωνίαν δύσηνον ———

(*admovens ad pectus matris, & dans in ulnas communionem miseram.*) & jure fœtum, quem sibi proprium nec vir nec uxor potest asserere, communionem Poëta nuncupavit, quia ut ajebat Plutarchus corpora in concubitu miscet natura, ut

Præc. connub. 20.

decerpta

decerpta ex utroque conjuge portione, ſimulque confuſa, quod inde oritur, utrique præbeat commune, ac neuter ipſorum diſcernere queat propriumne ſit, an alienum. Ne objiciat aliquis animalia congredi delectationis cauſa, non progignendæ prolis, illam uſu experta, hanc noſſe impotentia, præcipue ſi de maribus ſit ſermo, cum diſcurrentis tantum ſit noſſe generationem prolis ex coitu prodire. facillime enim corruet dubitatio, ſi conſideretur ſapientes edocuiſſe, & bruta finis intuitu operari, non quia perfectam finis notitiam iis elargita fuerit natura, ſed quia diriguntur à cognoſcente finem, quod vel frequens teſtatur apis exemplum, quam provide ſemper operari nemo non obſtupuit:

Bruta in coitu diriguntur à cognoſcente finem. *Ovid. met.* 15.

Nonne vides, quos cera tegit ſex angula fœtus
Melliferarum apum ———

& tamen apis certe ignorat cur cellulas hexagonas efformat, idiotam enim ape ſapientiorem ut intellectu præditum ſi interroges cur id fiat, non reſpondebit certe ideo illud apem præſtare, quia inter figuras totum replentes ſpatium, qualis eſt hexagona, quadrata, & trigona, nulla magis circuli naturam æmuletur, qui inter figuras majus ſpatium æquali ambitu complectitur. ſed hujuſmodi opera præſtant animalia, quatenus in illa cæco quodam naturæ impetu feruntur, non ſecus quam ſagitta ſcopum attingit ſibi quidem ignotum, at homini ipſam dirigenti notiſſimum. quare prædicta magis ab homine erunt præſtanda, qui intellectu præditus naturæ ductu non indiget, at à natura ut cætera dirigeret entia, fuit productus: ideoque ſolo prolis appetitu ad venerea hominem æquum eſt impelli, quod & ipſa obſervavit juris prudentia, dum lege Papia prævisum fuit ne ſexagenario major uxorem *Cap. 6.* duceret propter effœtam ætatem, cum nuptiæ liberorum cauſa contraherentur, ut notavit eruditiſſimus Io. Rhodius in ſua eleganti diſſertat. de Acia.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Text. 2.

Propoſitum axioma confirmatur.

Καὶ γὰρ αὐτὰς τὰς δυνάμεις, καὶ τὰ ὄργανα καὶ τὰς ὀρέξεις, τὰς πρὸς τὴν μίξιν, οὐ διὰ τὸ θεῖ δεδομένας τοῖς ἀνθρώποις, οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα δεδόσθαι συμβέβηκεν, ἀλλὰ τὸ εἰς τὸν ἀεὶ χρόνον διαμενῆς τὸ γένος· ἐπειδὴ γὰρ ἀμήχανον. 1. ὦ. 2. ἦν τὸν φύντα θείᾳ βίᾳ κοινωνῆσαι, τῆς τὸ γένος, ἀθανασίας φθειρομένης, καθ' ἕκαστον ἀνεπλήρωσεν ὁ θεὸς, ἀκαταλεκτον ποιήσας καὶ συνεχῆ ταύτην γένεσιν. ἓν οὖν πρῶτον δεῖ θεωρεῖν ὅτι οὐχ ἡδονῆς ἕνεκα ἡ μίξις.

1. N. non habet ἀμήχανον ad ex VV. & 2. V. non ὦ sed ὄν.

Etenim ipſas facultates & inſtrumenta & appetitu ad concubitum hominibus à De datos non delectationis grati dari contigit, ſed ut ſemper eo rum genus permaneret : quoniam enim erat impoſſibile natum mortalem immortalem vitam participare generis perennitate corrupta, ſecundũ unumquemque implevit Deus indeficientem faciens & continuam hanc generationem. unum hoc igitur primo oportet ſpeculari, quod non delectationis gratia concubitus.

PARAPHRASIS.

FAcultates enim, organa & appetitus, quibus ad concubitum excitaretur, homini non ideo Deus eſt elargitus, ut ipſe voluptatibus potiretur, ſed potius ut humano generi æternitas inde conferretur. divinæ ſiquidem vitæ participem eſſe hominem, qui mortalis genitus eſt, cum foret impoſſibile, hanc generi conferri oportuit, ideoque ipſam in ſingulis ſupplevit Deus, ac perenn-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

rennem, & continuum ortum conſtituit. hinc igitur inferendum non voluptatis gratia eſſe concumbendum.

COMMENTARIVS.

SIngulorum quæ de humano ortu recenſere ſtatuit Ocellus ſolidum veluti fundamentum hoc *in præced.* celeberrimum locavit axioma, non delectationis, at ſuſcipiendæ prolis intuitu eſſe concumbendum: id vero præcipue principii conditio cum exigat *poſt.* 1. *t.* 5. quod tam valida illi adhæreat fide eruditorum animus, quod inde nullo queat quantumvis præpotenti impulſu divelli, nunc auctor ideo principium illud eleganti munit ratione ex fine generationis deſumpta: & jure quidem, cum finis cauſa cauſarum à Philoſophis ubique dicatur, primaſque ſemper cauſas ſcientia expoſcat *phyſ.* 2. 27. docet igitur Ocellus, quod in homine cum adſint facultas, organa, & appetitus ad coitum, hæc omnia non ideo illi tributa, ut libidini ſatisfacturus fœdas ex actu venereo voluptates captaret, ſed ut proprio generi perpetuitatem generationis ope conferret. nec inconſulto nedum facultatis, at organi præterea, & appetitus meminit, quia his omnibus quidquid ad generationis opus concurrit, abunde exprimitur: motus enim cujuslibet principium eſt appetitus 3. *de an.* 48. & niſi adſit facultas nullum prodibit opus, ac tandem organorum præſidio facultates ſua munia exercent, ut ideo videamus, quo viventia ſunt perfectiora, majoribuſque ideo prædita facultatibus, eo majori apparatu organorum refulgere. prædicta pariter tria recenſebat Ariſtoteles dum 1. *de gen. an. cap.* 2. partes ideo mari & fæminæ præſtitas obſervaret, quas late *de hiſt. an. lib.* 3. *uſque ad cap.* 16. una cum eorum muniis acutiſſime expreſſit. Hæc autem ſingula homini naturam fuiſſe elargitam non ut voluptati

Principii conditio.

Perfecta animalia cur maxime organica.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ptati deditus venerea exerceret, ſed ut horum ope ſuo generi æternitatem tribueret, ex eo infert, quod non alia ratione humanum genus continuo permaneret, cum enim id quod mortale genitum eſt, divinæ hoc eſt immortalis vitæ particeps reddi nequeat, quale eſt animal quodque; tum ſi materiæ naturam ſpectemus, quæ cum potentiam ad quaslibet formas fuerit ſortita, quacunque potiatur, cæteras adhuc avidiſſime expoſcit, eamque idcirco rejicere, ut cæteris inde queat gaudere, nativo exoptat appetitu: cum etiam ſi corpora ſimplicia, è quibus mixtum unumquodque perfectum coaleſcit 2. *de ortu* 49. intueamur; contrariis enim hæc prædita facultatibus aſſidue pugnantia cum mixtum conſtituant, ut eorum altero tandem ſuccumbente mixtum miſerrime corruat, operantur, ideoque ſicuti generationem, ita & mortem cuique animali communem dicebat Ariſtoteles *de reſpir. cap.* 17. hinc igitur corruptioni obnoxia cum ſint quælibet animalia, eorum genus, quod in individuorum vita tantummodo ſubſiſtit perire oportebit, & æternitate deſtitui: idcirco ſummus opifex infinita hanc labem ſupplevit providentia, & ortus beneficio caducum animal ad æternitatem protraxit, dum continuam reddens generationem illius valido effecit præſidio, ut nova in dies individua prodirent, & hac ratione animal per ſe caducum ſpeciem diffunderet, ac æternitatem ſuo generi conferret, unde eleganter Seneca:

Cur omne animal corruptibile.

Per generationem æternitas ſpecierum.

In Hippolyto.

Providit ille maximus mundi parens,
Cum tam rapaces cerneret fati minas,
Vt damna ſemper ſobole repararet nova.
Excedat agedum rebus humanis Venus,
Quæ ſupplet, ac reſtituit humanum genus,
Orbis jacebit ſqualido turpis ſitu,
Vacuum ſine ullis claſſibus ſtabit mare,
Aleſque cælo deerit, & ſylvis fera,
Solis & aër pervius ventis erit.

ſi igitur

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

si igitur à Deo idcirco institutus tantummodo Venereorum usus, ut species ipsa perpetuitatis particeps reddatur, non decebit hominem venereis inhiare modicæ delectationis inde provenientis gratia, sed suscipiendæ prolis, ut hic auctor profitetur; quod præclare Essæi videntur observasse, qui *apud Iosephum* à prægnantis uxoris concubitu atroci ceu crimine prorsus abhorrebant, ut illos ad Venerea non inanis appetitu voluptatis, sed solo prolis desiderio appareret impelli, unde liqueat non omnino vera protulisse Alexandrum, dum Essæos à conjugiis monebat abstinere, qui eorum fortasse præcipuos respexit, id inviolabili instituto (ut *ibid.* dicitur) præstantes, juxta eorum sectæ decreta, à Iosepho sectas omnes Iudæorum, ac eorum placita recensente, & à Philone abunde recensita, qui illos ab uxoribus veluti vitæ tranquillitati parum commodis abstinuisse commemorant. Primum vero ac præcipuum concubitus finem esse prolem, ut inde genus perpetuitatem consequatur; hinc forsitan Academia, & Peripatus unanimes agnovere: Plato enim unicuique uxorem ducere ideo præscribebat, quia hac ratione τὸ ἀνθρώπινον γένος φύσει τινὶ μετείληφεν ἀθανασίας· ἔ καὶ πέφυκεν ἐπιθυμίαν ἔχειν πᾶς πάσων. (*natura quadam humanum genus quodammodo immortalitatem consequitur, cujus rei quisque natura summopere cupidus est*) & paulo post: γένος ἂν ἀνθρώπων ἐσί τι ξυμφυὲς τῷ παντὸς χρόνῳ, ὁ λαὸ τέλος αὐτῷ ξωέπεται καὶ συνέψεται τούτῳ τῷ τρόπῳ ἀθάνατον ἔν· τῷ παῖδας παίδων καταλιπόμενον ταυτὸν καὶ ἓν ὂν ἀεὶ γένει τ ἀθανασίας μετειληφέναι. (*genus itaque hominum immortale hoc modo in sempiternum perdurat, quod filiorum filios relinquendo, unum & idem semper per generationem immortalitatem adipiscatur.*) idem quoque & ipse confessus est Aristoteles, dum primo in civili vita jungendos marem & fœminam *polit.* 1. *cap.* 2. docebat generationis gratia, καὶ τοῦτο οὐκ ἐκ προαιρέσεως, ἀλλ' ὥσπερ καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις ζώοις καὶ φυτοῖς φυσικὸν τὸ ἐφιέσθαι, οἷον αὐτὸ, τοιοῦτον καταλιπεῖν ἕτερον. (*& hoc non*

Essæi cum uxore prægnante non coibant. *De bel. Iud. l. 2. cap. 7.*

De gen. l. 6. c. 12.

Ant. Iud. l. 18. c. 2. in libello quod omnis probus liber.

Cum Ocello Platonis, & Aristotelis consensus. *4. de leg. in fine.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ex electione, sed velut in cæteris animalibus & plantis naturale est desiderium, quale ipsum est tale alterum relinquendi) imo egregie Ocellum æmulatus, in celebri illo *t.* 34. 2. *de an.* dicebat, Φυσικώτατον τῶν ἐν τοῖς ζῶσιν ἔργων, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πηρώματα, ἢ τὴν γένεσιν αὐτόματον ἔχει, τὸ ποιῆσαι ἕτερον οἷον αὐτό, ζῶον μὲν ζῶον, φυτὸν ἢ φυτὸν, ἵνα τοῦ ἀεὶ καὶ τοῦ θείου μετέχωσιν, ᾗ δύνανται. πάντα γὰρ ἐκείνου ὀρέγεται, καὶ ἐκείνου ἕνεκα πράττει ὅσα κατὰ φύσιν πράττει. (*naturalissimum enim operum, quæ in viventibus quæcunque perfecta, & non mutilata sunt, aut generationem spontaneam habent est facere aliud quale ipsum, animal quidem animal, plantam autem plantam, ut ipso semper & divino participent, secundum quod possunt, omnia enim illud appetunt, & illius causa agunt omnia, quæcunque agunt secundum naturam.*) quæ postrema certe verba eam prorsus elidunt difficultatem quam quis facile excitasset, mortalium scilicet plerosque Venereis operam impense præstare nullo prolis suscipiendæ desiderio, at solius explendæ libidinis, & delectationis gratia. hos enim jura naturæ negligere & intemperanti, qui sola deceat bruta, appetitu trahi apparet, ideoque tradito axiomate non comprehendi, quod ea tantum respicit agentia, quæ naturæ monita sequantur, quæ ab aliquibus dementer contemni nil mirum, dum homini pariter nutrientem facultatem natura contulerit ut se ipsum conservaret, apposita ulterius delectatione gustus, ut inde magis ad cibos captandos illectus jucundum discerneret ac molestum *de sens. & sens. cap.* 1. & tamen multos conspicimus, qui intemperantiæ dediti non nutritionis, at solius delectationis gratia cibaria exposcunt, illo quinimo naturæ munere ita abutuntur, ut contrarium inde eliciant opus: cibi enim usus animali tributus est, ut vitam conservaret, nam vivimus quousque nutrimur 1. *de gen.* 41. illi tamen cibi copia se obruentes, morbis obnoxii fiunt, & vitam perdunt, nam:

Cur naturale unicuique generare sibi simile.

Iuven. sat. 3.

Plurimus hic æger moritur vigilando: sed illum

Lan-

Languorem peperit cibus imperfectus, & hærens
Ardenti ſtomacho.

nec quis dicat mortalium quam plurimos ſolius delectationis cauſa concumbere, ac ſi inſana illorum multitudo non prolem, ſed delectationem verum concubitus finem eſſe poſſet perſuadere. id ſiquidem ea corruet ratione, qua Doctor Sanctiſſimus ſatisfecit quærentibus quanam ratione Aſtrologi plura conjicerent opera hominum, quæ tamen à voluntate libera emanarent, quæ corpori cum ſit immixta 3. *de an. t.* 4. *& ſeqq.* ideoque aſtris nobilior, eorum utique potenti non ſubjicietur imperio: docebat ſcilicet Sapientiſſimus Aquinas ſenſus tantummodo aſtris ſubeſſe, eorumque opera Aſtrologiæ beneficio prænoſci, verum quia in homine ſenſus quidem voluntati ſubjicitur, ſi recta rationis præſcripta ſectetur, at ille ut plurimum propriæ conditionis immemor vitæ habenas ſenſui libere regendas quam ſtolidiſſime permittit, mirum non erit pleraque Aſtrologos conjicere, cum ſubſint aſtris ſenſus, quibus ſe ipſos mortalium plerique omnino committere non erubeſcunt. pari & nos ratione dicemus hominum pleroſque in concubitus ferri potius libidinis, quam ſuſcipiendæ prolis cauſa, quia à rectis naturæ recedunt inſtitutis, & humanæ ſortis obliti ſenſuum illecebris brutorum inſtar opprimuntur. Nec falſum eſſe bruta in concubitus ferri conſervandæ ſpeciei gratia quiſpiam hinc inferat. nam dicemus id vere naturam expetere, à qua in ſuis operibus ipſa quam certiſſime diriguntur, licet hunc finem non cognoſcant, at ſuperius *t.* 1. monuimus, & ad ipſum per delectationem ex eo actu provenientem excitantur, ut *ibid.* diximus. nedum vero Ocelli ſententiam prædictis locis feliciter imitatus eſt Ariſtoteles, ſed etiam ab illius dictione non abhorruit, ſiquidem effectricem conſiderans cauſam, per quam generationi perpetuitas confertur, (quam pariter Auctor in parte phyſica *cap.* 2. *text. ultimis* contemplabatur) 2. *de gen.* 59. dicebat, quod ſingula

p. parte q. 115. art. 4. ad 3. Aſtrologi quomodo mores hominum poſſint conjicere.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

individua ſemper eſſe cum foret impoſſibile, σωεπλήρωσε τὸ ὅλον ὁ Θεὸς, ἐντελεχῆ ποιήσας τὴν γένεσιν, (*complevit totum Deus continuam faciens generationem*) è quibus verbis Deum in via Peripatetica univerſi effectricem cauſam inferebat Scaliger. ut igitur ſpecies conſerventur, ſi Deus voluit genus æternum permanere generationis beneficio, profecto non voluptas, at prolis deſiderium conjuges ad concubitus excitabit. hæc verò univerſi conſervatio à Deo, & natura expetita, ac per generationem inſtituta, qua proli parentes,

De ſubtil. exerc. 61. nu. 3.

Lucr. l. 2. —— *quaſi curſores vitai lampada tradunt*,

maxime apparet, ſi per ſingula entium genera intellectus divagetur: hanc enim vel provida cura in imperfectioribus, vel amoris ſtimulis in perfectis, vel etiam ſuperaddito immortalitatis deſiderio in viventium perfectiſſimo æternitatem conſequi natura tentavit. ſi elementa, quæ præcipuam univerſi partem conſtituunt intueamur, hæc ut omnium maxime neceſſaria ita ſervantur à natura, ut invicem apta immutari, in mutuam conſervationem quamvis contraria conſpirent; & ſic ea deficere ſit impoſſibile; eorum pariter ordinem mixta anima carentia ſequuntur, hæc quippe ſolis beneficio & mutuæ elementorum actionis ope in montium intima parte, ac in ipſius terræ ſinu veluti dilecta proles aſſidue producuntur, reparantur, foventur. non diſſimili quoque ratione in plantarum conſervandis, ac promovendis fœtibus, denegato etiam quolibet artis humanæ præſidio, deditam videmus naturam, eoque majori dilectione, quo magis ab ea ſua ſponte prodiere, ut vere maternus in his refulgeat amor, qui vix erga eas novercalis apparet, quas diligens agricolæ manus eidem commiſit educandas. ſic ſtirpanimalia ex fluviorum, & æquoris ſpuma cum fœcundiſſime progignantur, nunquam ceſſabunt, cum producente cauſa ea carere impoſſibile videatur: nec diſſimilis viget ratio in iis, quæ è putri prodeunt: unde tam ſollicitam in vilibus his entibus generationis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tionis ope conſervandis cum videamus naturam, illam facile liceret odiſſe, quod nulla nobis præbens hujuſmodi præſidia, noſtræ conſervationem ſpeciei nobis omnino quærendam relinquere videatur, niſi & longe majora, ac certiora nobis indulſiſſet præſidia, per quæ perfectiſſimum viventium genus perfectiſſime conſervaretur. perfectis ſcilicet animalibus illa non tam faciles ortus permiſit vias, ut eorum perfectioni prorſus incongruas : tam vivida tamen amoris in eorum pectoribus inſevit ſemina, ut vehementi propenſione in Venerem percita non poſſent in ſuam ſpeciem conſervandam non ferri, imo præ hujus amore propria commoda plerumque negligerent, unde inops ille apud Claudianum dicebat :

Paupertas me ſæva domat, diruſque Cupido :
Sed toleranda fames, non tolerandus amor.

homini vero cum Deus mentem ſit elargitus unaque immortalitatis deſiderium, progignendæ prolis facultatem amplo illi videtur dominio conceſſiſſe, dum illius beneficio ars ipſi, facultates, ac inſtrumenta occurrant, quibus & præſtantem gignere prolem, & jam genitam eleganter queat educare : cujus quanto feratur deſiderio natura, vel hoc uno voluit indicare, quod cæteris animalibus certa cum aſſignarit anni tempora, quibus in Venerem ferantur, hominem quocunque anni tempore Venereis propenſum eſſe voluit, ut univerſi bono tam aptum animal ſemper poſſet progigni. unde, quod petulans nimis videbatur Iuliæ Populiæ reſponſum (quæ obſtupeſcenti cuidam, cur cætera animalia certis tantum temporibus concubitus expeterent, quos tamen homo quolibet anni decurſu expoſceret, ideo id dixit contingere, quia bruta forent, ideoque ratione deſtituerentur) ad rectam normam traducere licebit, naturæ ſcilicet placita reſpiciendo, quæ Venereos illis appetitus non omni tempore excitaret, quia bruta cum forent, illa non tam ardenter expetebant : è quo inſtituto hoc etiam nobile Ocelli dogma confirmat, quod

Cur homo ſemper in Venerem feratur. *Macrob.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſcilicet præſtanti progignendæ proli cum omnia tempora non ſint apta, at plura exigantur, de quibus inferius *ſeqq. text.* ideo naturam voluiſſe quælibet tempora penes hominem Venereis eſſe apta, ut ipſe cognoſcens ſe nullis temporum premi anguſtiis, ea omitteret in exercendo concubitu momenta, quæ non prorſus illi congrua humana prudentia, & prævia dictaret cogitatio, illis tantum ad illud opus electis, quæ mox aſſignandæ circumſtantiæ aptiſſima indicarent, ſicque per generationem ſpeciei æternitas conferretur. cum his vero Ocelli placitis quam maxime ſapientiſſimi legumlatoris Charondæ Catanæi conſenſit prudentia. is enim Pythagoræ pariter diſcipulus in ſuarum proœmiis legum, quas à civibus quibuslibet nedum ſervari, at feſtis diebus poſt Pæanas memorari mandabat, ut longe rectius omnium animis inſererentur, ad honeſtos concubitus, proliſque deſiderium expreſſe invitabat, ex eo præcipue quod, ἡ φύσις τεκνοποιίας ἕνεκεν, οὐκ ἀκολασίας ἐποίησε τὴν σποράν. (*natura generandæ prolis gratia, non intemperantiæ, fecit ſemen.*)

Text. 3. Illud idem alia ratione ab Auctore probatur.

Ἔπειτα ἢ καὶ τὴν αὐτὴν τῷ ἀνθρώπῳ σωτάξιν πρὸς τὸ ὅλον, ὅτι μέρος ὑπάρχων οἴκου τε καὶ πόλεως, καὶ τὸ μέγιστον κόσμου, συμπληρῶν ὀφείλῃ. 1. τὸ ἀπογινόμενον. 2. τούτων ἕκαστον, ἐὰν μέλλῃ μήτε συγγενικῆς ἑστίας λειποτάκτης γινέσθαι, μήτε πολιτικῆς. 3. μήτε μὴν τῆς θείας.

1. al. l. ὀφείλειν. 2. V. ἀπογινόμενον & γίνεσθαι. 3. V. & A. πολίτης.

Deinde & ipſum homini ordinem cum univerſo, quia cum ſit pars domus & civitatis, & maxima mundi, complere debet ſingula, quæ in his deficiant, niſi futurus ſit aut cognati laris deſertor fieri, aut civilis vel ſane divini.

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

INde animadvertendum hominem referri ad universum, cum domus civitatis, & universi præcipua quædam pars sit, ideoque quidquid in his deficiat, ipsum supplere oportet, nisi domestici, civilis, ac divini laris impius veluti desertor velit reprehendi.

COMMENTARIVS.

PRincipium, à quo singula, quæ hic ingenioſe de humano ortu præscribuntur, prorsus pendent, *in præced.* cum statuerit auctor, non delectationis scilicet, sed suscipiendæ prolis causa esse concumbendum, illudque eleganti ratione à fine desumpta probaverit, idem nunc alia non ignobiliori sane ratione declarat è prestanti hominis conditione deprompta, per quam ipse à natura ad universi bonum, & conservationem peculiari quodam ordine dirigitur, ac si summam ideo generandæ prolis curam eum deceat præseferre, cum non alia ratione universum caducis entibus refertum conservari, ac æternitatem sortiri posse videatur. Quasi velit igitur hunc cum *præced. textu* connectere, rursusque ideo assumere verbum in illius calce collocatum, scilicet δεῖ θεωρεῖν (*oportet speculari*) id præcipue docet animadvertendum, quod hominis natura universum, hoc est ipsius universi bonum, & conservationem respiciat, idque vel ex eo apertissime apparet, quod singula quæ universum complectitur, hoc idem certe spectant, dum eorum quælibet propriæ veluti naturæ oblita universi saluti quam maxime dedita videamus, ut aperte demonstrat grave dum ascendit, ut vacuum ab universo excludatur,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

datur, & plerique alii hujuſmodi in rerum natura frequentes eventus oſtendant, quare idem magis ab homine præſtnadum, qui præſtantiſſima eſt univerſi pars, cum ſingulas fere inferiorum perfectiones, ſuo corpore, ac eas, ulterius, quibus ſuperiora gaudent, mente complectatur, ut homines ideo Lucianus jure, Deos mortales nuncuparit, nam:

In auct. vit. homo Deus mortalis. *Manil. aſtron. 2.*

Quis dubitet poſt hæc hominem conjungere cælo?
Eximiam natura dedit linguamque, capaxque
Ingenium, volucremque animum, quem denique in unum
Deſcendit Deus, atque habitat, ipſumque requirit.

id vero naturæ decretum, quod univerſi perfectionem ſingula reſpiciant, multo magis in homine vigere Peripateticæ quoque congruum eſt doctrinæ, ſiquidem Philoſophus 12. *met.* 52. ad univerſi bonum, illiuſque perfectionem cuncta nativo impulſu ferri docebat, non ſimili tamen ratione, nec ita ut eorum unum, alterum ipſorum, ſed omnia unum quodpiam ſcilicet univerſi bonum, & complementum per ſe reſpicerent & appeterent: hoc tamen elegans inter entia diſcrimen *ibi* obſervabat Ariſtoteles, quod uti in domo liberis quidquid libeat efficere non licet, at ea tantum vel plurima, quæ ad commune familiæ bonum dirigantur: at mancipiis & brutis parum operis, quod ad commune conferat, injungitur, at iis ut plurimum quidquid ſors tulerit, ut efficiant permittitur: pari ratione in univerſo contingit, quod entium alia nihil, alia vero plurimum in omnibus ipſi univerſo conferre oporteat: cum igitur homo ſit entium in hoc inferiori mundo perfectiſſimus, ad univerſi bonum ſingula ipſum opera dirigere neceſſe erit. unde facile licebit Ocello adducere, quod homo cum non tantum domus ſit pars, ut dicitur etiam *æconom.* 1. *cap.* 2. verum & civitatis, eo quod civitates primo quidem conſtitutæ ut homines viverent, at inde conſervatæ ut recte viverent, *polit.* 1. *cap.* 2. ac ſit præterea maxima, & perfectiſſima univerſi pars; utique ſi quid in unoquoque horum, ac præci-

Homo ad bonum univerſi dirigitur.

Homo pars domus, & civitatis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

præcipue in universo deficiat, illud necessario ipsum supplere, quoad ejus vires ferant, opus est : laborant enim omnes partes ut totum defendant & conservent, ut nostri corporis quælibet pars indicat; pro ipsius quinimo salute pericula inconsulto etiam subire non detrectant. manus enim ictibus se offert in ipso etiam infante, ut corpus illæsum servet. in universo igitur caducum mortalium genus hac acerba conditione cum prematur, quod deficiat, ni ab homine per generationem reparetur, patet utique id ab homine respiciendum, ac si concumbat, solo suscipiendæ prolis appetitu ipsum ad Venerea impelli decere; quod nisi præstet, ipsum domestici laris, ac civilis desertorem auctor dicit, eo quia conservandæ familiæ non inhiat, neque civitati, quæ ut monebat Iamblichus, ac testatur Philosophus *polit.* 1. *cap.* 3. ex domibus coalescit; Divini præterea desertorem imperii eundem nuncupat, quia summi opificis mandata negligit, qui, ut *præced. textu* dicebatur, humanum genus conservari exoptat, ideoque illius mortalitatem generationis beneficio abolevit, cujus ope domus, civitas, & ipsum universum conservetur, imo vult civiles cœtus maxime vigere; *nihil est enim illi principi Deo, qui omnem hunc mundum regit, quod quidem in terris fiat acceptius, quam concilia, cœtusque hominum jure sociati, quæ civitates appellantur.* has ideo per civium connubia cum servent, hæc expetentes legumlatores conspicimus vel à cœlibatu pœnis deterruisse, unde Plato civem, qui 35 annos natus uxorem non duxisset, determinata pœna statuit plectendum, ac iis privandum honoribus, quos juvenes senioribus exhibere consueverunt : vel eosdem legimus ad prolis multiplicem productionem homines præmiis invitasse, ut penes Lacedæmonios illi, qui tres filios genuissent, à custodia urbis; qui quatuor, à quibuslibet oneribus reddebantur immunes, ut referebat Aristoteles *polit.* 2. *cap.* 9. quod & viguit apud Romanos, unde eleganter

Vita Pyth. cap. 30.

Cic. in somn. Scip. Civitates Deo gratæ.

De leg. dial. 4. Cœlibatus apud antiquos damnatus.

Ius trium filiorum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

L. 2. Epigr. uxorem irridebat Martialis jure trium liberorum à principe donatus, cum cecinit:

Natorum mihi jus trium roganti
Musarum pretium dedit mearum
Solus qui poterat, valebis uxor,
Non decet domino perire munus.

In panegyric. ideoque jure Plinius dicebat, *locupletes ad tollendos liberos ingentia præmia, & pares pænæ cohortantur: pauperibus educandis una ratio est bonus princeps*, quæ gentium instituta respiciens Plutarchus, traditum hic etiam ab Ocello dogma brutorum exemplo confirmaturus, contra humanum genus sic ingenioſe simul ac vere exclamabat: *In opusc. de amore prolis.* ὅρα πῶς τὰς γάμους ὅσον ἐστὶν ἐν τοῖς ζώοις τὸ κῦρος Φύσιν. πρῶτον οὐκ ἀναμένει νόμους ἀγάμους καὶ ὀψιγάμους, καθάπερ οἱ Λυκούργου πολῖται καὶ Σόλωνος. οὐδὲ ἀτιμίας ἀτέκνων δέδοικεν, οὐδὲ τιμὰς δώσει τεκνοποιοῖς, ὡς Ρωμαίων πολλοὶ γαμοῦσι καὶ γυναῖκα, οὐχ ἵνα κληρονόμους ἔχωσιν, ἀλλ' ἵνα κληρονομεῖν δώωσιν. ἔπειτα μίγνυται τῷ θήλει τὸ ἄρρεν, οὐχ ἅπαντα χρόνον· ἡδονὴν γὰρ οὐκ ἔχει τέλος, ἀλλὰ γνῆσιν καὶ τέκνωσιν. (*in brutis considera, quam sint omnia naturæ accommodata. primum non expectant, dum leges contra cælibatum aut serius matrimonium ineuntes ferantur, ut Lycurgi & Solonis cives, neque metuunt ignominias prole carentibus propositas, aut honores trium liberorum: sicuti Romanorum multi uxores ducunt, & liberis operam dant, non ut hæredes, sed ut jus adeundæ hereditatis habeant. deinde miscetur mas fœminæ, non omni tempore, quia non voluptas ei, sed procreatio finis est propositus.*)

Text. 4. ## Illud idem alia ratione confirmat.

I. V. ἀπλίμδροι. Οἱ γὰρ καθάπαξ μὴ διὰ παιδοποιΐαν συναπτόμδροι. I. ἀδικήσουσι τὰ πρωτάπαξ τῆς κοινωνίας συζήματα. εἰ δὲ καὶ γνήσιον αἱ

QVi enim omnino propter liberorum procreationem non concumbunt, injuria afficiunt maxime venerandas communio-

οἱ παῖδες μεθ' ὕβρεως, καὶ ἀκρασίας, μοχθηροὶ. 2. οἱ γὰρ μὴ γαμοῦντες καὶ κακοδαίμονες ἔσονται καὶ βδελυροὶ ὑπό τε θεῶν, καὶ δαιμόνων καὶ ἀνθρώπων, καὶ οἴκων, καὶ πόλεων.

munionis conſtitutiones. ſi vero generabunt hi cum injuria & incontinentia, ſceleſti qui naſcentur, & infelices erunt ac execrandi à Diis, dæmonibus, & hominibus, nec non à familiis, & civitatibus.

2. N. non habet οἱ ad. ex B. & C.

PARAPHRASIS.

QVisquis enim ſuſcipiendæ prolis gratia non concumbit, is certe præſtantiorem humani cœtus ſpeciem vehementi afficit injuria, imo ſi filios hunc generare contigerit, hi profecto cum contumelia, ac incontinentia geniti ſceleſti erunt, & infelices, à Diiſque, dæmonibus, ac hominibus, unaque familiis, & civitatibus prorſus execrandi.

COMMENTARIVS.

DOmeſtici, civilis, ac divini laris deſertores eos dixit *in præced.* Ocellus, qui concubitus expeterent voluptatis, non prolis gratia: nunc hujus dicti rationem aſſignare videtur, & jam dicta præſtantibus firmare documentis, ſimulque nova munire ratione, quæ inde erumpant, mala proponens, ſi prolis procreatio in Venereorum exercitio negligatur. Vt igitur id aperte appareat, monet auctor hujuſmodi homines præſtantiſſimos humanæ ſocietatis cœtus gravi injuria afficere, familiam ſcilicet, & civitatem, quæ cæterorum cœtuum primæva ſunt fundamenta, ut enim dicitur *polit.* 1. *cap.* 2.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

homo cum ſit magis ſocietatis particeps, quam cætera animalia, prima illius ſocietas ex conjunctione maris cum fœmina prodit, cui ſi adjiciatur ſervus, jam domus prodit, quæ inde pagi vera eſt origo, qui ex pluribus domibus coaleſcit, ac iis præcipue, quæ ex una domo prima veluti propagine prodiere, unde quondam regia nunc ita potens emanavit majeſtas, dum à ſeniore regi domus illæ aſſuetæ ipſum veluti regem colebant, qui inde ortum à ſe ducentibus gentibus imperans in civitates ac tandem in provincias ſua diffudit imperia. ex pluribus vero hujuſmodi pagis quæ coaleſcit ſocietas, eſt civitas, quæ ſocietatis cujuslibet humanæ eſt finis, & quam ceteræ primo reſpiciunt. ſi primum igitur principium, à quo humana ſocietas producitur, & conſervatur, eſt prolis creatio, ad eamque naturalis quidam unicuique inſitus eſt appetitus, *natura* namque *ſolitarium nihil amat, ſemperque ad aliquid tanquam adminiculum annititur, quod in amiciſſimis quoque dulciſſimum eſt:* ideoque has fugientem, Deum, vel beſtiam, juxta vulgare adagium dicat Philoſophus *d. cap.* 2. patet utique quod nobiliores mortalium ſocietates injuria afficit, qui in earum prima collocatus, naturæ fine contempto, ad humanum genus conſervandum inſtitutos ac directos actus, alio aſcito fine, impius ſimul ac inhumanus exercet: & ſi inter iniquos peſſimus is dicitur *eth.* 5. *cap.* 4. qui & ſibi & aliis ulterius pravus ac infenſus apparet; jam mortalium peſſimus hic certe dicendus erit: cæteris quidem iniquus, cum concubitus exerceat, nec prolem expetat, ad cujus productionem natura concubitus inſtituit: ſibi ipſi quoque iniquus procul dubio videtur, dum generandi appetitus homini inſitus primo fuerit in gratiam ſui, ut ſeipſum conſervet æterno tempore ſaltem in ſpecie, cum nequeat in individuo, unde qui generat homo, ſui ipſius gratia operatur, ideoque ſi quiſpiam concumbat ſolius delectationis amator, & prolem non expetat, imo averſetur, quis illum ſibi iniquum non cenſeat,

Prima hominis ſocietas.

Domus quid ſit.

Quid pagus.

Reges unde.

Quid ſit civitas.

Cic. de amic.

Homo ſolitarius aut Deus aut beſtia.

Inter iniquos quis peſſimus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

censeat, dum actus exercens, per quos æternitatem eo modo, quo licet assequi cum possit, & debeat, illum negligit & vitat? & hic animadvertendum Ocellum non damnare abstinentes à Venereis virtutis gratia, sed eos qui Venerea cum exerceant, ad prolem instituta, delectationem solam expetentes humani generis bonum odisse volunt. Cum vero ji, qui solam delectationem in Venereis inquirunt intemperantes sint, jucundo quippe oblectantur quidem, sed non ut oportet, & magis quam oportet, unde prodit intemperantia *eth. 3. cap. 13.* hæc imo cum sit excessus circa voluptates, & impossibile fere videatur, ut concubitum delectationis tantum gratia expetens in excessus non feratur, ideoque hac etiam ratione intemperantis notam subeat, & simpliciter incontinentis *eth. 7. cap. 6.* ubi simpliciter incontinentiam circa excessus in sensu gustus & tactus versari constituitur, Ocellus ideo ad concubitus cum intemperantia quadam & incontinentia exercitos suos flectit sermones, & quæ inde prodeant mala ingeniose testatur: & ait, quod si homines delectationis, non vero prolis causa concumbentes generent (non enim situm est in homine tunc non generare, ni ad infamia pharmaca & impia confugiat) tunc filii progeniti *cum injuria* humanæ scilicet societatis, cujus conservatio non expetebatur, imo excludebatur, & *cum incontinentia*, ut mox dicebatur, improbi erunt & infelices. Sed quid proli cum intemperantia conceptæ cum improbitate & infelicitate? paterna numquid vitia in prolem transfunduntur? Deus nunquid parentum sceleris innocentes filios pœnas subire cogit, Agamemnonis instar, supplices Antimachi filios, hoc immiti responso prorsus perdentis:

Intemperantia quid sit.

Incontinens quis.

Cur parentum scelera plectantur in filiis. *Homer. Iliad. 11.*

Νῦν μὲν δὴ τᾶ πατρὸς ἀεικέα πίσετε λώβην.

(*nunc quidem jam patris fœdam luetis injuriam.*) duplex hujus dicti causa potest assignari, altera à naturæ decretis, altera è summa numinis providentia desumpta. Si priorem respicia-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mus, dicere licebit eos, qui ab intemperantibus progignuntur, ideo improbos futuros Ocellum asserere, quia coitus frequens seminis perfectam concoctionem in genitoribus impediet, ac eorum corpora maxime debilitabit, homo enim omnium animantium maximè in concubitu dissolvitur, ut seminis plurimum sui corporis proportione emittens *sect. 4. probl. 6.* unde sequetur eos fœtus, qui inde enascentur languido corpore, ac imperfecta temperie affectos prodire, ideoque cum, juxta philosophantium placita, corporis temperiem pleræque propensiones, ac morum semina sectentur, ea quam observabat Philosophus *physiogn. cap. 1.* ratione, (unde illius artis non penitus inania principia prodiere Pythagoræis forte non ignota, quorum princeps neminem sui contubernii participem reddebat, quin prius diligenter oris speciem, incessum, totumque corporis motum considerasset) facillime continget filios hujusmodi ad improbitatem declinare, accedente præcipue pessimo parentum exemplo, quod non exiguos vitiorum fomites præbet, nam:

Concubitus hominis noxius.

Physiogn. principia.

Porphyr. & Iamblich. in vita Pyth. c. 17.

Iuven. sat. 14.

——— velocius & citius nos
Corrumpunt vitiorum exempla domestica, magnis
Cum subeant animos auctoribus. unus & alter
Forsitan hæc spernant juvenes, quibus arte benigna
Et meliore luto finxit præcordia Titan.
Sed reliquos fugienda patrum vestigia ducunt,
Et monstrata diu veteris trahit orbita culpæ.

ea quinimo vitiorum semina pessimo producet proventu facile neglecta prolis recta educatio, è qua longe melior, quam ex Democriti medicamento, *apud Plinium*, filiis accedit probitas & fortuna. ut enim docebat Plato nemo sponte malus est, at pravus corporis habitus, ac rudis educatio homines malos constituere consueverunt. prava vero facillime accedet educatio pueris ab intemperanti, & soli dedito libidini progenitis, quia intemperans pater nullam prolis, quam su-

Nat. hist. l. 26. c. 4. in Timæo. Nemo sponte malus.

Patris intemperantis mala educatio.

scipere

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſcipere nolebat, gerens curam, paterna negligit jura, & vitiis deditus in libidines, non in prolis educationem ſuas adigit cogitationes, eoque magis, quod inde ad alia diſtrahitur, & à morbis ob coitus frequentiam, ut mox dicetur, prodeuntibus, & ab inopia, ad quam facile vergunt impuris hiſce omnino demerſi amoribus:

Libido inopiæ parens.

Lucr. l. 4.

Adde quod abſumunt vires, pereuntque labore:
Adde quod alterius ſub nutu degitur ætas:
Labitur interea res, & vadimonia fiunt.
Languent officia, atque ægrotat fama vacillans.

ex his præterea parentibus prodeuntes filios infelices futuros aſſerit Ocellus, quia felicitatem, vel idem ac bonam fortunam ſeu virtutem, cum veterum plurimi conſtituiſſent *eth. 1. cap. 9.* nullo pacto ea hujuſmodi proles gaudebit: improbus quippe ex dictis cum ſit hujuſmodi filius, ſi virtutem felicitas reſpiciat, ea non potietur, ſi fortunæ bona, iis facile deſtituetur, nam frequens coitus varios cum progignat morbos, puta phtiſim, epilepſiam, ecticam, podagram; ſtomacho, jecori, cordi, renibus, aliiſque membris noceat, ac innumeros producat morbos, quod abunde recenſet *Foreſtus*, & pleriſque exemplis profunda eruditione congeſtis confirmat Iuriſconſultorum gloria *Tiraquellus*, & eorum morborum quamplurimi à parentibus ad filios tranſmitti conſueverint, manifeſte patet non immerito à noſtro auctore affirmari infelicem futuram hujuſmodi parentum prolem. Idem quoque certum eſt penes pia Ocelli placita, ſi ad ſummam Numinis providentiam placeat confugere; ut enim plerumque videmus prolem ex adulterio prognatam in enormia vitia erumpere, id quaſi permittente Deo, ut à ſcelere illo frequenti mortales arceantur, tam acerbos inde fructus ut plurimum prodire cognoſcentes; ita cenſuit Ocellus, Deum nil fælicitatis conceſſurum proli, quæ ex parente prodiit, qui à Venereis cum non abſtineat, non prolem ab eis, ſed voluptatem

Coitus frequens morborum cauſa.

Li. 26. obſerv. ult. l. con. 15. à num. 27. uſque ad 72.

Ex adulterio progeniti cum vitiis deditι.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ptatem expetit; ut inde homines ab hoc inhumano ſcelere arceantur: cui adjiciendum etiam Ethnicos fuiſſe opinatos delicta parentum plerumque à numine in filiis plecti, quod quomodo divinæ juſtitiæ conveniret, acutiſſime inquirens *Plutarchus*, non id reſpiciens, quod principes excitavit, ut parentum delicta in filiis punirent, de quo dicebat Cicero, *nec vero me fugit, quam ſit acerbum parentum ſcelera filiorum pœnis lui. ſed hoc præclare legibus comparatum eſt, ut charitas liberorum amiciores reipublicæ parentes redderet.* noſtro enim non eget amore Deus: ſed id quod naturali ratione conſequi licebat conjiciens, dicebat è parentibus, qui morbis affecti vixiſſent, prodeuntes filios, ut ad illud morbi genus proclives à medicis & amicis ad auſteram victus rationem impelli, exercitationes iiſdem violentas ac pharmaca aſſignari, non quod ægritudinibus correpti ſint, at ne iis corripiantur, iiſque premi anguſtiis non ſupplicii, ſed cuſtodiæ ac ſalutis gratia: idem pariter putabat à Deo cunctorum opifice & moderatore ſanctiſſime præſtari, quod is ſcilicet ſacra perſpiciens providentia ingeniorum in filiis ſimilitudines, non parentum in iis plectat vitia, ſed cælitus immiſſis morbis ac ærumnis ſævitiam, adulteria, avaritiam, & hujuſmodi atroces animi morbos antevertat, priuſquam erumpant, & pœnis hiſce veluti ſalutaribus pharmacis impediat, priuſquam ab animorum motibus in magna flagitia erumpentibus detegantur, ideoque non omnes pravorum hominum filios videmus infelices, dum eorum aliquos virtutis acerrimos ſectatores futuros prævideat Deus, ideoque ab iis tanquam pharmaco non egentibus infortunia avertat, ἀλλ' ὅσων ἡ Φύσις ἔσερξε καὶ πεφοήκατο τὸ συγγενὲς, τέτων ἡ δίκη διώκουσα τὴν ὁμοιότητα τ κακίας διεξῆλθεν. (*ſed quorum natura amplexa eſt cognatam malitiam, hos juſtitia ſimilitudinem pravitatis perſequens ſupplicio affecit.*) quod ſi quis dixiſſet, ſaltem parentes etiam plectendos fuiſſe, ſi enim in filiis vel ipſas propenſiones Divina plectit juſtitia, cur

De his qui ſero à numine puniuntur. in epiſt. ad Brutum.

Plat. ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cur etiam in parentibus impia opera non plectat? hoc quæsitum acute sapientissimus illo vir excludit responso, id nos asserens inquirere, ἀγνοοῦντες ὅτι τῷ ψυχρῷ πολλάκις τὸ μέλλον, καὶ τὸ λανθάνον τῷ σοφῷ χεῖρόν ἐστι καὶ φοβερώτερον. ἐ δυνάμενοι ὑπ συλλογίζεσθαι τὰς αἰτίας, δι' ἃς ἐνίοις μὲν καὶ ἀδικήσασι, ἐὰν βέλτιόν ἐστιν, ἐνίοις ὑ καὶ ἀμυνομένοις προκαταλαμβάνειν. ὥσπερ ἀμέλει καὶ φάρμακα, ἐνίοις μὲν ἐχ ἁρμόζει νοσοῦσιν, ἐνίοις ὑ λυσιτελεῖ καὶ μὴ νοσοῦσιν ὕπισφάλεστερον ἐκείνων ἔχουσιν. (*ignorantes sæpe futura factis, & occulta apertis deteriora, majorique digna metu esse: neque docti ratiocinari causas, propter quas expedit nonnullos etiam perpetrato scelere missos facere, alios etiamnum meditantes maleficium pœna anteverti. quomodo medicamentorum quædam non congruunt ægrotantibus, conducunt autem aliis non laborantibus, sed in periculo quam ægroti versantibus majore.*) Hæc igitur fortasse respicientem Ocellum crediderim dicere improbos & infelices ab iis parentibus progenitos; & infelicitatis causam rejicere etiam in Numen ipsum: quasi tam placida naturæ decreta violantes infelici etiam filiorum conditione plectens: quod ea, quæ sequuntur textus verba abunde videntur confirmare, in quibus hujusmodi prolem execrandam dicit *à Diis, dæmonibus, hominibus, atque familiis, & civitatibus*; ab his postremis, quia vitiis deditus homo familiarum, & civitatum deterrima pernicies est censendus: homo enim ut verbis Philosophi utar *polit.* 1. *cap.* 2. sicuti τελεωθὲν βέλτιστον τ ζώων ἄνθρωπός ἐστιν. ὕτω καὶ χωρισθὲν νόμου κ δίκης χείριστον πάντων. καλεπωτάτη γὰ ἀδικία ἔχουσι ὅπλα. (*perfectione susceptâ optimum cunctorum animalium est homo, ita si alienus fiat à lege, & à judiciis, pessimum est omnium animalium. sævissima est enim injustitia tenens arma.*) quæ homini insita ratio satis præbet, quibus etiam, contra ea quæ jus, & natura exposcant, queat uti, ac ideo inter homines nullos atrociori- Cur aliquando eruditi scelestissimi.
bus sceleribus immersos conspicimus, quam eos qui eruditione ac prudentia pollentes in contrariam virtuti viam ali- Homo animal optimum & pessimum.

Ibid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quando se à vitiorum impetu abripi permisere. A Diis pariter prolem illam, dæmonibus, & hominibus dicit execrandam, ea, quam modo afferebamus, ratione: & trium horum puto hic meminisse Ocellum quasi Pythagoræ præceptoris monita respicientem, ac si voluerit edocere tria hæc præstantissima naturæ intelligentis genera infensa quodammodo sic conceptæ proli futura: in aureis enim carminibus *Pythagoras* cecinit:

In principio.

Αθανάτους μὲν πρῶτα θεὺς νόμῳ, ὡς διάκειται,
Τίμα. καὶ σέβε ὅρκον· ἔπειθ' ἥρωας ἀγανούς,
Τούς τε καταχθονίους σέβε δαίμονας.

(*primum omnium immortales Deos, uti sese habent, legitime cole, & jusjurandum venerare, heroas deinde præclaros, & inferos dæmones cole.*) ideoque trium illorum fortasse meminit Ocellus, licet diversis vocibus, ut ad eorum cultum virtuti deditos mortales excitaret: illustrium enim heroum nomine illos, quos hic auctor dicit dæmones, expressos possumus asserere, quia triplici ratione Pythagoræorum schola genus inter Deos, & homines medium exprimit, dum id quod cælestibus adhæret Angelos, quod terrenis jungitur Heroas, & quod ex æquo ab utroque distat, Dæmones, appellet, hos tamen omnes unico Angelorum, vel Dæmonum nomine comprehendit: & inferorum dæmonum voce Pythagoras exprimebat hominum animos veritate ac virtute illustres; quos terrenos dicebat, ut ab iis sejungeret, quos revera dæmones natura constituerat perpetua doctrina præditos, nec terreni corporis participes; & dæmones dicebat, ut insigni illo epitheto ab improbis ac imperitis hominibus separaret. quare sicuti Pythagoras Deorum, dæmonum, & sapientum hominum amorem ac cultum viris probis suasit, ita pariter Ocellus Pythagoræus eorundem odia proli ex concubitu inhonesto prodeunti minatur, ut inde homines deterrerentur, ac naturæ jura sequuti,

Hierocl. com. 2.

Ib. com. 3.

non

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

non delectationis, ſed ſuſcipiendæ prolis gratia concumberent.

Nova illud idem ratione confirmatur. Text. 5.

Ταῦτα δὴ ἀμφιεσμμένος ὁ δεῖ ὁμοίως τοῖς ἀλόγοις ζώοις προσέρχεσθαι τοῖς ἀφροδισίοις, ἀλλ' ὡς ἀναγκαῖον καλὸν. 1. ἡγεμένους. εἴπερ. 2. ἀναγκαῖον καὶ καλὸν εἶναι νομίζουσιν οἱ ἀγαθοὶ τῶν ἀνθρώπων τὸ μὴ μόνον πολυανδρεῖσθαι τὰς οἴκους καὶ τὸν πλείονα τῆς γῆς τόπον πληροῦσθαι. 3. (ἡμερώτατον. 4. γὰρ καὶ βέλτιστον. 5. πάντων ζῶων ὁ ἄνθρωπος) ἀλλὰ καὶ τὸ μέγιστον. 6. εὐανδρεῖσθαι. Διὰ γὰρ τοῦτο τὴν αἰτίαν καὶ τὰς πόλεις εὐνομουμένας. 7. οἰκήσουσι καὶ τὰς ἰδίας οἴκους κατὰ τρόπον οἰκονομήσουσι, καὶ τοῖς φίλοις. 8. αὐτοῖς κατὰ τὰς πολιτείας καὶ τὰς πολιτικὰς πράξεις παρέξουσι. 9. ὅτε μὴ μόνον πολυπληθεία ἀνθρώπων, ἀλλὰ καὶ εὐανδρία. 10. χορηγοῦνται.

Hæc igitur præcogitantes, non oportet æque ac irrationalia animalia accedere ad Venerea, ſed ut neceſſarium bonum putantes, ſiquidem neceſſarium & bonum eſſe putant boni viri, non ſolum multis viris abundare domos, & majorem terræ partem impletam eſſe (manſuetiſſimum enim, & optimum animalium homo) ſed maximum bonos viros habere. hanc enim ob cauſam, & urbes bene inſtitutas habitabunt, & proprias domos recte regent, & amicis ipſis juxta civilem ſtatum civiles actiones præbebunt, quando non tantum multos homines, verum etiam bonos regioni ſuppeditabunt.

1. ſequentia uſque ad καλὸν non habet V.
2. l. & B. ἄπερ, & V. ὅπερ.
3. deeſt in V.
4. B. ἡμερώτερον.
5. N. γὰρ πάντων καὶ βέλτιστον ζῶον. im. ex VV. & B.
6. V. & B. τῇ μεγίστῃ.
7. N. εὐνομωμένας. im. ex V.
8. al. l. οἱ φίλοι. & VV. & B. τοῖς θεοῖς ἢ φίλοις.
9. deeſt in VV. B. & C.
10. V. B. & L. ἀνδρία.

PARAPHRASIS.

HInc igitur cognoſcant homines, quam iniquum ſit eos irrationalium inſtar concubitus expetere, ſed hos maturo tantum exerceant conſilio, neceſſarium veluti opus, quo familia, civi-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

civitas, & universum conservetur. probi enim viri nedum domos & majorem terrarum orbis partem hominum copia abundare utile arbitrantur, cum optimum, & maxime mansuetum animal sit homo, at præcipuum ac summum bonum esse ducunt, si probis viris refertæ sint civitates : & tunc præcipue urbes rectis institutis illustrabunt, familias prudenter moderabuntur, & amicis ea præstabunt, quæ civiles cœtus exposcunt, cum nedum multos, at præterea probos cives patriæ suppeditabunt.

COMMENTARIVS.

Connexio cum præcedenti textu.

ABunde valida rationum serie *in præced.* prolis progignendæ solo appetitu homines ad concubitum excitandos edocuit, hoc præstantissimum educens dogma ex summi numinis placito, quod ideo generationis bonum mortalibus liberali manu voluit elargiri : inde ex natura hominis, qui universi bonum respicit, ac tandem atrocibus enumeratis eventibus, quibus eos premi contingat, qui contrarium audeant peregisse, nunc inde veluti quod præcipue expetit illaturus, idem nec levi suasione demonstrat Ocellus observans, quod si quis prædicta consideret, in Venerea non feretur eo pacto, quo ad illa aguntur irrationalia, quæ nullo prævio suscipiendæ prolis desiderio percita, sed Veneris tantum acta stimulis ruunt in concubitus, sed cum uxoribus concumbent Veneris exercitium veluti bonum necessarium pro familiæ, civitatis, & universi conservatione, quod certe omnium elegantissime philosophorum Princeps expressit, dum 1. *de hist. an. cap.* 3. partes in utroque sexu generandi munia

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

munia implentes expreſſurus, eas partes πρὸς τὴν δημιουργίαν (quaſi *publicum opus* dixeris) nuncupavit: generationem ſoli operi publico, civitatis ſcilicet utilitati, & conſervationi prorſus deſtinatam ingenioſe docturus. quare Venereorum uſu delectabitur tantum vir probus, ut inde familia, civitas, ac univerſum conſervetur, hic namque bonum neceſſarium ducit nedum domos, civitates, ac majorem terrarum partem incolarum frequentia eſſe illuſtrem, at bonorum maximum opinatur civitatem virorum proborum copia eſſe inſignem, ex ea ſcilicet multitudine illam coaleſcere oportet, quæ vitam commode in civili ſocietate queat degere *polit. 7. cap.* 4. quod probi tantum viri, & virtute decori præſtare poſſe videntur, beata quippe eſt civitas illa, quæ optima, & ea optima, quæ bene agit, nec actio aliqua viri, vel civitatis bona dicetur, quam virtus, ac prudentia non concomitentur *polit. 7. cap.* 1. tunc vero probis viris civitas referta refulgebit, cum homines ſolius prolis intuitu concumbent, tunc enim, iis, quæ mox tradentur, obſervatis, fœtus perfecti prodibunt, ideoque (ſi dictis *in præced. textu* placeat adhærere) moribus perfectis illuſtres: & præ parentum amore, qui eos priuſquam orirentur amabant ſimul, ac expetebant rectæ educationis participes, ad virtutes facilius ferentur, ad id plurimum educationis præſtantia conferente, ut infra *textu ult.* obſervabimus. Bonum vero in ea civitate certe florebit, quæ bonis referta civibus permaneat: tunc enim homines incolent recte inſtitutas civitates, ac rite familiares adminiſtrabunt facultates, innata ſcilicet probitate, ac civitatis inſtitutis ad id excitati, & à propria virtute ad hoc idem quodammodo impulſi; imo ut civilis ſtatus exigit conditio, civiles actiones amicis præbebunt, quod præcipuum eſt boni civis munus; ut enim monuit Philoſophus *polit.* 8. *cap.* 1. δὲ χρὴ νομίζειν αὐτὸν αὑτοῦ τινα εἶναι τῶν πολιτῶν, ἀλλὰ πάντας τῆς πόλεως, μέρος γὰρ ἕκαστος τῆς πόλεως. (*non debet quiſque civis*

Generatio propter bonum publicum appetenda eſt.

Tunc ſolum floret Civitas, cum Cives ſolius prolis intuitu concumbunt.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

se suum existimare, sed omnes civitatis, particula enim civitatis unusquisque est.) idque tunc præcipue continget, cum nedum multos homines, & illos præterea probos civitati præbebunt, nam:

Inven. sat. 14.

Gratum est, quod patriæ civem, populoque dedisti,
Si facis, ut patriæ sit idoneus, utilis agris,
Vtilis, & bellorum, & pacis rebus agendis.

quæ omnia facile contingent, quando sola prolis procreatio humani concubitus sit unicus finis: tunc enim proles generoso ut plurimum habitu, ac valida prædita temperie rite educata patriæ bona, & decora præstabit, ac in civilibus actionibus exercendis, & rebus civitati unicuique necessariis vel curandis, vel peragendis maxime promptas: quæ Philosopho teste *polit. 7. cap.* 8. præcipue cum sint, alimenta, ut vivant cives: artes, ut ea, quibus vita eget, parentur instrumenta: arma, ut vis externa repellatur, civesque ad magistratuum obedientiam vel inviti adigantur: pecuniæ comparandæ facultas, ut necessitatibus propriis occurrere & bella liceat sustinere: sacrificia, ut numinum cultus ubique refulgeat: ac tandem judicia, ut utilitas contrahentium, ac justitia quam maxime servetur; ea omnia ut abunde adsint, ac feliciter efflorescant, boni cives facillime præstabunt. Quod si alteri lectioni placeat adhærere quam dictant VV. codices, ac unà M. S. codex V. C. Thomæ Bartholini, in quibus legitur non καὶ τοῖς φίλοις αὐτοῖς (*& amicis ipsis*) sed τὰς θεὰς ὦ φίλας (*Deos autem amicos*) ita ut doceat auctor, quod si mortalibus jam tradita monita placeat servare, nedum prædictis fruentur bonis, at Deos præterea amicos sortientur; consona erunt & hujusmodi placita iis, quæ *in præced. textu* tradebantur: ut enim ibi Deorum iras minabatur intemperanti viro, ita pariter æquum erat eundem numinis amorem, & amicitiam temperantibus polliceri. nam *inter bonos viros, & Deum amicitia est conciliante virtute.* ut enim hominem Deo maxime

Senec de provid.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

maxime carum dicebat Aristoteles *eth.* 10. *cap.* 8. eum, qui foret sapiens, quia æquum videbatur eos præcipue Deum suis beneficiis decorare, qui optimam sui partem, ac maxime Diis cognatam, intellectum scilicet excolerent: idem Ocellum de eo proferre non erit incongruum, qui Dei, & naturæ præcepta recta implet ratione, & actus pro humani generis perenni vita à Deo institutos, ut hic *t.* 2. dicebatur, ad hanc tantum dirigit, sensuum rejectis illecebris, ac Deo maxime gratos humanæ societatis cœtus conservare omni satagit solertia.

Cum paribus semper nuptias contrahendas. Text. 6.

Ὅθεν ἁμαρτάνουσι πολλοὶ μὴ πρὸς τὸ μέγεθος τ τύχης, μηδὲ πρὸς τὸ συμφέρον τῷ κοινῷ συνιστάντες τὰς γάμους, ἀλλὰ πρὸς τ πλοῦτον, ἢ τὴν ὑπεροχὴν τ γένους ἀποβλέποντες. ἀντὶ μὲν γὰρ τ νέαν καὶ ὡραίαν συναρμόζεσθαι συνηρμόσαντο ἂν τὴν ὑπερηλικεστέραν, ἀντὶ δὲ τ συμπαθῆ τὴν ψυχὴν καὶ ὁμοιοτάτην. 1. ὑπὲρ δόξον τῷ γένει καὶ ὑπερβεβηκότα. 2. τοὶ γὰρ τοὶ ἀντὶ ὁμοφροσύνης δικοφροσύνην καταστασιάζουσι, περὶ ἡγεμονίας διαμαχόμενοι πρὸς ἀλλήλους. ἡ μὲν γὰρ ὑπερέχουσα πλούτῳ καὶ γένει καὶ φίλοις, ἄρχειν προαιρεῖται τ ἀνδρὸς παρὰ τὸν τ φύσεως νόμον. ὁ δὲ. 3. διαμαχόμενος δικαίως καὶ ὁ δεύτερος, ἀλλὰ πρῶτος θέλων εἶναι, ἀδυνατεῖ τ ἡγεμονίας ἀφικέσθαι. 4.

QVare peccant multi non pro magnitudine eventuum, nec pro eo, quod in commune conferat, constituentes nuptias, sed divitias, vel excellentiam generis respicientes: pro eo enim quod juvenem, & formosam sibi aptent, seniorem copulant, & pro ea, quæ sit sibi anima conformis, & simillima, 1. V. ὁμοιότητα. *genere gloriosam vel divitiis abundantem. pro consonantia* 2. N. ὑπερχρήματον C. πρὸς χρήματα. *enim dissonantiam, & pro concordia discordiam adstruunt, de principatu invicem pugnantes, superexcellens enim divitiis, genere, & amicis viro vult imperare præter naturæ legem; hic* 3. VV. & B. ad γ. *vero juste repugnans, & non secundus, at primus volens esse, non* 4. N. ἐφικέσθαι. im. ex VV. *potest principatum assequi.*

PARA-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

PARAPHRASIS.

PEccantque ideo plerique, qui nec aliorum infortuniis perterriti, nec publica utilitate illecti, at uxoris opes vel nobilitatem tantummodo ſpectantes, nuptias contrahunt: ideo enim non forma, & ætate decoram mulierem, ſed deformem, & annis gravem: non moribus, ac temperie ſibi ſimilem, at nobilem, & divitem uxorem ducunt: unde non concordes animi, ſed mens diſcors, non amores conjugales, ſed odia acerrima emergunt; de familiæ ſcilicet principatu vir, & uxor contendunt; quia hæc opibus, genere, & amicis freta neglectis naturæ legibus illum audet ſibi vindicare, quem ipſi concedere vir quidem juſte renuit, eo tamen nequit potiri.

COMMENTARIVS.

EX eo prænobili principio, quod *in præced.* locavit, elegantibuſque munivit rationibus, ea quæ communis hominum vita exigit, deducere nunc incipit Ocellus, ac primo moribus, ætate, & conditione parem uxorem unicuique ducendam ſuadet, ne ſcilicet nobilitatis, vel divitiarum intuitu, ſed morum potius præſtantia ad nuptias nos impelli contingat, ut pleriſque congeſtis Sapientum dictis monebat pariter *Stobæus*. hunc tamen textum ut congrua liceat methodo explicare, id certe præmittendum, quod per μέγεθος τύχης,

Quibus nubendum.

Serm 70.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

τύχης, hîc Nogarola *magnitudinem fortunæ* cenſuit exhiberi, quod idem prima facie multi arbitrabuntur: verum tunc expoſitionis incapax mihi videtur textus: qua enim ratione magnitudinem fortunæ eum reſpicere aſſeremus, qui Ocelli recta ſequutus placita, in uxore non generis, nec dotis expetet præſtantiam, à quibus ſolis prodire conſuevit in matrimoniis fortunæ magnitudo: quare per eas voces expreſſam dixi *magnitudinem eventuum*: ut ſcilicet nomen τύχη eventum, & præcipue adverſum, videatur ſignificare; quod certe nominis illius patitur natura, ut apertiſſimè videtur indicaſſe Euripides, dum interroganti Agamemnoni,

Nomen τύχη quid ſignificet.

——— τίς ἅτω δυσυχὴς ἔφυ γυνή; *In Hecuba.*

(*quæ ita infelix nata eſt mulier*) Hecubam induxit reſpondentem:

Οὐκ ἔστιν, εἰ μὴ τλὼ τύχλω αὐτλὼ λέγοις.

(*non eſt, niſi infelicitatem ipſam diceres.*) idque eo magis hic aſſerendum arbitror, quod Pythagoræis video id familiare, qui licet nomen illud aliquo nobili locupletent epitheto, pro infortunio tamen accipere conſueverunt, ſic enim Pythagoras hac voce dum uteretur, dixit:

Οσάτε δαιμονίῃζι τύχαις βροτοὶ ἄλγε' ἔχουσιν. *In aur. carm. com. 17.*

(*quibuſcumque porro infortuniis divinitus homines anguntur.*) quod carmen Hierocles exponens, ac inquirens cur à ſummo numine mortalibus infortunia immittantur, ſemper ea verba pro infortuniis Divinis, hoc eſt, à Deo immiſſis accepit. & doctiſſimus Stephanus Niger eadem verba per calamitates, quas mortales fato patiuntur, voluit interpretari. His igitur præmiſſis, ne inde interrumperetur textus expoſitio, cum Ocello obſervabimus, quod ſi prædictas cauſas *in præc.* abunde relatas conſideremus, procul dubio peccant, & à recto rationis tramite divertunt, qui non infortuniorum magnitudinem, quæ *in præced.* evenire monuimus, & mox accidere obſervabimus, nec etiam commune bonum reſpi-

In expoſit. eorumdem carm.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cientes, quod & civium, & bonorum virorum multitudinem progigni expeteret, ita nuptias contrahunt, ut nulla ſuſcipiendæ prolis habita ratione ſolas divitias, vel generis nobilitatem in ducenda uxore exoptent, unde alterum horum contingere oportet, vel quod ubi juvenis adhuc, & formoſæ mulieris nuptias virum aſſequi deceret (è duabus enim hiſce conditionibus pudicitiæ conjunctis facile conjugalis amor emanat, & elegans inde proles enaſcitur) vetulam ille ducat nummos ducturus: ſenio ſcilicet confectæ mulieres ad propria connubia pecuniarum tantummodo copia juvenes alliciunt, quas ex priorum hæreditatibus conjugum haud difficile congeſſerunt, & tunc gaudent ducentas nuptum ire poſt mortes, virumque dementes cineribus ſuis quærunt, ut in Vetuſtinam dicebat Martialis: quæ ubicumque quis præſtet, publicum certe bonum prorſus negliget, cum nulla ibi prolis ſuſcipiendæ ſpes affulgeat, nullus quinimo conjugalis amor ut plurimum queat enaſci, dum abſit ſpecies vera animorum conciliatrix: adſit quinimo morum diſſimilitudo, quam amorem minime producere dicebat Ariſtoteles *œconom.* 1. *cap.* 4. ſi mores enim juvenum reſpiciamus, abunde recenſitos *rhet.* 2. *cap.* 12. & eos quibus prædita ſenectus *ibid. cap.* 13. eleganter à Philoſopho enumeratos, nedum diſſimiles, at prorſus oppoſitos eſſe inveniemus; quod mirum non eſſe dicebat *Tiraquellus*, cum Venus rei uxoriæ præſes, & Saturnus ſenectutis antiſtes, (ut Aſtronomis placuit) omnium maxime Planetarum inter ſe diſſideant. nec quis objiciat aliquos juvenes, qui vetulæ uxoris amore videantur exarſiſſe: id enim vel in amorem rei uxoriæ rejiciam, ut ſcilicet blanditiis hiſce uxor irretita ex aſſe maritum hæredem ſcriberet, vel etiam fortaſſe aliquando, ſed raro, in ſagacem fœminæ naturam, blandis moribus maritum juvenem ad ſui obſequia allicientem, eo pacto, quo de muliere deformi dicebat Lucretius:

Vetularum matrimonia.

L. 3. epigr.

L. connub. 6. n. 16.

Lib. 4. in fine.

Nec

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Nec divinitus interdum Veneriſque ſagittis
Deteriore fit ut forma muliercula ametur:
Nam facit ipſa ſuis interdum fœmina factis
Morigeriſque modis, & mundo corpori' cultu,
Vt facile inſueſcat ſecum vir degere vitam.

vel iis, qui prædictorum magnitudine eventuum non deterriti, impares nuptias contrahunt; alterum accidet, quod ubi mulier moribus ac temperie ſimillima foret ducenda, his neglectis longè nobilioris vel ditioris connubia conſequantur: & in his pariter nulla vigent communis boni deſideria, nec eorum quæ inde eveniunt infortuniorum metus, ut in textus limine dicebatur: nil enim magis ad prolem procreandam conducit, quam viri & uxoris æqua conditio, non quidem ratione ſtaturæ vel aliorum hujuſmodi, quibus Chryſantem Cyrus *apud Xenophontem* illudebat, parvam illi ducendam uxorem dicens, quia parvus & ipſe foret, ne catuli more ipſum adſilire oporteret, quoties eam vellet oſculari, ac ſimis præterea naribus præditam, quia ipſi naſus aduncus contigiſſet; at ratione morum, & temperamentorum, harmoniæ in conjugibus expetenda illa ſimilitudo, è qua illa ſeminum prodeat commixtio, per quam id quod à muliere veluti materies fœtus præbetur, viri ſemini ita queat ſubjici, quod activam ipſius vim non effugiat: quod ſane non continget, niſi quædam naturalis proportio inter hæc vigeat, è qua inde in ſerie agentium, & patientium actio ſuccedit & paſſio, 1. *de an.* 53. ideoque multas mulieres, quæ uni conjunctæ viro ſteriles fuere, altero inde ſuſcepto quam maxime fœcundas fuiſſe videmus, & è converſo, ut profitetur Ariſtoteles 7. *de hiſt. an. c.* 4. nam: *de exped. Cyri l. 8.*

——— quibus ante domi fœcundæ ſæpe nequiſſent
Vxores parere, inventa eſt illis quoque compar
Natura, ut poſſent natis munire ſenectam:
Vſque adeo magni refert ut ſemina poſſint
Seminibus commiſceri genitaliter apta, *Lucr. ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag
367 E 4

Craſſaque conveniant liquidis, & liquida craſſis,
Quæ cui juncta viro ſit fœmina per Veneris res.

hanc vero, qua ſobolis amor indigeret, ſimilem conjugis temperiem non reſpiciet ille, qui uxoriæ tantum nobilitatis præſtantia, vel magnitudine opum illectus, harum gratia mulieris nuptias captabit; ideoque facillime ipſum prole carere continget: adverſi quoque inde erumpent eventus, quibus vir acerrime prematur, dum concordiæ illius, & harmoniæ, quæ ex unanimi viri, & uxoris amore naſcitur (cujus ope diverſis licet operibus *œconom.* 1. *cap.* 3. recenſitis, ad familiæ felicitatem, ac propriam utilitatem conſpirant) locum ſibi miſerrime vendicet perennis eorum diſcordia, & teterrima occupent diſſidia: cujus eventus phyſicam cauſam diſcors conjugum temperies videtur exhibere, ac diverſa educationis ratio, quam ſane oppoſitam ſortiuntur ii, quibus longe diſpar adfuit conditio, ideoque amoris expers ut plurimum tale conjugium apparebit; quem ſola animi, morumque ſimilitudo progignit: quod certe miſerrimum vivendi genus, & vitam non vitalem crediderim, nam:

Conjugum diſſidia.

Euripid. in Oreſte.

Γάμοι δ' ὅσοις μὴ ἐν καθεστῶσι βροτῶν
Μακάρεσσ' ἀιών. οἷς δ' μὴ πίπτουσιν ἐυ,
Τά τ' ἔνδον εἰσὶ πάτε δύσζυχεῖς.

(*conjugia quibus mortalium ſunt felicia, illis eſt beata vita: quibus autem non recte cadunt, ii ſunt miſeri intus, & foris.*) nec fortuito quiſpiam hanc vitæ rationem miſeram mortales credere arbitretur, cum nulla nos magis torqueant diſſidia, quam ea, quæ cum iis cogimur exercere, quos vivida nobis amoris, & obſequii teſtimonia exhibere, proprii muneris neceſſitas impellit: ut enim 7. *pol. cap.* 7. dicitur, παρ' οἷς ὀφείλειν δεῖν τὴν εὐεργεσίαν ἀπολαμβάνειν, πρὸς τῷ βλάβῃ καὶ ταύτης ἀποστερεῖσθαι νομίζουσιν. (*à quibus deberi ſibi beneficium expectant, ab eiſdem non ſolum privari beneficio, ſed inſuper læsi ſe putant.*) ideoque inter illos acerba præcipue vigent odia, inter

Amicorum diſſidia cur acerba.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ter quos olim nimius amor effloruit, *ibid.* hujus vero diſſidii, quod impares nuptias plerumque comitatur, cauſam eleganter in id rejicit Ocellus, quod mulier, quæ virum genere, divitiis, & amicis hoc eſt agnatis antecellit, exoptat neglectis naturæ legibus, ut ſibi vir pareat: in his enim illo longe ſuperior in omnibus ipſi avet præeſſe, ac vult maritum, quamvis non lunæ, at luno Deo potius ſacra fecerit, ut apud Caras obſervabatur, ſibi obedire, licet oppoſitum naturæ præcepta ſuadeant, per quæ maribus imperium, fœminis vero perennis obedientia videtur injuncta *polit. 1. cap. 3.* quod præſtare cum nolit maritus, ſi ſapiat, domus regimen, ac uxoris dominium ſibi tentans vindicare, vel difficile, vel nullo pacto, uxoria reluctante ſuperbia, cum id nequeat efficere, acerba inde exoriuntur odia, quæ infelicia ut plurimum ea reddunt connubia, ut pluribus congeſtis, & ſapientum dictis, & mortalium eventibus eleganter comprobavit *Tiraquellus:* quare impares nuptias virum ſapientem prorſus excludere oportebit, nec dotis præſtantiam reſpicere, ut acute *Martialis* monuit, dum cecinit:

Alex. gen. l. 4. cap. 8.

l. con. 5. n. 16.

Epigr. l. 8.

Vxorem quare locupletem ducere nolim,
Quæritis? uxori nubere nolo meæ.
Inferior matrona ſuo ſit, Priſce, marito.
Non aliter fiunt fœmina, virque pares.

nec longe nobiliorem uxorem expetere congruum erit, ut enim loquamur cum Satyrico:

Quis ferat uxorem, cui conſtant omnia? malo,
Malo Venuſinam, quam te Cornelia mater
Gracchorum, ſi cum magnis virtutibus adfers
Grande ſupercilium, & numeras in dote triumphos.

Iuven. ſat. 6.

quæ omnia Plutarchus unico expreſſit vere aureo dogmate, qui parentes monens, ut filios voluptatibus deditos, nec paternis obtemperantes monitis matrimonio veluti gravi quodam vinculo vincirent, eos edocebat ut uxores iis deſponderent,

De liber. educ.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

derent, quæ nec generis nobilitate, nec divitiis eos longo ſuperarent intervallo, eo quod vir longe præſtantiorem ſeipſo uxorem ducens, non illius maritus, at dotis ſervus ſtolida imprudentia conſtituitur : ſicuti vero matrimonium fælix æquam exigit conditionem, an parem quoque expoſcat ætatem infra ſtatuemus, quare Ocelli placita Callicratidæ Laconis dogmatibus confirmaturi, textus expoſitionem ejuſdem dicto claudamus, aſſerentes, quod γαμίσκονθα δεῖ γαμῶ πρὸς τὴν αὐτῶ τύχαν, ἵνα μήτε ὑπὲρ τὴν δυνάμιν, μήτε μείονα τῆς δυνάμεως τὸν γάμον ἐπάγηται, ἀλλὰ πρὸς λόγον τῆς ἰδίας δυνάμεως. οἱ μὲν γὰρ ὑπὲρ τὴν δύναμιν ἐπάγοντες φασιάζονται περὶ τὴν ἀγεμονίαν. ἀ μὲν γὰρ τῷ πλέτῳ καὶ τῷ γένει καθυπερέχουσι τ' ἀνδρὸς ἄρχειν προαιρεῖται. ὁ δὲ ἀνάξιον ἡγεῖται, καὶ παρὰ Φύσιν συγχωρέν. οἱ δὲ μείονα τᾶς δυνάμεως, τὸ ἀξίωμα καὶ τὸ μέγεθος τῷ οἴκῳ συναιρέονται. (*qui uxorem ducere cupit, ducat eam oportet pro ratione ſuæ ſortis : ut neque facultate ſua majores, neque minores nuptias contrahat, ſed pro ratione propriæ facultatis. qui enim ſupra ſuam facultatem contrahunt, de principatu contendunt : Ea ſiquidem quæ divitiis, & genere ſuperat maritum, regere præoptat : ille vero indignum cenſet, præterque naturam, cedere. qui vero minorem ſua facultate, dignitatem, & amplitudinem familiæ ſimul tollunt.*)

In lib de famil. felicitate.

Text. v. Quàm Reipublicæ conferat recta familiarum conſtitutio.

1. V. διὰ.

Ὧν δὲ. 1. γινομένων, ἃ μόνον τὰς οἰκίας κακοδαίμονας, ἀλλὰ καὶ τὰς πόλεις συμβαίνει γίνεσθαι. μέρη γὰρ τῶν πόλεων οἱ οἶκοι, ἐκ δὲ τῶν μερῶν ἡ τοῦ ὅλου καὶ τοῦ παντὸς σύνθεσις. εἰκὸς ἂν οὖν ποῖα τὰ μέρη τυγχάνοντα ὄντα, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν τὸ ἐκ τούτων. 2. σύνθε-

2. V. οὖν τὸ πᾶν.

QVæ cum fiunt, non tantum familias infelices, ſed & civitates fieri contingit. partes enim civitatum domus, ex partibus vero totius, & univerſi compoſitio. conveniens igitur eſt quales ſint partes, totum, & univerſum, quod ex his componitur,

πωλήθεμενον. 3. ποιῶν εἶναι. καὶ ἐν ταῖς πρώταις ἢ αἱ πρῶται οἰκοδομαὶ μεγάλα συνεργοῦσι πρὸς τὸ καλῶς ἢ τὸ κακῶς τὸ ὅλον ἔργον συντελεσθῆναι, οἷον ἔπι μὲν οἰκοδομίας θεμελίου καταβολή, ἔπι δὲ ναυπηγίας τρόπις, ἔπι δὲ συναρμογῆς καὶ μελοποιίας τάσις φωνῆς καὶ 4. λῆξις. 5. ὕτως ἂν καὶ ἔπι πολιτείας εὐνομουμένης ἢ κακονομουμένης. 6. οἴκων καταστάσις καὶ συναρμογὴ μέγιστα συμβάλλεται.

nitur, tale esse. & in primis primæ domus structuræ maxime conferunt ad hoc, quod bene vel male totum opus compleatur, ut in ædificando fundamenti jactus; in nave autem construenda, carina; & in concentu ac musica, vocis contentio ac remissio: sic igitur in Republica, bene vel male administranda, familiarum constitutio, & concordia quam maxime confert.

3. V. συντεθεμένον.
4. VV. & B. καὶ φωνῆς.
5. VV. & B. λῆψις.
6. C. καλοικοδομουμένης.

PARAPHRASIS.

QVæ si contingant, inde familiæ ac civitates infortuniis afficiuntur; nam illæ harum partes sunt, & ex partibus totum coalescit, ideoque earum naturam, & conditionem totum ipsum sortiri necesse est. hac ratione operis uniuscujusque primordia rectum vel pravum ejusdem eventum testantur, puta in ædificiis, ex fundamentorum constitutione, in navi, ex carina; in musico concentu, ex vocum proportione, per quas constituitur, rectitudinem conjicimus. ita pariter è familiarum regimine, & concordia, Reipublicæ recte vel male administrandæ certissima captabimus argumenta.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

EOs dixerat Ocellus in limine præcedentis textus, qui ab imparibus non abſtineant nuptiis, publica commoda nil prorſus intueri, nec adverſorum magnitudinem eventuum, qui inde conſequantur, ullo pacto perhorreſcere; idque recenſitis oſtentarat diſſidiis, quæ inter conjuges emergunt, quos diverſa natalium, & fortunæ conditio premebat. facillime quis igitur potuiſſet utique dicere, ruat tota familia, inde forſan commune bonum abolebitur, cui nil confert omnino perfecta familiæ fælicitas? hæc ut ruat objectio, nunc auctor profitetur è familiis bene vel male inſtitutis potiora reipublicæ bona vel incommoda prodire; ac ideo docet, quod iis, quæ modo, retulimus, cum familiæ premuntur incommodis, non eas inde tantummodo, ſed ipſas etiam civitates atrocibus ærumnis concuti miſerrime contingit. univerſi enim, ac totius natura ex partibus coaleſcit; quare cum totum præter ipſas quidpiam non complectatur (ſi phyſice loquamur) ſi perfectionis illæ ſint participes, ac perfecte conjungantur, totius inde perfectiſſima emerget natura: quod ſi illæ proprio deſtituantur robore, hoc quoque totius compagem prorſus carere oportebit: cum igitur civitas ea proportione familias reſpiciat, qua totum partes intuetur, ex his ita conſtituitur, ut verus procul dubio ipſarum finis exiſtat *polit. l. c. 2.* niſi igitur illæ recta ratione regantur, in civitate profecto nullo pacto perfectum regimen efflorefcet, & ſi infauſtis illæ agitentur eventibus, quos neglecta legum obſervantia, & ad vitia proclivis civium multitudo progignat, miſerrimam quoque civitatem futuram nemo dubitabit; quæ tunc certe verum fælicitatis exemplar apparebit, ſi privatos lares virtus incolat, nam, ἀρχή ἐστιν ἡ περὶ τὸν οἶκον δικαία διάθεσις τῆς ὅλης ἐν τοῖς πόλεσιν εὐταξίας, ἀπὸ γὰρ τῶν οἰκων αἱ πόλεις συνίστανται. (*principium*

Objectioni reſpondetur.

Ex familiis urbium fælicitas.

Iamblich. de vit. Pyth. c. 30.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cipium eſt (ſic verterem ego textum, nec dicerem *magiſtratus quædam eſt juſta, &c.* cum Iohanne Arcerio Theodoreto, cujus expoſitionem in reliquis accipio.) *juſta domus conſtitutio univerſæ, bonaque moderationis, & ordinis, qui in urbibus vigere debet, ex domibus enim urbes coagmentantur.*) Ne quis autem publicæ felicitati privatas familiarum virtutes parum conferre arbitraretur, quia longe plura illa expoſcat, & privatæ domus limites ſupergreſſa ea complectatur, quæ ſuperius *textu* 5. monuimus, Ocellus ideo, ac ſi nos docere vellet, plura licet publica fælicitas expoſcat, præcipuas tamen civilis fortunæ partes rectum familiarum regimen ſibi vindicare, in eaque potiſſimum parte, qua ſobolem reſpicit, pluribus monet exemplis, inanibus votis nos totius inquirere perfectionem, quoties hac primas ejuſdem partes deſtitui contigerit. excelſas quiſpiam conſtruat ædes, & marmoris, aurique prodigus regias moles attollat, præcipuos artis conatus ipſa exigent fundamenta, primi quorum vel minimi caſus extrema univerſo ædificio minitantur excidia : quis pariter navim conſtruat, carinam primum ſedulo labore conſtituet : nec ſuavi quiſpiam harmonia noſtras aures demulcebit; qui graves voces cum acutis prius eleganti ſerie nectere præcipua cura non tentaverit : ita pariter dum civitas primo è familiarum ſerie coaleſcat, harum recta conſtitutio illius fælicitatem facillime progignet, ut à ſimili de mulieribus, & pueris differebat Philoſophus *polit.* 1. *cap. ult.* dicens, quod familiæ civitatis partes cum ſint, & pars totum reſpiciat, neceſſe erit rectæ inſtitutioni mulierum, & puerorum, è quibus familiæ conſtituuntur, inſiſtere, ut inde civitatis prodeat felicitas, eo quod αἱ γυναῖκες ἥμισυ μέρος τῶν ἐλευθέρων. ἐκ δὲ τῶν παίδων οἱ κοινωνοὶ γίνονται τῆς πολιτείας. (*mulieres media pars ſunt hominum liberorum : ex pueris autem ſumuntur qui rempublicam gubernent.*) tot igitur publica è felici familiarum conditione ſi erumpunt commoda, dulce nuptiarum jugum ſubire

Civitatum fælicitas ex Mulierum, & Puerorum probitate pendet.

Et hac ratione Dulce eſt Nuptiarum jugum ſubire.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quicumque exoptat, non ætate gravem uxorem ducat; nam prole carebit, qua & familia, & civitas conservetur: non longe divitiis vel nobilitate præstantiorem; assiduis enim præ illius fastu domesticis premetur dissidiis, per quæ animi tranquillitate omnino destitutus, publicis commodis non poterit insudare: opportuna siquidem otia, & quietem viro Rempub. administraturo necessariam *polit. 7. cap. 9.* illi adiment uxoris impetus, quæ acri superbia percita illi parere dum renuet, ea non implebit munia, quæ abunde à *Xenophonte* recensita matrifamilias veluti propria adscribuntur: sicque communis illa non emerget utilitas, quæ concors matrimonium concomitatur *æconom. 1. cap. 2.* & perfectam conjugibus felicitatem elargitur; indeque vir cum summo reipub. detrimento politicis negotiis ineptus fiet; sed unusquisque junioris nuptias expetat, ut prole ditetur, & memor, quod uxor,

De adm. domest. l. 5.

Dummodo morata recte veniat, dotata est satis.

Plaut. in Aulul act. 1. sc. 4.

non ditiorem, vel longe nobiliorem ducat uxorem, illius enim assidua excruciatus superbia, monitum illud, in plerisque mulieribus fallax, suo tamen periculo verum experietur à Pallada satyrico expressum disticho, quod scilicet:

Πᾶσα γυνὴ χόλος ἐστὶν, ἔχει δ' ἀγαθὰς δύο ὥρας,
Τὴν μίαν ἐν θαλάμῳ, τὴν μίαν ἐν θανάτῳ.

(*fons iræ est mulier: sed habet duo tempora læta: Cum jacet in thalamo, cum jacet in tumulo,*) sed pares tum ratione ætatis (ea, quam infra statuemus, proportione) tum ratione conditionis contrahens nuptias, susceptis facile liberis civitatem, familiam, ac seipsum per prolem suam conservabit, & filios relinquendo suos (ut dicebat *Plato 6. de leg.*) Pythagoræ dictum, de quo superius *t. 1.* imitatus in divino ministerio successores, naturam assequetur æternam: vir quinimo rectis alterius præditam moribus si ducat uxorem, illius obediens-

In epist. ad Claretam.

tiam proculdubio nanciscetur, nam ut Melissa Pythagoræa ajebat, αἱ τῶ ἀνδρὸς θελέσεις νόμος ὀφάλει ἄγεαφος εἶναι γσ-

μία.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ανδρὸς γυναικὶ, ποτθ' ὃν χρὴ βιῶν αὐτῶν. (*viri voluntas lex non scripta esse bene ornatæ modestæque fœminæ debet, ad quam eam vivere oportet.*) quod idem *œcon. 1. cap. 1. supplem.* monemur. imo hæc externis rejectis fucis, ut *ibid.* Melissa scribebat, qui potius apud stolidos libidinis, quam apud prudentes amoris sunt irritamenta, animi virtutibus decora; hisce potentibus veluti mediis conjugem ad honestos amores impellet, corporisque formam animi candore longe reddens præstantiorem, Circæos certe congressus, sui ipsius, novæ veluti Penelopes, amore illectum conjugem odisse compellet: ut enim Sanctissimus, & sapientissimus Pontifex Vrbanus VIII eruditissime canebat:

Sola morum probitas quærenda est in uxore.

Αυχένα μὴ τί λίθοις κοσμεῖς, φυκῶσι παρειὰς
Εὐώδη τε κόμαις τὴν δρόσον ἀμφικέεις;
Ταῖς ἀρεταῖς ψυχὴν, οὐκ ὤπ' ἐκφαίδροε μίλτῳ,
Ὦ ζητοῦσα κόρη γνήσιον ἀνδρὸς ἔρον.
Ὡς δὴ συγγενικῷ πυρρίζῃ χρώματι μῆλα.
Ἦ κεν χρωτὴρ σὸς χεῖρα πιθεῖ τὸ ῥόδον;
Κόσμον ἄφες μαλακὸν, φῦκός τ' ἀπόβαλλε ποσσώπε.
Μεῖζον ἔχει φίλτρον κάλλος ἀπιχνότερον.

(*Quid pulchram medicas faciem, collumque lapillis*
Cingis, & effuso spargis odore comam?
Non minio malas, animam virtutibus orna,
Quæ cupis, ô virgo nupta placere viro.
Aspice nativo rutilant ut poma rubore,
An rosa pingentis pollicis optat opus?
Mitte supervacuos cultus, fucumque genarum:
Acrior est illex, qui caret arte, decor.)

Vincula igitur conjugii qui exoptat, hujusmodi uxores ducat; tunc enim familiæ quiete, & suscepta prole beatus, publicis, ac privatis bonis deditus summa potietur felicitate; quam quidem exoptabit: at non assequetur ille, qui auri vel nobilitatis muliebris fulgore obcœcatus, nulla morum ani-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mi, nulla temperamenti habita ratione, in impares nuptias cœco appetitu feretur. quare Lycurgi legem licebit laudare, qui virgines sine dote nuptum collocare cum jussisset, cur id statuisset interroganti cuidam, respondit (quasi ea quæ hic Ocellus docet, nobili lege confirmaturus) se id præstitisse, ne vel ob inopiam aliquæ manerent innuptæ, vel propter opes expeterentur, at quivis mores puellæ respiciens ejus virtutem potius in delectu sequeretur.

Plut. apopht. Lacon. in Lycurg.

Text. 8.

Pueri à Venereorum usu excludendi.

Hic Codex M. S. V. incipit à capite.

Περὶ γενέσεως ἓν σκοπουμένους τά δε χρὴ πράττειν· καθόλου μὲν δὴ φυλάττεσθαι χρὴ πᾶν τὸ ἀνόμοιον καὶ ἀτελές· ὅτι γὰρ τῶν φυτῶν τὰ ἀτελῆ, ὅτε τῶν ζώων ἔυκαρπα γίνεται, ἀλλὰ δεῖ γενέσθαι πινὰ χρόνον πρὸς τὰς καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τελειωμένων τῶ σωμάτων τὰ σπέρματα καὶ καρποὶ γίνωνται. ὅθεν δεῖ τοὺς παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν γυμνασίοις τε. 1. καὶ καρτερίαις ταῖς προσηκούσαις τρέφειν, καὶ 2. τροφὴν προσφέρεσθαι. 3. τὴν ἁρμόζουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ.

1. τε deest in V.
2. deest in V. & B.
3. N. προσφέρεσθαι. im. ex B.

De generatione igitur considerantes hæc oportet efficere: universe quidem cavere oportet quidquid dissimile est, & imperfectum; neque enim arborum, neque animalium imperfecta bene feracia fiunt, sed opus est tempus quoddam antecedere fructuum productionem, ut ex corroboratis, & perfectis corporibus semina, & fructus fiant. quare oportet pueros, & virgines in exercitationibus, & tolerantia congrua nutrire, & cibum afferre convenientem laboriosæ, temperanti, & toleranti vitæ.

PARAPHRASIS.

ILli igitur, quos suscipiendæ prolis ardor ad matrimonia excitat, prædicta observent monita, unaque sciant, quidquid dissimile est, ac imperfectum,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

fectum, ad generationem ineptum esse; arbores enim, & animalia fructus nec fœtus edunt, quousque imperfecta sint, at prius augentur, ac temporis beneficio coalescunt, indeque necessario robore parto semen ac fructus abunde progignunt. quare pueros, ac virgines congruis laboribus, & exercitationibus innutriri opus est, ac iis tantum vesci cibariis, per quæ laboribus ferendis par temperies promoveatur.

COMMENTARIVS.

VT nuptias prolis tantummodo suscipiendæ gratia contraherent, mortales *in præced.* monuit Ocellus, ac simul excitavit: nunc ea, quorum præsidio longe facilius hæc prodeat, & honeste, indeque suscepta recta potiatur educatione, elegantissime describit. & primo à concubitu teneros, & juniores adhuc arcendos acerrime suadet. Eos idcirco, qui dulce patris nomen aliquando assequi exoptant, id potissimum jubet respicere, quod si *universe*, hoc est unumquodque viventium genus lubeat contemplari, ea tamen observando, quæ in eo sunt genere suis (quo scilicet ad robur) dissimilia genitoribus (in eo siquidem similitudinem spectare opinor auctorem, qui perfectionis tantum ac roboris hic meminit) nullos fructus à sui ortus primordio edere conspiciet, at tunc animalia tantummodo cum ætatis ac temporis beneficio coaluerint, & opportunum inde robur contraxerint, perfectos fœtus progignere, & plantas valida uberrime semina, & elegantes fructus elargiri, cum: Connexio cum præced.

——*primum truncos ursere valentes*
Et vires habuere suas. *Virg. 2. Georg.*

quo certe percitus eventu Aristoteles, cum 2. *de an.* 34. doceret,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ceret, φυσικώτατον τ῀ ὂν τοῖς ζῶσιν ἔργων. (*naturaliſſimum operum, quæ in viventibus*) eſſe progignere quid ſibi ſimile, non indiſtincte id protulit, ſed addidit, ὅσα τέλεια καὶ μὴ πεπήρωμένα, (*quæcumque perfecta, & non mutilata ſunt*) per illam conditionem, ætatis, per hanc, debiti ulterius roboris, & virtutis neceſſitatem nobis indicans, quorum utrumque breviter Ocellus modo expreſſit, dum perfectioni robur conjunxit, ut oſtenderet non ſat eſſe eam attigiſſe ætatem, quæ producendo ſemini foret apta; at ulterius oportere corporis robur acquiſiviſſe, ut inde validi fœtus enaſcantur; ideoque inepta dicebat Philoſophus *polit. 7. cap.* 16. adoleſcentium connubia, ut inde ſoboles emergat, eo quod ab his in unoquoque animantium genere prodeuntes fœtus imperfecti ſint, & fœminas potius quam mares, ac tenuia, & exigua corpora progignant: ex hoc vero naturæ inſtituto infert Auctor pueros, & puellas virgines non mollibus otiis, ſed *exercitiis, & tolerantia congrua* eſſe innutriendos: quod equidem dogma quanam ratione ex præcedenti inferat dogmate, difficile cognitu videtur: cum vix duo hæc videantur cohærere, hominem progignendæ ſoboli tunc aptum eſſe, cum maturo ſimul robore ac ætate perfecta gaudeat, & ideo pueros & puellas ad exercitia impelli neceſſarium eſſe; dum potius opportunum videatur à gymnaſticis hiſce arceri, è quibus robur & corporis perfectionem diminui contingat: damnat enim Ariſtoteles *polit.* 8. *cap.* 4. civitates illas, quæ in pueros athletarum habitudinem ſtudeant inducere, quia à labore illo vehementi deformia reddantur corpora, eorumque auctio non levia indę contrahat impedimenta, quod valido *ibid.* confirmat exemplo, cum in eorum ſerie quos Olympicorum victores Græcia celebrarat, vix duo vel tres occurrerent, qui iidem, & viri, & adoleſcentes victoriam forent conſequuti, Διὰ τὸ νέους ἀσκοῦντας ἀφαιρεῖσθαι τὴν δύναμιν ὑπὸ τ῀ ἀναγκαίων γυμνασίων, (*propter exercitationes pueris adhibitas*

Cur pueris prohibitæ ſint nuptiæ.

Iidem etiam à vehementi labore cavere debent.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

hibitas ſublata ſit vis ac robur à violentis laboribus.) abſit tamen ut vel veritatem ab Ocelli dictis abeſſe, vel his neglectis, quæ modo conſiderabamus, ea protuliſſe Ocellum arbitremur. Lycurgum interea ad Ocelli placita defendenda evocemus, hic enim Virginum corpora curru, lucta, diſci, & jaculi jactu exercenda decrevit, ut inde corpora ipſarum robur contraherent, ac proinde fœtus in valido corpore validius adoleſceret, mulieresque inde ſuo robore fretæ in partu dolores facilius ferrent, ac ſi ita neceſſitas exigeret pro ſe, patria, & liberis pugnarent: norat enim ſapientiſſimus legumlator exercitationes adulto corpori maxime conferre, dum inde nativi caloris aucta virtute, ac excrementis, quibus illa ætas humida abundat, facilius expulſis; & tota corporis compage firmata robur, & perfectus corpori habitus accedit, unde fortiora erumpant opera, & prolis productioni maxime aptum prodeat ſemen, ut à valido corpore elaboratum: recte idcirco Ocellus pueros ac puellas exercitiis addicendos ſtatuit, quia in iis robur exigitur, quod per labores, & exercitia corporis maxime comparatur: nec obeſt id quod ex Ariſtotele deducebatur: ſiquidem & ipſe Ocellum ſectatur, Pythagoram quinimo, à quo juventuti præſcripta exercitia recenſuit Iamblichus, ac ideo pueros à laboribus non omnino conſtituit immunes, at iis etiam tenues injunxit, ne ipſorum inde incrementa cohiberentur; eos enim ad evitandam corporis inertiam iis ludis voluit exerceri, quorum ope corpora motu gauderent, non illiberali tamen, ne vilibus tenella adhuc ætas aſſueſceret, nec valde laborioſo, non tamen remiſſo *polit.* 1. *cap.* 17. eaque elapſa ætate otia quoque prohibuit, ad pubertatem uſque levioribus præſcriptis exercitationibus, quas tamen victus ille violentus, & coacti labores, quos athletica exigit, non comitarentur, ne per hos pariter corporum incrementa inhiberent: vehementiora inde poſt pubertatem præcepit exercitia, & duris laboribus

Plut. in Lacon. apoph. in Lycurgo & Xenoph. de Laced. repub.

Adultis maxime confert labor.

Objectio.

In vita Pyth. c. 21.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

laboribus juvenes juſſit occupari 8. *polit. d. cap.* 4. hoc tantum addito, quod illis hujuſmodi munus injungeretur, cum ſaltem trium decurſu annorum diſciplinis acrem operam dediſſent, ἅμα γὰρ τῇ διανοίᾳ καὶ τῷ σώματι διαπονεῖν οὐ δεῖ. τἐναντίον γὰρ ἑκάτερον ἀπεργάζεται πέφυκε τὸν πόνον ἐμποδίζων, ὁ μὲν τοῦ σώματος πόνος τὴν διάνοιαν, ὁ δὲ ταύτης τὸ σῶμα. (*nam ſimul mente, & corpore laborare non oportet: cum ſe invicem impedire nata ſint: labor quidem corporis, mentem: mentis autem, corpus.*) cum tantam ſcilicet nequeat natura ſpirituum copiam elaborare, quæ & corporis exercitationibus, & phantaſiæ queant perfecte inſervire, quæ ſtudiis dedito intellectui ardua debeat aſſidue objecta exhibere. imo mulieres eas utero facile geſtare, & haud difficile parere cum moneat Ariſtoteles 4. *de gen. an. c.* 7. quæ apud gentes degant penes quas muliebre genus laborare conſueverit; & gravidis præterea mulieribus otia cum prohibeat, dum ipſas ne paulatim invadat inertia, per legumlatorem moneat cavendum, ideoque diurnum iter ad Deorum templa pio præſcripſit conſilio iis mulieribus, quæ concipiendi honorem fuerint aſſequutæ *polit. 7. cap.* 16. quis dubitet an exercitationes puellis Virginibus fuerint à Philoſopho permiſſæ? dum vero ipſe athleticam prohibuit, non quælibet ſane prohibere voluit exercitia, ſed ea tantum, quæ athletis propria nimio labore corporum robur minuerent, ideoque non tolerantiam nec exercitationes, quarum hic meminit Ocellus, quæ ipſum ex oppoſito augerent, voluit auferre; & hæc quæ protulimus à Philoſophi mente non abhorrere, etiam prolem ſuſcipiendam hic cum auctore reſpiciendo, ipſe aperte docet *dicto cap.* 16. monens Athleticam habitudinem, civili conditioni, valetudini, ac liberis ſuſcipiendis prorſus eſſe inutilem; at illum corporis habitum eſſe eligendum, quem labores, non violenti tamen, promoviſſent, quique non uni tantum muneri, athleticæ inſtar facultatis, at liberalibus quibuslibet operibus

Mente, & corpore ſimul laborare dedecet.

Mulieres prægnantes otia evitaturæ Deorum templa adire debent.

Solutio objectionis.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

bus par foret: monitumque iſtud tam viris, quam mulieribus eſſe commune *ibid.* profitebatur. quid clarius? aut ubi doctrinæ Ocelli ſemina uberius poterant efflorescere? & hoc idem Ocellum ſenſiſſe dictant verba textus; non enim exercitationem, ac tolerantiam ſimpliciter præſcripſit, ſed *congruam*, eam ſcilicet quæ robur non perderet, ut athletica conſuevit, eruditiſſimo Mercuriali teſte, ſed potius adaugere, ut modò dicebatur. ſubdit inde auctor, victum ideo pueris præſtandum, qui laborioſæ, temperanti, ac toleranti vitæ congruus omnino foret: cum enim alimentum corpus conſervet, ac ſimul augeat 1. *de ortu* 41. hic profecto aptus illi conſervandæ, & augendæ corporis habitudini, quæ à nobis exigitur, erit aſſumendus, quod pariter obſervabat Philoſophus *polit.* 7. *cap.* 17. plurimum referre monens, quali quis victu utatur, ut majus, minusve corpori robur accedat: Ocelli quinimo præceptor Pythagoras animadvertit, qui certa ciborum genera ideo tantum videtur præſcripſiſſe, quia ἡ τροφὴ μεγάλα συμβάλλεται πρὸς τὴν ἀρίστην παιδείαν, ὅταν καλῶς καὶ τεταγμένως γίνηται. (*nutrimentum magnum momentum ad optimam inſtitutionem confert, præſertim quando probe ordinateque ſe habet.*) hincque veritatem monitis Ocelli ineſſe, ac ea inter ſe cohærere optime apparebit, dum ex quo ea tantum quæ perfecta ſunt, & opportuno robore prædita, fœtus producere obſervat, exercitationes ac tolerantiam juventuti longe neceſſarias oſtendit, è quibus perfectio ac robur corporibus accedit: quod nobili ſane viro conveniens educationis genus cenſuit Claudianus, dum Honorium Auguſtum ſic allo-

Art. gym. l. 1. c. 14. Pueris tradendus eſt victus, qui ad conſervandam, & augendam corporis habitudinem ſufficiat. *Iambl. in vita Pyth. c. 24.*

In paneg.

quebatur:

Non tibi deſidias molles, non marcida luxus
Otia, nec ſomnos genitor permiſit inertes:
Sed nova per duros inſtruxit membra labores,
Et cruda teneras exercuit indole vires.

Singula vero hæc monita vere Pythagoræo digna Philoſo-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pho, vel hoc ſolum abunde teſtetur, quod ea ſapientiſſimæ illi ſectæ peculiaria veluti dogmata certo ſcimus: hujus enim dogmata enarraturus Iamblichus, hæc eadem, quæ hic traduntur, iiſdem fere verbis hinc forte exceptis ſic referebat: καθήκειν μὲν ὤοντο δεῖν φυλάττεσθαι τὸ καλούμενον σπουδαῖον. ὅτε γὰρ τῶν φυτῶν τὰ σπουδαῖα, ὅτε τῶν ζώων εὔκαρπα γίνεσθαί τινα χρόνον σπουδὴ καρποφορίας, ὅπως ἐξ ἰσχυόντων τε καὶ τετελειωμένων τῶν σωμάτων τὰ σπέρματα, καὶ οἱ καρποὶ γίνωνται. δεῖ δὴ τούς τε παῖδας καὶ τὰς παρθένους ἐν πόνοις τε καὶ γυμνασίοις καὶ καρτερίαις ταῖς σπουδαίαις τρέφειν, τροφὴν σπουδαίαν τε ἀρμόττουσαν φιλοπόνῳ τε καὶ σώφρονι καὶ καρτερικῷ βίῳ. (*omnino obſervari oportere autumabant id quod* σπουδαῖον, *hoc eſt bonum vocatur. neque enim ea, quæ terrâ funduntur bona, neque animalia aliquo tempore fœcunda reddi ante, quam tempus ſit fructus ferendi, ut ex validis ac viribus integris, perfectiſque corporibus ſemina, & fructus exiſtant. Itaque ante omnia neceſſe eſt ut pueros ac virgines in laboribus, & exercitationibus, item omnibus tolerantiæ ac temperantiæ generibus congruentibus educent, conveniens victûs genus adhibentes, & laborum amans, ac temperans, ſimulque tolerans, & continens vita ſit.*

De vita Pyth. c. 31.

Text. 9. Ætas matrimonio apta pueris præſcribitur, & frequens concubitus prohibetur.

Πολλὰ δὴ τῶν κατ' ἄνθρωπινον βίον τοιαῦτα ἐστίν, ἐν οἷς βέλτιον ἡ ὀψιμαθία· διὸ καὶ σπουδὴ τὴν τῶν ἀφροδισίων χρῆσιν ὕστερος ἄγεσθαι χρὴ τὸν παῖδα, ὡς μηδὲ ὀπιζητεῖν σπουδὴ τὸν εἰκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, ἀλλὰ καὶ χρησαίμενον, ὡσανεὶ χρῆσθαι. ἔσται δ' τοῦτο, ἐὰν καλὸν καὶ τίμιον εἶναι νομίζῃ

Multa ſane ſunt talia in humana vita, in quibus melior eſt tarda cognitio: proptereaque ad Venereorum uſum ſic ſe habere oportet puerum, ut neque talem exquirat uſum ante vigeſimum annum, ſed & dum eſt in eorum uſu, raro utatur. hoc autem erit, ſi bonam, & decoram

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

...ομίζῃ τὴν εὐεξίαν καὶ τὴν εὐγενεία-τειαν.	*coram esse arbitratur corporis bonam constitutionem, & continentiam.*

PARAPHRASIS.

PLeraque quidem penes homines existunt, quorum sera cognitio iis sit utilissima, & hujusmodi est certe Venereorum usus, à quo removendi adolescentes, ut illius compotes ante vigesimum ætatis annum nunquam reddantur; quam etiam ubi attigerint, raros exerceant concubitus; quod facillime præstabunt, si bonum ac decorum esse arbitrentur, recta corporis temperie juvenem temperantem potiri.

COMMENTARIVS.

CÆterorum exemplo viventium, perfectos tantum fœtus prodire monuit Ocellus, cum matura progenitorum ætas jam debitum robur contraxisset, quod ut melius accederet teneræ ætati, congruas exercitationes præscripsit; nunc quænam homini ætas Venereorum usum permittat, eleganter observat, eorumque frequentiam prorsus excludit. Vt autem recta methodo procedatur, pleraque nos monet in humana vita contingere, quæ longe melius adolescenti sero innotescere; non quasi eorum notitia in malorum serie collocetur; inter bona enim, & decora quælibet statuitur cognitio 1. *de an. t.* 1. & mala nosse, ut facilius evitentur, optimum quid unusquisque arbitratur; at quia per accidens, (ut scholarum terminis ab Aristotele tamen usurpatis *post. p.*

Mens Auctoris.

Non omnia adolescentibus innotescere decet.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cap. 4. utar) ex ea plerumque cognitione mala erumpunt; ſi non quatenus ab aliis utilioribus nos avertit hujuſmodi notitia, majus nobis bonum videtur auferre, ut in aliorum multorum cognitionibus evenit, ſaltem quia ſenſus illecti illecebris, ab ea non ad evitandum, ſed ad proſequendum potius illud malum excitamur: qua ratione quaſdam ſcientias pravas dixit Ariſtoteles *eth.* 7. *cap.* 12. ea idcirco quo ſerius cognoſcantur, eo major adoleſcenti utilitas accedet; prudentior enim per ætatem conſtitutus homo, vel illa prorſus evitabit, vel ſaltem tunc iis tantum inhærebit, cum ratio, & tempus eorum uſum permittant; & in cæteris pariter, quæ ab honeſtate abhorrent, verum illud, quod de Venereorum exercitio modo dicebatur, ideoque monebat Philoſophus *polit.* 7. *cap. ult.* pueros à ſervorum convictu removendos, ut in ea tenera ætate à conſpectu ſimul, & auditu ſervilium rerum abeſſent; ac maxime cavendum, ne obſcœnas voces uſquam proferrent, vel ab aliis prolatas audirent, quoniam obſcœna eloquia geſtorum turpitudo facillime ſequeretur: obſcœnas pariter picturas, & deformes actus eoſdem inſpicere acerrime prohibebat:

Pueri à ſervorum convictu arceri debent, ſicut à quocunque obſcœnitatis genere.

Vrb. VIII. *in verba Dauid Pſal.* 76.

——— *pudicos*
Qui maculant mores, nequitiemque fovent.

quæ primò enim apprehenduntur, rudem adhuc animum magis occupant, ac maxime afficiunt, ideoque à tenera ætate ea omnia prorſus ſecludenda, quæ obſcœni quidpiam, vel improbi redolerent *d. cap. ult.* ut enim docebat Plutarchus, *De educ. prol.* ἔυπλαστον γὰρ ὑγρὸν ἡ νεότης, καὶ πρὸς τύπων ψυχαῖς ἀπαλαῖς ἔτι τὰ μαθήματα ἐντήκει). (*eſt puericia ob mollitiem efficta facilis, animiſque puerorum teneris etiamnum facile inſidet, quod diſcunt.*) & hæc ſi negligantur, vel optimæ indolis adoleſcentes præclaro ſtemmate ortis ad opera fœdiſſima & viles ſimul ac impuros ſermones impelli, nec ab iis ullo pudore arceri miſerrime conſpicimus, unde ſapienter ſane Iuvenalis:

Nil

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Nil dictu fœdum, visuque hæc limina tangat, Sat. 4.
Intra quæ puer est, procul hinc, procul inde puellæ
Lenonum, & cantus pernoctantis parasiti.

his igitur permotus auctor, pleraque docet melius esse juvenes sero discere & exercere, hujusmodi præcipue Venerea: nam æquum est adolescenti quoad fieri possit, doloris causam sin minus auferre, saltem differre; occurrit enim *homini primi coitus pœnitentia, augurium scilicet vitæ à pœnitenda origine.* Venerea idcirco igitur adolescentem delibare ante 20. annum prohibet Ocellus, cum quo eadem percitus ratione Aristoxenus Pythagoræus apud *Tiraquellum* consensit; quod monitum optime iis quæ superius afferebantur, videtur cohærere: si enim unico prolis desiderio nec cujuslibet, at perfectæ tantum, est expetendus ab homine concubitus, ea saltem ætas necessaria erit, è qua semen perfecte prolificum erumpat, quod tantum vigesimo ætatis anno contingere videtur: licet enim decimo quarto anno peracto mas semen genitale proferat, infœcundum tamen usque ad 21. annum illud videtur 5. *de hist. an. cap.* 14. *&* 7. *de hist. an. cap. p.* imo ita, quod post eam ætatem aliquid ad perfectiorem prolem suscipiendam mari queat accedere, *ibid.* Quod si quispiam ideo congruam viri, ac mulieris ætatem connubiis, & suscipiendæ proli opportunam inquirat, hujus præterea educandæ provida cura percitus, quam neglexisse atrox certe parentum est crimen; non alium hic sane consulat quam Aristotelem *polit.* 7. *cap.* 16. is enim *ibi* sagaci nobis præscribit consilio, in ea præcipue mortales ætate constitutos matrimonia contrahere opportunum, in quibus unquam gignendi potentia queat discrepare; si enim vir ad generandum aptus sit, ac mulier ad concipiendum inepta, vel è converso, cessabunt concubitus, & inter conjuges facillime dissidia emergent: id præterea animadvertendum monuit sapientissimus ille vir, ne matrimonii contrahendi tempore conjugum

Plin. hist. nat. l. 10. *cap.* 63. *l. connub. 6. num.* 50. Adolescentibus ante 20 annum interdicatur Venus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Senio confecti à nuptiis arceri debent.

ætas ad ſenium nimis vergat, ne ſuſcipiendi ſcilicet liberi nimis quàm par ſit ab ætate diſtent paterna; tunc enim haud facilè filii educationis rectæ commodum à parentibus conſequentur; his imo plerumque gravi jam ereptis ætate rapacium quandoque præda hominum remanent, qui ut plurimum charitatem prætexentes alienæ rei adminiſtrandæ ſe ultro etiam immiſcent, tuncque alienas facultates (proh dirum ſcelus) infamibus inventis extorquere non erubeſcunt: hæc quoque ſi negligantur, nedum filiorum, at parentum etiam ceſſant commoda, dum in ſenectute à filiis ſibi præ ætate tenui gratiam referendam nequeant ſperare: hoc tamen evitantes malum, ne oppoſito premi contingat incommodo, in id ſedula etiam incumbant cura, ne præpropero nuptiarum contractu prolem aſſequantur, quæ ad ætatem paternam maximè accedat: petulans enim tunc temporis ut plurimum filiorum protervia, debita genitoribus, utpote ferè æqualibus exhibere recuſat obſequia, multaque circa domus regimen erumpens inde æqualitas, progignit diſſidia; quæ ſingula ſi prudens vir ante nuptias meditetur, unaque animadvertat gignendi plerumque facultatem viris ſeptuageſimum, mulieribus quinquageſimum ætatis annum adimere; uxorem eo tantùm tempore ducet, quod conjuges ætatibus ad hunc finem concurrere permittat: ideoque fœminas decimus octavus, mares trigeſimus ſeptimus annus, vel ſimilis quæpiam ætas ad matrimonia evocabit: nec quid longe diſſimile ſenſiſſe videtur *Plato*, qui licet communes in ſua repub. mulieres eſſe permitteret (quem errorem excludit Philoſophus *polit.* 2. *cap.* 2.) mulierem Venereis uti permiſit à vigeſimo uſque ad 40. maribus verò à 30. uſque ad 55. ætatis annum 5. *de repub.* eò quia vigor corporis in iis ætatibus conſiſtit. Vbi verò nuptias homines contraxerint, ac ideo Venerea cœperint attigiſſe, non laxis habenis in concubitus ruendum monet auctor, ſed eos quam

Mulieribus à 20 uſque ad 40, & Viris à 30 uſque ad 55 Venerea permiſit Plato.

rarò

rarò exercendos; ut enim alias monuimus, ex coitu frequenti uberrime ſpiritu, & ſemine ejecto (quod cum ſit utilis excrementi utiliſſima pars, ubi vel minimum ſeceſſerit, diſſolutionem ac imbecillitatem adducit 1. *de gen. an. cap.* 18.) nativus calor imminuitur, morborum copia ſuccedit, & prave concoctum ſemen generandæ proli ineptum fit: ideoque Lycurgus ſponſo jubebat ut majorem diei partem, ac noctis cum æqualibus ſuis degeret, cum ſponſa vero furtim, & caute congrederetur; ne ſcilicet eorum corpora primævo robore deſtituerentur, ſatietas inceſſeret, ac præterea proles valida prodiret, & ſemper recens vigeret amor, qui inter conjuges hac ratione renovatur. quare Solon ternos ſaltem in menſe maritum cum uxore injunxit concubitus; ut non ſecus quam inter urbes fœdera temporis aliquo intervallo inſtaurantur, inter virum, & uxorem matrimonii amicitia eadem rurſus ratione efflorеſceret; quam certe, ſi hæc reſpiciebat, infirmam procax nimis Aragonum Regina arbitrabatur, quæ ſenos coitus Venerea ut ſopiret diſſidia unaquaque die conjugibus præſcripſit: imo frequentes coitus ab iis etiam, quos intemperantia occuparit, evitandos ex eo apertiſſime apparet, quod vel juxta naturæ præſcripta homo ſuſcipiendæ prolis, vel hac neglecta ſolius delectationis gratia concumbit; quare utramque rarus cum conferat concubitus, illam quidem ut allatæ ſuadent rationes: hanc vero quia vehemens in Venereis voluptas oritur ex eo quod vehemens accidit, κνησμός, (*prurigo.*) definitur autem apud *Rhodiginum* ἡδὺς ὑγρᾶ ἔξοδος πνευματώδης, ἐγκαταμεκλεισμένῳ παρὰ φύσιν, (*jucunda ſeceſſio humoris ſpiritoſi, incluſi contra naturam,*) ideoque qui frequenter iis utitur, longe tenuiori afficiatur voluptate oportebit 1. *de gen. an. cap.* 18. quam maxime vero Pythagoræum Philoſophum hoc dogma decebat, cum inter præcipua Pythagoræ monita hoc vigeat, quod ἀπὸ τῶν κυάμων abſtinendum: quod dictum licet vulgo aſſumi conti-

Semper tamen raro utendum Venereis.

Plut. apopht. Lacon. in Lycurg. & Xenoph. de Laced. rep. in princ.

Plut. in amator.

Montagne eſſais l. 3. cap. 5.

Lect. ant. l. 14. c. 3.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

contigerit, ac si à fabis nos abstinere monuisset, à Venereis per ea verba nos arcere voluisse Pythagoram, nemo certe ignorat, ut late comprobat *A. Gellius* Aristotelis auctoritate ostendens à paucis tantum Pythagoram abstinuisse animalibus, ac nullo frequentiori gavisum cibo, quam faba, hoc affirmante Aristoxeno Aristotelis discipulo: indicans vocem κύαμος non à Pythagora pro fabis, sed pro testiculis ipsis sic dictis, quia εἰς τὸ κυεῖν δεινοὶ, καὶ ἄλλοι τῷ κυεῖν, (*in ferendo utero validi, causæque uteri ferendi,*) assumptam, quod pariter affirmavit *Laërtius*. quare ad Venerea prudens accedet adolescens, tantum ubi firmum corporis habitum compararit, cum scilicet vigesimum ætatis annum impleverit; quam ætatem tantum Venereis aptam observabat ingeniose *Pindarus*, dum rectam Iasonis educationem expressurus, qui in Chironis antro à pudicis Centauri filiabus fuerat enutritus, sic induxit differentem:

Noct. At. l. 4. c. 11. Quid significet illud Pythagor. A Fabis abstine. *In vita Pythag.*

Pyth. od. 4.

Εἴκοσι δ' ἐκτελέσας
Ενιαυτὸς, ἀτ' ἔργον
Οὐτ' ἔπος ἐκτράπελον
Κείνοισιν εἰπὼν, ἰκόμαν
Οἶκα ——— ———

(*viginti autem à me completis annis, neque factum, neque dictum sordidum illis loquutus veni domum,*) quam ubi quis prætergressus fuerit ætatem, Venereis raro utatur. & utriusque dicti veritatem ex eo potissimum educit auctor, quod ita se gerere unumquemque opus erit, qui rectum corporis habitum, & continentiam, inter bona honore digna censebit, iisque potiri gaudebit: nam utroque hoc bono ille careat necesse est, qui in tenera adhuc ætate Venereis insistat, & hanc prætergressus ea non raro exerceat: masculorum siquidem corpora augeri cum impediat immatura Venus, *polit. 7. cap.* 16. quidquid dixerit Paulus Æginetа, concubitu corpora augescere tradens; cujus dicta erudite refellit Scaliger exerc.

269.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

269. *ad Cardanum*) & corporis pariter in fœminis perfectam excludat conſtitutionem, quas, ubi ter pepererint, incrementa ſuſcipere videtur impoſſibile 7. *de hiſt. an. cap.* 1. imo eædem vitæ diſcrimen facillimè ſubeant in partu, & in puerperio vehementius laborent, ut *ibid.* monebat Ariſtoteles; liquet utique ab immatura Venere corporis perfectum habitum aboleri, utpote robur minuente, ac quod perfectè nutriendo corpori, & ejuſdem incrementis erat indulgendum ſubtrahente; ut jure de Germanis *Tacitus* dixerit, *Sera juvenum Venus, eoque inexhauſta pubertas.* ſi enim Cliniæ Pythagoræi dictum contemplari æquum ſit (quod procul dubio Pythagoræum Philoſophum exponentem præſtare oportet) qui inquirenti cuidam, quando cum uxore foret concumbendum, tunc tantummodo id præſtandum reſpondit, cum quis maximo affici detrimento vellet: quid incommodi arbitrabimur illi acceſſurum, in cujus molli adhuc corpore quam maximè laborat natura pluribus dedita operibus, non illi ſcilicet tantum nutriendo, at cujuſque membri incrementis præterea vigili cura promovendis? Continentiæ pariter multum ſeros Veneris uſus conferre docuit Ariſtoteles *d. cap.* 16. illi comparandæ plurimum prodeſſe ſero contractas nuptias edocens, cum longe magis intemperantes appareant mulieres, quæ puellæ adhuc paſſæ ſunt concubitus: cujus eventus rationem 7. *de hiſt. an. d. cap.* 1. videtur aſſignaſſe, quo loci cum monuiſſet pueros in ipſo pubertatis limine majori cuſtodia coërcendos, quia tunc ſummo impetu ad Venerea excitantur, docebat, his ea ætate excluſis, ſupervenientibus ætatibus temperantiam facilè ſervari, at è converſo tenera adhuc ætate concumbentes, ad libidines vehementius ferri, ὅιτε γὰρ πόροι ἀναξομῶνται, καὶ ποιῶσιν εὔρυν τὸ σῶμα πύτυη. καὶ ἅμα ἡ τότε μνήμη τ συμβαινόσης ἡδονῆς ἐπιθυμίαν ποιεῖ τ τότε γνωμθύης ὁμιλίας, (*meatus enim laxantur, redduntque eo corpus lubricum, & ſimul voluptatis, qua olim geſtirent, memores, deſiderio moven-*

De mor. Germ.

Cur tenera ætate concumbentes, ad libidines vehementius ferantur.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

moventur præteritæ contrectationis.) horum utrumque pariter rari concubitus quam maxime præstant; nam corporis rectam constitutionem servant, quam frequenter effusum semen prorsus imminuit, non enim:

Virg. 3. Georg.

——— ulla magis vires industria firmat,
Quam Venerem, & cæci stimulos avertere amoris.

& temperantiam præterea homini elargiuntur, quam frequens concubitus abolet, ut superius *hoc cap.* ideoque ad eam cum mortales Pythagoras hortaretur, eam ætati, ac sexui unicuique opportunam, adolescentes omnium maxime appetere congruum docebat, nam

Iambl. in vita Pyt. cap. 8.

μόνῃ αὐτῇ ἀποφαίνειν ἑαυτὴν φέρουσαν καὶ τὰ τοῦ σώματος ἀγαθὰ, καὶ τὰ τῆς ψυχῆς ἀφαιρέσεων τὴν ὑγείαν, καὶ τὴν τῶν βελτίστων ἐπιτηδευμάτων ἐπιθυμίαν, (*virtus illa sola declarat se percepisse, & corporis, & animi bona, dum sanitatem scilicet, & optimorum studiorum appetentiam conservat.*) quare rationi congrua sunt, quæ hic ab Ocello præscribuntur: quæ ab ipso prolata fuisse mirum

Ibid. c. 3.

non est, cum è Pythagoræo fonte deprompta Iamblichus testetur; Pythagoræis de generatione differentibus traditum fuisse recensens, πολλὰ τῶν καθ' ἕκαστον ἀνθρώπινον βίον τοιαῦτα εἶναι, ἐν οἷς βέλτιόν ἐστιν ἡ ὀψιμαθία, ὧν εἶναι καὶ τῶν ἀφροδισίων χρείαν. δεῖν δὲ τὸν παῖδα ἔτως ἄγεσθαι, ὥστε μὴ ζητεῖν ἐντὸς τῶν εἴκοσιν ἐτῶν τὴν τοιαύτην συνουσίαν. ὅταν δὲ εἰς τοῦτο ἀφίκηται, σπανίοις εἶναι χρηστέον τοῖς ἀφροδισίοις. ἔσεσθαι δὲ τοῦτο, ἐὰν τιμίον τε καὶ καλὸν εἶναι νομίζητε ἡ εὐεξία· ἀκρασίαν γὰρ ἅμα καὶ εὐεξίαν σπάνυ γίνεσθαι περὶ τὸν αὐτόν. (*multa istius generis in vita humana existere, in quibus potior est sera, tardaque eruditio. Ejus generis esse etiam usum rei Venereæ. puerum igitur ita institui, & educari oportere, ut intra annum vicesimum ætatis talem congressum nullo modo quærat. quum autem ad eam ætatem, quæ illi rei matura est, pervenerit, raro ea utendum esse. atque hoc futurum esse, si bona corporis habitudo, res tum pretiosa, tum bona existimetur. incontinentiam enim, & bonam corporis habitudinem rarissimè in eodem versari.*)

Rei

Rei Venereæ uſus cum matre, filia, & ſorore prohibetur. Text. 10.

Δεῖ δὲ καὶ παιδεύειν τὰ τοιαῦτα τῶν νομίμων ἐν ταῖς Ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητρὶ συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μητ' ἀδελφῇ, μήτε ἐν ἱεροῖς, μήτε ἐν φανερῷ τόπῳ· καλὸν γὰρ ἐστι καὶ σῶφρον τὸ ὡς πλεῖστα κωλύματα γίνεσθαι τῆς ἐπιθυμίας ταύτης. καθόλου δὲ δεῖ σωφρονεῖν. 1. τάς τε παρὰ φύσιν μίξεις. 2. καὶ τὰς μετ' ὄρνεως γονοφθορίας, καταλιμπάνειν δὲ τὰς κατὰ φύσιν, καὶ μὴ σωφροσύνης ἄπει τεκνοποιΐας σώφρονίτε καὶ νομίμῳ γονοφθορᾷ. 3.

OPortet autem, & has leges in Græcis civitatibus ſtatuere, quod neque matri commiſceantur, neque filiæ, neque ſorori, neque in templis, neque in aperto loco: bonum enim eſt, & utile quamplurima impedimenta hujusmodi actioni apponi. univerſè verò auferre oportet præter naturam generationes, & eas, quæ cum injuria fiunt, & relinquere eas, quæ ſunt ſecundùm naturam, & cum temperantia, in filiorum temperata ac legibus convenienti generatione.

1. V. & al. ἀφαιρεῖν. 2. V. γονήσεις. 3. V. γονοφθορᾷ.

PARAPHRASIS.

HAs præterea in univerſa Græcia leges ſancire oportet, quod matri, filiæ, vel ſorori nefario concubitu nemo audeat commiſceri, nec in locis ſacris, vel publicis Venerea liceat exercere: impudicos enim hos actus pluribus impedimentis coërceri neceſſe eſt; illique prorſus abolendi concubitus, quos natura abhorreat, ac contumelia comitetur, iique tantum, quos natura di-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ctet, ac temperantia patiatur, unicuique permittendi, quem ad nuptias prolis amor impellat.

COMMENTARIVS.

Connexio cum præcedent.

PRæcipuum humani conjugii finem esse sobolem in præcedentibus cum statuisset Ocellus, quænam potissimum ætas foret à Venereis removenda, ne imperfectos inde fœtus oriri contingeret, ostendit, raros quinimo concubitus ideo conjugibus permisit, omnemque prorsus à præstantissimo illo humanæ societatis genere intemperantiam exclusit: eidem nunc pariter insistens præcepto, non ætatis amplius, at loci, & personæ intuitu, quos natura, pietas, ac pudor abhorret Venereorum usus prohibet, dum impuros parentum, filiarum, ac sororum amores, & in sacris, publicisve locis conjugum concubitus è mortalium cœtu rejiciendos sanctissimè monet. Æternis ideo in Græcia sanciendum legibus constituit, ne quis cum matre congredi impio audeat amore, ne scilicet infando contingat exemplo cernere

Prædicti concubitus impii.

Sen. in Oedip. act. 4.

Retro reversas generis, ac stirpis vices:

nec unquam infamia cum filia permittantur connubia, in quibus immenso sane scelere

Ovid. 7. met.

Accipit obscœno genitor sua viscera lecto.

fraternique penitus aboleantur concubitus, barbara Venere à Græcis exclusa, per quam

Lucan. l. 8.

——— jacuere sorores

In fratrum thalamis, sacrataque pignora matrum.

Eorum usus apud Barbaros.

hujus scilicet inhumanæ libidinis quam maximè ferax barbara quæcunque regio, quæ quolibet generis nexu neglecto, ac violatis naturæ juribus, natæ, genitricis, vel sororis thalamos invadere non perhorrescebant. sic Arabes filiis cum matre concubitus permisere, Venereorum quinimo exercitia ad propriam stirpem deterrimo coarctantes instituto, cum

Strabo Geo. l. 16.

alterius

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

alterius ſanguinis fœmina concumbentes adulteros veluti acerrima morte plectebant. Perſæ pariter excluſis primævis ſuis legibus, quarum meminit *Herodotus*, filias matres, & ſorores ad matrimonii jura impiè admittebant, & in hoc immane nefas aliæ quoque gentes irruebant, quarum exempla congeſſit *Tiraquellus* : hæ namque brutis longè deteriores patri filiæ nuptias conceſſere, vel penes eas filius

Hiſt. lib. 3. Strabo lib. 15. ibid. lib. 4. l. connub. 7. num. 32. & ſeq.

—— nefandos occupat thalamos patris
Inviſa proles, ſed tamen pejor parens,
Quàm gnatus: utero rurſus infauſto gravis
Egit, qui in ortus ſemet, & matri impios
Fœtus regeſſit, quique (vix mos eſt feris)
Fratres ſibi ipſe genuit.

Sen. in Oedip. act. 3.

Apud Ægyptios, aliaſque gentes ſimiliter fraterna paſſim conſtituta connubia fuerunt: quare atrox hujusmodi inſtitutum, & naturæ juribus prorſus oppoſitum, ne Græcos etiam ipſos corriperet, quam maximè cavendum piiſſimus monet Ocellus. hinc ſcilicet ab ipſo tot votis expetita recta civitatis conſtitutio corrueret, quæ nuptiarum præcipuè beneficio prodit, ſi inter extraneos contrahantur, ſic enim neceſſitudinis ac ſanguinis vincula diffunduntur, è quo nexu major civium concordia, civitatiſque ideo felicitas enaſcitur, ut monebat *Plutarchus*. è matrimoniis imo temperantia, quam ubique auctor exoptat, profecto exularet, ſi incæſtas haſce nuptias homines contraherent; nam inſitus amor inter mortales tanta conſanguinitate affectos, conjugalis Veneris ardore promotus ita efferveſceret, ac proveheretur, ut conjuges ferventi libidine effrænes ad concubitus impelleret; quod certè reſpexit *Ovidius*, dum Myrrhæ nomine patrem nefariè amantis dicebat:

Diod. Sic. Bibl. hiſt. lib. 1. Empir. hypot. l. 3. c. 24.

Cur Matrimonia inter conſanguineos prohibita.

Rom. probl. 108.

—— nam gentes eſſe feruntur,
In quibus, & nato genitrix, & nata parenti
Iungitur, ut pietas geminato creſcat amore.

Met. 10.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

at impia sanè foret hujusmodi pietas, per quam matrimonia intemperantia invaderet; ac naturæ jurium contemptus, quæ pudorem quendam, & obsequium cognatos parentibus, ac sibi invicem exhibere impellit; quod certè à connubiis excludi sapientissimus docebat *Plutarchus*, dum ab Alexandro matrum connubia rejecta fuisse tradens, earum cultum ab eodem ajebat præscriptum, dicens Alexandrum Magnum vera Philosophiæ præcepta Persis tradidisse, cum docuit Πέρσας σέβεσθαι μητέρας, ἀλλὰ μὴ γαμεῖν, (*Persas ut venerarentur, non uxorum loco haberent matres,*) ac si materna prorsus infamis ille concubitus excludat obsequia, à quibus nedum Venereorum usus, at etiam memoria excluditur, ut quædam nobilia vel in brutis exempla nobis exhibuit Aristoteles 9. *de hist. an. cap.* 47. Præscriptam *in prac. textu* ætatem præterea adolescentes omnino contemnerent, incestas hasce nuptias si permitteret Ocellus, eorum enim ab incunabulis convictus lascivos ardores excitaret, & faciles juvenili ætati ad venerea aditus præberet: istaque respexisse Ocellum, vel ex eo apertissimè liquet, quod ætate illi operi idonea vix assignata, & ad temperantiam invitatis hominibus, illico incestas has nuptias è Græcorum cœtu monet rejiciendas, qui eas ut plurimum veluti barbaras semper excluserе; quod & Romani præstiterunt, à quibus vix tandem consobrinorum matrimonia fuere permissa, quorum sanè usum exacto tantum quarto consanguinitatis gradu, congruum erat illos sancire, si necessitudinis vincula ab iisdem penes Plutarchum considerata respiciamus: dum in eo tantum sensim per quoscunque gradus imminuta consanguinitas omnino videatur elanguescere, ut acutè observabat, & ingeniosè differebat *Albertus Magnus*; cujus quanta in Philosophicis, & Theologicis auctoritas, vel unius instar omnium nobilitate, ac eruditione præstantissimus *Iacobus Gaddius*, testatur in doctissimo libro inscripto, Principes Theologiæ Scholasticæ oratorio-

De fort. Alex. or. 1. Obsequium renuit concubitus.

Plut. Rom. q. 6. Consanguinitas usque ad quartum gradum cur perseveret. *d. probl.* 108.

De anim. l. 18. *c.ul.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

oriocriticis elogiis, & notis expreſſit. jure igitur matrum, fiarum, & ſororum connubia Ocellus excluſit, eoque magis quod enorme veluti opus, & naturæ decretis contrarium hujusmodi concubitum à Pythagoræa ſchola prorſus excluſum Hipparchus Pythagoræus videtur ſuaſiſſe; dum tantum ſcelus à vehementi tantummodo animi perturbatione prodire docebat dicens, πάντα τὰ κ τ̃ βίου ἁμάρτημα, κακὰ, ὠδικήματα, καὶ ἀσεβήματα, ἐκ τ̃ κ τ̃ τὰν ψυχὰν παθημάτων ἐγίνετο. ἀφ' ἃς γὰρ τὰς ὠδικὰς φύσιν ἀμέτρους ἐπιθυμίας, πολλοὶ εἰς ἀκαταχέτους ὁρμὰς ἐξώκειλαν. καὶ ὅτε τὰς ἐκ τῶν θυγατέρων, ὅτε τὰς ἐκ τ̃ ματέρων ἀνοσιωτάτας ἡδονὰς ἀπέχοντο. (*quidquid ſceleris, vitii, peccati, impietatis in hominum vita cernitur, ex animi perturbationibus ortum ducit. etenim per immoderatas, & à natura alienas cupiditates multi in effrenes impetus inciderunt, nec vel à filiabus, vel à matribus turpiſſimam potuerunt cohibere libidinem.*) in quo ſane Pythagoram fuerat imitatus hujusmodi dogmata ſuæ ſectæ præſcribentem *apud Iamblichum*, quod idem pariter monuit Ariſtoteles, qui mulieres communes eſſe prohibebat, ne parentes, filios, ac fratres inde nefarie commiſceri contingeret, *polit. 2. cap. 4.* Sicuti autem ætatem, ac perſonas nuptiis ineptas monuit, loca pariter, à quibus venereorum uſum arceri deceat, nunc recenſet. ideoque concubitus in publicis ac ſacris locis prohibet exerceri: licet enim pleræque gentes in templis ab iis non abſtinuerint, id tamen prorſus barbarum, ac impium unuſquiſque fatebitur, & à Numinis cultu, quem unicum templorum conditores expetebant, prorſus alienum: ſacris enim operam daturos ethnicos à Venere ſi legimus omnino abſtinuiſſe, ut de Aſſyriis Iovis Heliopolitæ ſacra peragentibus prodidit *Macrobius*, & de Ægyptiis *Porphyrius*, ac de Epidauriis, penes quos auguſta templi frons non aureum illud dogma γνῶθι σαυτόν (*noſce te ipſum*) ut apud Delphos, at:

De *anim. tranquil.*

In vita Pyth. c. 17. Communio Mulierum mala.

Alex. gen. l. 6. c. ult. Ethnici ſacra peracturi à Venere abſtinebant. *Saturn. 1. c. 23. De abſt. ab eſu carn. l 3.*

Ἀγὼν

Ib. lib. 2. Romanæ etiam Matronæ sacra Bonæ Deæ agentes conjuges expellebant.

Ἁγνὸν χρὴ νηὸν θυώδεα ἐντὸς ἰέντα
Ἔμμεναι ——

(*castum oportet templum divinum introeuntem esse*) eruditè præseferebat: matronasque Romanas universos è domo mares, vel ipsos etiam conjuges tunc expellere scimus consuevisse, cum Bonæ Deæ sacra forent peracturæ, vel masculorum quinimo animalium tunc pictas imagines contexisse, unde *Iuvenalis* dicebat:

Sat. 6.

—— *ubi velari pictura jubetur*
Quæcunque alterius sexus imitata figuram est.

& tam vehementi odio tunc temporis Venerea prosecutas fuisse, ut nec etiam myrthum ut Veneri sacram in ejusdem Bonæ delubrum ausæ fuerint inferre; dedecere scilicet ad sacra accessurum sordidis iis, licet permissis, voluptatibus vacare arbitrabantur; quo magis igitur obscœna illa, ac dictu fœda indecorum erit iis locis exerceri, quæ religio Numini sacrarat, & ubi candorem animi, ac solam mentis pietatem æquum erat refulgere: hoc idem vel prisca Hebræorum approbavere instituta, ut apertè indicat elegans sanè locus Rabbini Moysis Ægyptii dicti Ben-Maimonis in libro, quem inscripsit More Nebuchym, viri à plerisque Theologis, & à Iosepho Scaligero laudati, quem à se ab Hebræo codice translatum una cum sequentibus ejusdem auctoris mecum communicavit D. Vincentius Nogueira suis, & indefessis studiis, & omnimoda eruditione ubique notior, quàm ut ullius indigeat præconio. sic enim doctissimus ille Rabbinus dum de concubitu differit, *ibid.* dicebat *tantum abest, ut liceat in loco sacro, ut nec etiam in clauso cubiculo, in quo forte sit liber aliquis sacræ scripturæ vel doctrinæ Theologicæ, vel phylacteria ulla, quibus Hebræi utuntur in eorum Synagogis.* hujus quinimo criminis horrorem mortalium mentibus incutere horrenda Gorgonis facie tentavit, profunda sub fabularum semper involucris delitescens Veterum Sapientia, eam enim

Plut. qu. Rom. 20. Hebræi & ipsi cum rebus sacris Venerea miscere abhorrebant.

Volum. 2. tract. de coitu prohib. c. 21. lib. 1. epist. 62.

—*pela-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

——— *pelagi rector templo vitiasse Minervæ* Ovid. 14. met.
Dicitur, aversa est, & castos ægide vultus
Nata Iovis texit. neve hoc impunè fuisset,
Gorgoneum crinem turpes mutavit in hydros.

maximè verò Pythagoræum decebat Philosophum tam pio connubia pertractantem ratiocinio, hujus quoque dogmatis meminisse, cum Pythagoram mortales præcipue monuisse tradat Iamblichus, μὴ τίκτειν ἐν ἱερῷ. ἃ γὰρ εἶναι ὅσιον ἐν ἱερῷ καταδεῖσθαι τὸ θεῖον τῆς ψυχῆς εἰς τὸ σῶμα. (*in templo non esse pariendum* (vertit Arcerius, dicerem ego *generandum*) *pium enim non esse animi divinitatem, in templo, corpori alligari.*) A publicis verò locis ni pietas, pudor saltem honestus quoslibet concubitus excludit, quos ibi Indorum quamplurimis *apud Sext. Empir.* aliisque prope Caucasum populis *apud Herodotum* insita permittebat barbaries: indecorum enim est eas partes exponi quas nobis insito quodam pudore celari voluit natura, ut vel ipsi Cynici, interula licet veluti superflua rejecta, duplicato pallio eas contegere consueverint, ut doctissimus vir *Octavius Ferrarius* observavit, *ut alienis oculis parcerent, qui pudori suo minime parcebant*, & nedum expositas, sed fœdis etiam operibus immersas ab hominibus conspici: unde perituram Polyxenam, quæ virili sane robore ac morti objicere non pertimuerat, eas à mortalium oculis subtrahere tentavisse penes Euripidem videmus, dum ait: Hypot l. 3. c. 24. hist. lib. 1.

Cynici pudenda duplici pallio tegebant. De re vestiaria l. 3. c. 2.

——— ἡ δ' ὧδε θνήσκω', ὅμως
Πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐχήμως πεσεῖν,
Κρύπτειν θ' ἃ κρύπτειν ὄμματ' ἀρσένων χρεών. In Hecuba.

(*hæc verò etiam moriens, tamen magnam solicitudinem habuit decenter ut caderet: & occultaret, quæ occultare oculos virorum convenit.*) dedecebat præterea opus illud, quod in tenebris tantum exerceri naturæ monita impellunt, ut iis scilicet velut densi velaminis vice uteremur, in apertis locis peragi; indeque contingeret, quod eorundem visus, jam pror-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſus ab humanis oculis ejecto pudore, continuis ſpeciebus animum excitaret, & ad novarum voluptatum imagines revocaret, ſimulque ad concubitus impelleret: idque tam ſanctè obſervandum priſci Hebræorum ritus eodem Rabbino teſte decreverunt, ut illum, qui in cubiculo clauſo cum uxore non concubuiſſet, ſed in loco aperto puta viridario quopiam, tamquam fornicationis reum leviore quadam verberatione, apud illos *mardut* dicta, ſanciverint plectendum; ac præterea conjuges mandarint in noctis medio tantum, utpote ab omni luce diurna remotiſſimo concumbere, idque lucernis extinctis: ut ideo ſacra ſabbathi die à coitu conjuges oportuerit abſtinere, qua lampades extingui eorum religio prohibebat. jure igitur in aperto loco Venerea exerceri prohibet Ocellus, coque magis, quod inde intemperantiæ exempla juventus captaret: quam ſi vel obſcæni verbi auditu (ut *t.* 9. monuimus) corrumpi poſſe metuebat Ariſtoteles, quid eveniret, ſi à viris gravis ætatis, vel à parentibus ipſis nullo pudore percitis Venerea paſſim conſpiceret exerceri? quid tunc temporis præſtaret prudentiſſimus ille Cato, qui Senatu eum ejecit, qui coram filia ſua uxorem fuerat oſculatus, ſi nedum ea, verum etiam univerſo ſpectante populo paſſim concubitus peragi videret? quare prudenter Auctor inceſtos nedum excludit concubitus, verum Venerea è ſacris, publiciſque locis omnino præſcribit removenda: & ut univerſè honeſtos, ac temperantes reddat homines, quaslibet generationes damnat, quæ ſint præter naturam; eas ſcilicet, quæ è conjugibus prodirent arcto prius cognationis vinculo connexis; cum enim naturæ juribus repugnent, præter naturam eſſe, conſtituendum: eas præterea prohibet, quæ cum contumelia fiunt, illas ſcilicet quæ in ſacris, vel publicis locis exercerentur, quæ cum Numinis, ac populi contumelia ſuccederent: ac cæteras quæ per virginum raptus, ſtupra, & adulteria peragerentur; quæ cum maxima eorum

Hebræi cum uxoribus coire ſolum in cubiculo clauſo, & ſine lumine permittebant.

Plut. conjug. præcept.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

eorum contumelia, quorum cuſtodiæ vitiatæ mulieres ſunt commiſſæ, profecto evenirent: ſed cum temperantia, (quæ delectationes tantum in quibus, quando, & qua ratione convenit *eth. 3. cap. 13.* permittere videtur) & juxta naturæ, ac legum ſancta inſtituta prolis generationi ſapientiſſimè monet incumbendum; quæ ſingula unicuique vel maxima Pythagoreæ ſchola auctoritas ſuadeat, à qua communibus ſuffragiis pia hæc dogmata fuerunt ſancita: monebat enim Iamblichus laudibus eximiis ab iis celebrari τὰ παιδεύτ πρεσπαρχόντων νομίμων ἐν ταῖς ἑλληνικαῖς πόλεσι, τὸ μήτε μητράσι συγγίνεσθαι, μήτε θυγατρὶ, μητ' ἀδελφῇ, μήτ' ἐν ἱερῷ, μητ' ἐν τῷ φανερῷ. κακὸν (legerem ego καλὸν) γὰρ εἶναι, καὶ σύμφορον τὸ ὡς πλεῖστα γίνεσθαι κωλύματα τῆς ἐνεργείας ταύτης. ὑπολάμβανον δ', ὡς ἔοικεν, ἐκεῖνοι οἱ ἄνδρες περιαιρεῖν μὲν δεῖν τάς τε παρὰ φύσιν γεννήσεις, καὶ τὰς μεθ' ὕβρεως γινομένας, καταλιμπάνειν δὲ τῶν κατὰ φύσιν τε καὶ μετὰ σωφροσύνης γινομένων τὰς ἐπὶ τεκνοποιΐᾳ σώφρονί τε καὶ νομίμῳ γινομένας. (*hos ritus, legeſque antiquiorum in Græcis urbibus, nimirum ne quis cum matribus, nec filia, nec ſorore, neque in loco ſacro, neq; in propatulo rem habeat. hoc enim malum eſſe* (dicerem ego *bonum enim eſſe*) *& utile, ut quamplurima hujus actionis, flagitiique quæ hoc vetent, præpedimenta fiant. exiſtimabant autem illi, ut apparet, viri iſtas generationes, quæ præter naturam fiunt, itemque cum injuria, tolli oportere; eas verò ſalvas relinquendas eſſe, quæ ex temperanti legitimaque liberorum procreatione ſecundum naturam cum caſtimonia editæ ſunt, &c.*

Victus ſaluber, & tranquilla mens concumbentibus neceſſaria. Text. 11.

Δεῖ δὲ πολλὴν 1. πρόνοιαν ποιεῖσθαι τὸς τεκνοποιουμένους τῶν ἐσομένων τέκνων· πρώτη μὲν δὴ μεγίστη φυλακὴ πρὸς γένεσιν τῷ τεκνο-

OPortet autem multum eos conſulere, qui progenituri ſunt liberos, ſuſcipiendis filiis. prima ſanè maxima cuſto-

1. N. πάλιν, im. ex VV. & B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

τεκνοποιεῖν βουλομένῳ δίαιτα σωφρονικὴ καὶ ὑγιεινὴ, ὡς μήτε πληρώσῃ ξηρᾶς τροφῆς ἀκαίρως, μήτε μέθῃ, μήτε ἄλλῃ τινὶ 2. παραχῇ, ἐξ ὧν χείρονες 3. αἱ αἰτιῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μάλιστα δὲ πάντων προσήκει φυλάττεσθαι τὸ τῆς καθεζηκυίας τῆς ἀφροδίτης τὰς μίξεις γίνεσθαι. ἐκ φαύλων γὰρ καὶ ἀσυμφώνων καὶ παραχωδῶν ἕξεων μοχθηρὰ γίνεται τὰ σπέρματα.

2. N. τῇ, im. ex V.
3. N. χείρες. im. ex VV.

dia generationis volenti filiis operam dare, sit victus temperatus, & saluber, ut neque repleatur intempestivo cibo neque vino, neque alia quapiam perturbatione, ex quibus deteriores fiunt ipsorum corporum habitus. maximè verò omnium par est, ut curent, quòd tranquilla mente fiant concubitus. ex pravis enim, & dissonantibus, & perturbatis habitibus vitiosa fiunt semina.

PARAPHRASIS.

EOs pariter, qui prædictis servatis legibus, cum uxoribus concumbant, suscipiendæ proli quam maximè consulere oportet; ideoque temperato, & salubri victu uti, ac intempestivum cibum, vinique copiam, & ea singula, è quibus perturbationes prodeant, prorsus abhorrere; inde enim deterior corporis constitutio erumpit. id præterea iis sedulò curandum, ut tranquilla tantùm mente Veneri dent operam: his enim neglectis, prava semina, imperfectique proinde fœtus progignuntur.

COM-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

COMMENTARIVS.

VNico prolis desiderio Venerea docuit expetenda Ocellus, ideoque multa, quæ diligenter obſervata fœcundos redderent concubitus hucuſque præſcripſit: nunc alia recenſet, quæ ad hoc idem plurimum conferre videantur, ac ea præcipuè, quæ ſi humanam concomitentur generationem, eam longe reddant perfectiorem: eumque idcirco monet, qui liberos progignere exoptat, ut ſedulam curam ſuſcipiendæ prolis provido gerat animo, priuſquam illius parens conſtituatur: ut ſcilicet ea, per quæ iſta rectius ac facilius comparetur, ita prænoſcat, & prævio accipiat uſu, ut eam perfectiſſimè progignat, & prognatam feliciſſimè nutriat: ideoque in id maxime inſiſtendum docet, ut victu temperato, ac ſalubri conjuges utantur, ut inde aptum ſit alimentum, cum quantitatis, tum etiam qualitatis ratione, riteque ideo concoquatur, deperditas vires reſtauret, perfectumque ſimul ſanguinem, ac inde prolificum ſemen producat. ſi enim animæ facultas generatrix alimentum proprium veluti objectum reſpicit, 2. *de an.* 47. quatenus ſuum exercet opus per ſemen, quod eſt alimenti utilis atque ultimi, nempe ſanguinei, utiliſſimum excrementum 1. *de gen. an. cap.* 18. & 19. alimento ſalubri eos utique delectari opus erit, qui prolem expetant, ſeu virum contemplemur, è quo ſemen vim activam continens prodit, ſeu mulierem menſtrua, quæ materiem fœtui elargiuntur, *ibid. cap.* 20. uberrime conferentem. Quod ſi modici quæſtus gratia agellum conſerentes, ut ille prius recte excolatur, & vel ab ipſis extrinſecus ingeſtis fœcunditatem contrahat, ſedula opera quærimus, indeque perfecto quæſito ſemine, ac omni fæce deſtituto vix tandem ſerere ſtatuimus: quam cautè illum procedere æquum erit, qui non ſegetum, ſed hominum ortus curet, & hominem,

Connexio cum ſuperioribus.

Victu temperato, & ſalubri uti debent conjuges.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nem, ut dicebat Diogenes, plantet: quod pariter nos monuit Philoſophus, dum dixit è diverſa aëris temperie, & cibi natura, quam maximè varias emergere in producenda ſobole diſpoſitiones 4. *de gen. an. cap.* 2. nam multum

E diverſa aëris temperie, & cibi natura varia in ſobole oritur diſpoſitio. *Lucr. l.* 4.

—— *refert, quo victu vita colatur;*
Namque aliis rebus concreſcunt ſemina membris,
Atque aliis extenuantur, tabentque viciſſim.

moderati verò, ac ſalubris victus neceſſitate declarata, quæ præterea ſint evitanda Ocellus illico exprimit; & intempeſtivum primò ac ſuperfluum cibum recenſet, è quo cruditates erumpunt, nativo calore tantam cibi copiam perfectè immutare invalido; unde ſanguis imperfectus, frigidumque, ac tenue enaſcitur ſemen, vel ſaltem morbido excremento permixtum, quod omnino inutile redditur, *p. de gen. an. cap.* 18. evitandam pariter ebrietatem ab eo, qui Venerea velit exercere, monet auctor, nec non cæteras hujusmodi perturbationes, cum enim hinc pariter cruditatum copia enaſcatur, ſpiritus ipſi debilitentur, valida, & generando fœtui idonea ipſorum non ſuppetat copia, quorum vi turgent generationi inſervientes partes, ac ſemen fœcundum emittitur, ut ſatis indicat emergens inde voluptas; quam ideo, & in genituræ expertibus excitari obſervabat Philoſophus 1. *de gen. an. cap.* 20. quibus ſingulis nedum ebrios, at etiam nimio potu oppreſſos affici *Plutarchus* affirmat: frigiditate ſeminis, atque prava temperie inanes eorum concubitus reddente: nam recte concoctum ſemen eſt calidius, quale eſt ſpiſſum, & hujusmodi certe fœcundius 4. *de gen. an. cap.* 1. ut virilis ideo ſeminis fœcunditas rationabili in aqua experimento comprobetur; dum tenue, ac frigidum cito diffuſum innatet, fœcundum vero in ima deſcendat, 2. *de gen. an. cap.* 5. ratione craſſitiei; imo illud ideo ſit prolificum, ut potius mares, quàm fœminas è ſemine hujusmodi grandinis ſpeciem referente obſervarit Ariſtoteles 7. *de hiſt. an. cap.* 1.

Ab intempeſtivo & ſuperfluo alimento abſtinendum.

Ebrietas etiam evitari debet.

Sympoſ. 3. *q.* 5.

Semen Virile quando ſterile, vel fœcundum.

Ebrius ut plurimum infœcundus.

ne

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ne ebrius præterea generandæ proli sit idoneus, corporis habitus præhumidus efficit, à quo congrua semini crassities difficilè conferetur; concubitus imo & ipse in ebrio impedietur *sect. 3. probl.* 11. cum in eo opere alteram partem reliquo corpore calidiorem esse necesse sit; quod in ebrio non continget, ob nimium totius corporis fervorem, à quo extinguitur motus interni calor, cui præcipue humidi, crudique copia tunc officit: habitusque Venereis maximè idoneus est, ubi calidum, simul ac humidum in interiori parte est corpus: quo maxime cum sint præditi dormientes, iis absque ulla agitatione semen profluere videmus, quod nequaquam vigilanti contingit, *sect. 4. probl. 5.* quibus addendum sanè, vino deditos in intemperantiam, adeoque in ea quæ aliàs retulimus incommoda facilè ferri, ubi enim sit

Cur dormientes facile emittent semen.

—— vino calefacta Venus, tum sævior ardet
Luxuries ——

quod Stratonicæ impudico confirmavit exemplo, cum sibi exædificandi ex voto templi gratia è regia abeunti custodem ab Antigono assignatum Combabum ad vetitos concubitus nunquam ausa invitare, ebrietatis præsidia accersivit, ut pudorem superantibus Bacchi incendiis liberius pudicum hominem, ac minori suo dedecore, si rejiceretur, solicitaret; quod idem apud Ovidium Paris usurpabat, dum ad Helenam scribebat:

Clau. de bello Gildon.

Stratonica non nisi ebria ad Venerea invitavit Combabum. *Lucian. de Syria Dea.*

Quin etiam ut possem verbis petulantibus uti,
Non semel ebrietas est simulata mihi.

In epist. amat.

Quod si forte læsa quidem, non verò prorsus deperdita seminis fœcunditate præ vini copia prolem generari contingat, hanc facile ebrietatis labe affici apud Plutarchum monebat Diogenes, qui adolescentem male mentis compotem videns, à patre ebrio ipsum certe progenitum asseruit: & singula hæc, quæ modo monuimus, Plato diligenter consideravit; nam ebrios liberis operam dare prohibuit, & veluti

De liber. educ.

Ebrii dementes generant. *de leg. l. 6.*

mente

mente captos à prolis generatione excluſit. ὡς' ἀνώμαλα καὶ ἄπιζα, καὶ ἀδεν εὐδύπορον ἤθ@, ἀδὲ σῶμα ἐκ τ̃ εἰκότων γονὴ ποτ' ἄν. (*nempe veriſimile eſt eum fœtus inæquales, inſtabiles, obliquos, tam membris, quàm moribus procreare.*) Sicuti vero cibi, ac vini copiam noxiam eſſe monuit Ocellus, idem pariter ſtatuit de quibusvis rebus, quarum impetu acriter homo perturbetur, qualis fortaſſe foret amoris violentia: licet enim proles facilius ex amantium concubitu concipiatur, ratione ſcilicet deſiderii, ac melioris ſeminum nexus, ut monebat Plutarchus; ſuadereque videatur amoris conditio, qui ex quadam temperiei ſimilitudine, & naturali convenientia prodit, è qua congrua ſeminum mixtio emanat. id tamen parcus amor, non verò inſanus, ac effrænis efficit: hic ſiquidem quaſi violentus ſenſim remittitur, ac prorſus evaneſcit, & veluti è ſenſuum impetu erumpens, ac inſanæ libidinis fœtus, eâ expletâ, citiſſimè corruit; ac uti primo ad inſanas honoris & famæ jacturas, vel etiam ſanguinis & amicitiæ vinculis prorſus effractis impellit, ita poſtremo tragicorum ferax eventuum, ſceleris jam peracti conſciam mentem ad horrida excitat facinora: ut jure cecinerit Euripides:

Sympoſ. probl Sueſſan. de amore c. 69.

Temperatus debet eſſe amor conjugum.

In Medea.

Ἔρωτες ὑπὲρ μὲν ἄγαν
Ἐλθόντες, οὐκ εὐδοξίαν,
Οὐδ' ἀρετὰν παρέδωκαν
Ανδράσιν. εἰδ' ἄλις ἔλθοι
Κύπρις, οὐκ ἄλλα θεὸς
Εὐχαρὴς ἔτω ———

(*Amores quidem nimium immoderate venientes, non bonum nomen, neque laudem, gloriamque conciliant viris: ſi verò moderate veniat Venus, non eſt alia Dea æquè grata,*) ſi igitur tot hinc emergunt mala, merito prædicta prohibet Ocellus, hoc ulterius addito, quod prava inde oriatur corporis conſtitutio propter repletiones (ut Iamblichus in Pythagoræorum

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

rum Symbolorum explicatione monebat) δεσμῷ τρόπον τὸ σῶμα καταλαμβανέσας, νοσημάτων τε, καὶ ἀσχολίας ἀδιαλείπτως ἐμποιέσας, (*vinculi inſtar corpus comprehendentes, & morborum agmina, ac negotia ſine intermiſſione generantes.*) ac proinde vel omnino vel ſaltem perfectæ proli progignendæ impares, ac inepti reddantur homines. Et ſicuti ea recenſuit modo, quæ ante concubitus cavere oporteret, ea pariter monet, quæ in concumbendi actu à conjugibus maxime ſint obſervanda; quod ſcilicet tranquilla tantum, & pacata mente Venerea unuſquiſque exerceat, dum è turbato corporis habitu prava emergant ſemina. opus eſt enim concumbentem ad alias non diverti curas; vir enim natura ſpirituum copiam convenientem eodem temporis momento, & generatrici facultati, & phantaſiæ ad graves cogitationes arreptæ poteſt ſuppeditare, unde ſemen debile, ideoque imperfecta fœtui primordia occurrent. eam enim concoctionem, quam ventriculus peragit, ſi lædit licet tenuis mentis contemplatio, ut imbecilles ſtomacho pene omnes dixerit Corn. Celſus eos, qui *cupidi litterarum ſunt*: quid de illo aſſerendum opere, quod immenſam caloris, & ſpirituum copiam expoſcit? imo à perturbationibus alienum eſſe concubitum ex eo apparet, quod per varia hæc, & confuſa phantaſmata concumbentes agitentur, quibus demerſa phantaſia tot fœtui diverſitates adjiciat, ut Ariſtoteles innuit *ſect. probl.* 12. & incommoda impertiatur; ut pluribus hujusmodi eventus allatis exemplis, & rationibus docuit V.C. *Thomas Fienus.* imo prolem inde nedum lædi, at omnino averti vel ex eo certiſſimè conſtat, quod quavis etiam vel maxima, & mares, & fœminæ progignendæ ſobolis virtute præditi, nullos concipient fœtus, ni ſimul ille effectiva, hæc materialia conferant principia, emiſſo ſemine eodem temporis momento, 10. *de hiſt. an. cap.* 7. quod difficile ſane continget (ut *ibid.* hanc quaſi illuſtraturus materiam monet Philoſophus) ſi fervida jam

Symb. 13.

De remed. lib. 1. *c.* 2.

Concumbenti perturbationes noxiæ.

De viribus imag. q. 13.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

mulier, ac Venereis acta ſtimulis, idoneiſque affecta cogitationibus cum conjuge concumbat mœrore confecto : in illa enim libidinis ardor urgebit ſemen, quod in hoc curæ, & alio abreptæ cogitationes cohibebunt; unde diverſis emiſſa temporibus ſemina, vel ſimul connecti erit impoſſibile, vel ex iisdem imbecilli velut ac imperfecto principio tenues ac omni noxæ ſubjecti partus prodibunt : ideoque mirum non eſt plerumque è ſapientibus viris ineptam, ex inſipientibus ingenioſam prolem enaſci, quia illi plerumque contemplationibus, vel negotiis inhærentes concumbunt; hi verò Venerea prorſus voluptate brutorum inſtar immerſi; quod eruditè hoc idem ſolvens problema edocebat Aphrodiſæus, dicens homines dementes, dum concumbunt, ſe libidini omnino dedere, ideoque cogitatione Venereis tantum dedita, ſemen optimis præditum viribus profluere : at ſapientes homines ac ſtudioſos aliquid honeſti vel utilis cogitatione ut plurimum complecti, nec in ipſo concubitu à contemplatione deſiſtere, ideoq; profluens ſemen perfectæ illius animalis facultatis expers eſſe : indeque etiam indoctorum filios corporis robore plerumque pollere, à doctis verò imbecilles fœtus prodire conſueviſſe. & hinc etiam fortaſſe in brutis corporeæ perfectionis, ac ſanitatis magis participes fœtus redduntur, quam in hominibus; eorum enim progenitores in concubitus ruunt fervido appetitu ducti, nec quid iis, Venerea exercentibus occurrit, quod ſpirituum concurſum ab eo opere avertat, ut in pleriſque hominibus facilè contingit; quare temperans victus, & mens tranquilla ab Ocello in conjugibus meritò deſiderantur, ut facili inde ac fælici ſorte proles generetur: & in hoc pariter placito univerſa convenit Pythagoræorum ſchola apud *Iamblichum*, illi ſiquidem ὑπελάμβανον δεῖν πολλῷ πρόνοιαν ποιεῖσθαι τῶν τεκνοποιουμένων τῶν ἐσομένων ἐκείνων. πρώτην μὲν δὴ εἶναι καὶ μεγίστην πρόνοιαν τὸ φεύγειν αὐτὸν πρὸς τὴν τεκνοποιΐαν σωφρόνως τε καὶ ὑγιεινῶς βεβιωκότα καὶ ζῶντα, καὶ μήτε πληρώσει χρώμενον τροφῆς ἀκαί-

Cur ſapientum filii dementes, & inſipientum plerumque ingenioſi. *Prob. l. 1. q. 28.*

De vita Pyth. c. 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ἀκαίρως, μήτε προσφερόμενον τοιαῦτα, ἀφ' ὧν χείρους αἱ τῶν σωμάτων ἕξεις γίνονται. μήτε δὴ μεθύοντά τε, ἀλλ' ἥκιστα πάντων. ὥοντο γὰρ ἐκ φαύλης τε καὶ ἀσυμφώνου καὶ παραχώδους κράσεως μοχθηρὰ γίνεσθαι τὰ σπέρματα. (*judicabant provide magnam ex se nascituræ prolis curam adhiberi oportere ab iis, qui liberis creandis operam darent. primam igitur maximamque providentiam eam esse, ut ipse ad liberorum procreationem accedat, postea quam temperanter, & sanè salubriterque vixerit. atque etiam vivat, & nec ciborum impletione, saturitateque intempestive utatur, nec tales cibos assumat, à quibus corporum habitudines lædantur, vel deteriores reddantur. omnium verò etiam minime ebrii illi rei studeant. arbitrabantur enim vitiosum semen existere ex prava, dissonaque, & turbulenta, seu confusa temperatione.*)

Diligens cura suscipiendæ prolis parentibus præscribitur.

Text. ul.

Μετὰ πάσης ἓν σπουδῆς καὶ προσοχῆς δεῖ καταβάλλεσθαι, ὅπως τὰ γονώμενα γίνεται 1. καλλέστατα, καὶ γονώμενα καλῶς ἀνατεραφῇ. ὅτι 2. γὰρ δίκαιον τοὺς μὲν φιλίππους καὶ φιλόρνιθας καὶ φιλόκυνας μετὰ πάσης ἐπιμελείας φροντίδα ποιεῖσθαι τῶν γινομένων, ὡς δεῖ, καὶ ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ πῶς διακειμένων γίνεσθαι τὰς μίξεις καὶ τὰς κοινωνίας, τὸ μὴ 3. ὡς ἔτυχε, γίνεσθαι τὰ γονώμενα. τοὺς δ' ἀνθρώπους μηδένα ποιεῖσθαι λόγον τῶν ἰδίων ἐγγόνων, ἀλλὰ καὶ γονᾶν ὡς ἔτυχε, καὶ

Cum omni igitur studio, & cura oportet considerare, ut liberi nascantur quam maxime gratiosi, & geniti recte educentur: non æquum est enim equorum, avium, & canum amatores cum omni diligentia curam suscipere eorum, qui progignendi sunt, ut sicuti par est, ex quibus, & quando oportet, & ut congruum est affecti concumbant, ne fortuiti partus enascantur, homines verò nullam suscipere curam suorum filiorum, at eos, ut fert casus, genera-

1. deest in V. usque ad καλῶς. 2. V. ἐδεῖ. ad. δι.

3. N. καὶ. im. ex VV. & B.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

καὶ γιγνομένων ὀλιγωρεῖν καὶ τῆς τροφῆς καὶ τῆς παιδείας. ταῦτα γὰρ 4. ἀμελήματα πάσης κακίας καὶ φαυλότητος ὠδῖνα γίνεται, βοσκηματώδη καὶ ἀγλῶνη ἀποτελέσματα 5. τὰ γιγνώμενα.

4. deest in VV. & B.

5. VV. B. & C. ἀποτελῶντα.

re, ac genitos, quod attinet ad nutritionem, & educationem, negligere. hæc enim contempta, omnis malitiæ, & improbitatis causa fiunt; ut scilicet liberi belluarum similes, & degeneres, & imperfecti evadant.

PARAPHRASIS.

OMni igitur ſtudio, & ſolerti cura expetant parentes, ut forma, & corpore præſtantes liberi enaſcantur, ac nati ritè educentur: iniquum eſt enim eos, qui equorum, canum, aviumve ſtudio tenentur, ſumma quærere diligentia rationes, & tempora, quibus eorum concubitus, & ortus utiliter promoveantur; homines verò in ſuſcipienda prole, hujuſmodi nullo pacto præcavere, ſed fortuito filios progignere, nec quo pacto jam genitos enutriri, ac educari par ſit, diligenter conſulere: eorum ſcilicet educatio neglecta vitiorum omnium primæva eſt origo, cum inde degeneres, ac brutis potius, quam hominibus ſimillimi exiſtant.

COMMENTARIVS.

CVncta hucuſque præſcripſit Ocellus, quæ felices nuptias, ac perfectam prolem conjugibus facillime conferant: nunc genitæ prolis quam diligens, ac provida nos deceat cura, præſtantiſſime docet, ad rectamque ejuſdem educatio-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cationem nobili excitat exemplo, & congrua quidem methodo, nam ut monuit *Plato*, παιδων γήσιν μὴ τὰς γάμας θώμεν, ἢ μὴ γήσιν, τροφὴν ἢ παιδείαν. (*procreationem liberorum post nuptias collocare debemus, post ipsam verò procreationem, educationem, & disciplinam.*) Ex iis igitur, quæ superius abunde retulerat cum bonis, tum etiam malis, quæ servata, vel neglecta suscipiendæ prolis cura ferebat, doctè colligit, & acutè infert omni studio & diligenti opere laborandum, ut filii nascantur *gratiosi*, & postquam nati sunt, quam optimè educentur; aut enim liberis suscipiendis operam non esse dandam, aut in illis educandis, & instituendis quemvis anxium molestumque laborem constanter perferendum monebat Plato. concinnæ quidem prolis ortus occurrit, si recensitis superius monitis pareant conjuges. optima verò ejusdem adest educatio, si potissimum illi quærant, ut natorum corpora rectè enutriantur, non ita durè scilicet, ut impotens resistere, tenera ætas langueſcat; nec ita molliter, ut inde vel levibus sustinendis discriminibus inepta reddatur. vel ipsis enim necessariis (ut Gallorum exemplo pueros parva veste induentium affirmabat Aristoteles 7. *polit. c.* 17.) quoad fieri potest, optimum est statim ab initio adsuescere: at aspero nimis, mollique rejecto cultu, is, qui horum medius est, servetur; nam πάντων μέσ' ἄριστα (*omnium media optima*) & statim ac tenera ætas id feret, puta elapso quinto anno, (prius enim vel disciplinis animum, vel laboribus puerile corpus exercere inutile esse *ibid.* monebat Aristoteles, inde corporis incrementa docens prohiberi, quod futuræ magnitudinis dimidium primo sibi comparat quinquennio, 1. *de gen. an. c.* 18.) eorum indoles recta promoveatur educatione, per quam & nobilibus imbuantur moribus, & præstantibus disciplinis erudiantur, ut inde sibi ipsis, familiis, ac civitatibus fiant utiles, nam τὸ νεανίσκου ἐπιμελείας τε καὶ ἀγωγῆς καλῆς τε καὶ ἀνδρικῆς καὶ σώφρονος γινομένης πολὺ εἶναι μέρος ὠφελοῦμεν εἰς τὸν τοῦ ἀνδρὸς ἡλικίαν, (*ex cura, quæ*

Lib. 6. de leg.

Educatio filiorum diligenter habenda.

in Critone.

Quomodo proles nutrienda.

Theognid.

Antequintum annum pueri disciplinis, & laboribus non sunt exercendi.

Iambl. in vita Pyt. cap. 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quæ adoleſcentiæ adhibetur, & ex bona atque honeſta illius ad fortitudinem, & temperantiam inſtitutione haud parva portio virili ætati tribuitur.) neglecta verò puerorum educatio longe maxima reipublicæ affert detrimenta *polit.* 8 *c.* 1. hæc enim vel omiſſa, vel ea diligentia, quam tanta res exigebat, haud tractata, ut tot nobili progenie ſati degeneres, & præ otio laſcivientes in ſegnem, ac inde improbam vitam elabantur, millies impellit, vel inde ſaltem nobilis plerumque adoleſcens

Rectæ educationis commoda.

——— claro contentus avorum
Nomine ſe jactat, titulis, cenſuque ſuperbit.
Deliciiſque vacans plaudit ſibi deſide victu.

In ſuis poëmat. ut ſanctiſſimus canebat Pontifex Vrbanus VIII, vir in tantum laudandus (ut de L. Æmilio Paulo dicebat Velleius *hiſt. l.* 1.) in quantum intelligi virtus poteſt, dum Ioannem Donatum fratrem ad Philoſophiæ ſtudia hortaretur. neglecta eadem, ut tot præclara ingenia, quæ ſive litterarum ſtudia, ſive politica negotia ſpectes, præſtantiſſimè refulſiſſent, miſerrime langueſcant, & ſterileſcentes velut agri in ſpinas, & dumeta tantum erumpant, non ſemel adegit: hæc tandem, non ut par erat adhibita, per ſe ad ſcelera propenſos animos, quin in illa enormibus geſtis, ac præcipiti audacia ruerent, non impedivit: tyrannoſque ideo rectam inſtitutionem civium ut ſibi noxiam ſemper abhorruiſſe *polit.* 5 *c.* 11. obſervat Ariſtoteles: quoniam ex ea generoſi ſpiritus, unaque ſapientia civium filiis enaſcantur; quod *ibid. c.* 10. videmus Thraſybulum vaferrimo præſtitiſſe inſtituto, qui ut Gelonis filio nepoti ſuo regnum eriperet, omnibus illum deliciis, & voluptatibus immergi curavit. at ex oppoſito prudentes legumlatores puerorum primò inſiſtunt educationi, veluti unico ritè inſtitutæ reipublicæ fundamento; providi inſtar agricolæ (ut dicebat Plato) qui tenellas primò plantas ſumma curat ſolertia. Vigent in nobis tum ad virtutes, tum ad vitia propenſiones; hæ quantumvis à viro, quem ætas, & prudentia concomitantur, callidè

Tyrannis infenſa recta civium educatio.

In Eutiphrone.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

lidè premantur, imo ita opprimantur, ut oppoſiti inde erumpant actus ; tamen in tenera ætate ac ſimulandi neſcia liberè ſe produnt : quare ſi præclara accedat educatio ; ſi illæ rectæ ſint , ad opera præſtantia & majorum exemplis , & gravibus monitis ac præmiorum illecebris adoleſcentes generoſe promoventur : ſin malæ ſint illæ , iiſdem rationibus , detectaque vitii turpitudine,& pœnarum terrore,ut in contrarios habitus immutentur aſſuetudine duce aſſequimur, ut enim *polit. 7. c. 13.* dicitur, τὰ ἤθη μεταβαλεῖν ποιεῖν. ἔνια γάρ ἐστι διὰ τὴν φύσεως ἐπαμφοτερίζοντα διὰ τὸ ἔθων ὅπη τὸ χεῖρον , καὶ τὸ βέλτιον. (*mores mutari faciunt. nam aliqua per naturam ad utrumque apta per mores ad pejus,vel ad melius convertuntur.*) optimamque ideo diem, primam ætatis partem dixit *Virgilius*, dum cecinit:

Optima quæque dies miſeris mortalibus ævi
Prima fugit ———

quia , ut illum expoſuit locum Seneca , *juvenes poſſumus diſcere , poſſumus facilem animum , & adhuc tractabilem ad meliora convertere, quia hoc tempus idoneum eſt laboribus, idoneum agitandis per ſtudia ingeniis, & exercendis per opera corporibus.* & ut eleganti utar Plutarchi exemplo,videmus tellurem fœcundam licet, cultura ceſſante ſterileſcere, & quo melior natura fuit , eo ſemper deteriorem fieri neglectu : at è contra tellurem aſperam , ſi aſſiduo excolatur labore , præclaros fructus edere. id potiſſimum parentum expetant ſtudia,quod jam ſuſcepti liberi ritè educentur,& procul à ſordida & molli gente viventes non ex obſcœnis dictis , vilibusve geſtis prima hauriant phantaſmata ſordida , quo celerius advenere , eo tenacius permanſura : at nobilibus fabulis , heroica referentibus geſta , picturis , ac præclaris parentum , affinium , & civium geſtis ad generoſa opera invitent ; excellentium præterea poëtarum opera pueris legenda, ac diſcenda proponant : quibus , ut monebat Plato priſcorum virtute præſtantium quam plurima inſeruntur monumenta unaque laudantur , ἵνα ὁ παῖς ζηλῶν

Epiſt. 108.

De liber. educand.

A ſordida gente pueri arceantur.

Quomodo educandi.

In Protagora. ζηλῶν μιμῆτη, ἢ ὀρέγητη πιεῖτ & ηλέος, (*ut puer æmulatione accensus præclara facinora majorum imitetur*,) adderem ego versioni (*& talis fieri appetat:*) imo præstantior Lacedæmoniorum instar puerorum, qui in festivitatibus triplici choro senum, adolescentum, & puerorum illustribus, dum audirent

Plut. in instit. Lacedem. senes canentes, Ἄμες ποτ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι, (*olim juventutem nos strenuam egimus*,) ac inde vigentes ætate viros respondentes, Ἄμες δέ γ' ἐσμὲν· ἀὶ ἴῆ λῆς αὐγάσδες, (*fortes sumus nos: fac si vis, experimentum*) alacriter illico canebant,

Chorus puerorum, juvenum & senum apud Lacedæmones. Ἄμες δέ γ' ἐσόμεθα πολλῷ κάρρονες, (*nos erimus his præstantiores plurimo*,) nulla scilicet re magis adolescentis generosi animum, quam gloriæ spe, ac famæ desiderio accendi contingit: non enim virtutem, at partam virtute gloriam humana ut plurimum expetit ambitio: eam si demas, & nominis perennitatem aboleas, licet virtus per se sit expetenda, nec alterius cujuspiam rei sit indiga, quoniam est sibi pulcherrima merces, tamen virtutis semitas nedum viris, at virorum vestigiis destitutas plerumque conspicies:

Iuven. sat. 10.

——— tanta major famæ sitis est, quam
Virtutis. quis enim virtutem amplectitur ipsam,
Præmia si tollas? patriam tamen obruit olim
Gloria paucorum, & laudis, titulique cupido
Hæsuri saxis cinerum custodibus, ad quæ
Discutienda valent sterilis mala robora ficus,
Quandoquidem data sunt ipsis quoque fata sepulchris.

quam solerti verò singula hæc studio parentes deceat exercere, vel ex ipsis brutis petito eleganti exemplo Ocellus confirmat: & parentes eorum saltem monet meminisse, qui equis, canibus, avibusque delectantur (quo etiam exemplo

5. de rep. ad hoc idem fere utebatur Plato) hi enim, non quotiescunque iis animalibus libuerit, concubitus permittunt, sed ubi è scriptoribus primo ab amicis inde, ac demum à peritis ipsis, obvium ferè quemque interrogando, apta tempora cognove-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

gnoverint, ac cætera quæ exiguntur, ut elegantes ac generoſi fœtus enaſcantur, tunc tandem ea ratione, tempore, & iis conditionibus, quas prolis præſtantia exigit, adamuſſim ſervatis, marem, & fœminam miſceri permittunt, non prout ſors tulerit, ſed per ea ſingula, quæ provida cura queat conferre, ſobolis elegantiam omni conatu expoſcentes: quam igitur iniquum eſt homines nullo præhabito ſtudio propriam prolem expetere, ſed ita hanc progignere ut fortuito genita videatur; eamque jam natam, ita parvi facere, ut nulla victus, vel educationis cura adhibeatur, at hæc imperito cuique demandetur: imo, ut obſervabat Plutarchus, tam ſtolidos paſſim videmus parentes, ut ſervorum, quos probos norint, mores, vitamque diligenter inquirant, & ubi idoneos invenerint, agriculturæ, rei familiari adminiſtrandæ, aliiſque hujuſmodi operibus addicant: at ſi quod mancipium inveniant negotio cuilibet domeſtico impar, id liberis præficiant. nonne videmus luxu luxuriâve expoſcentibus integra patrimonia alacri animo homines deperdere, ac ut à bono præceptore filii indoles foveatur, vel duodecim aureos quolibet anno impendi aſſiduè dolere? quos inde liberis pædagogos præficiunt; non Chironem equidem, ſed illum tantum, qui ſolo victu contentus nullam exigat mercedem, & civilis vitæ neſcius, hoc ſolo Chironem æmuletur, quod ruſtica loca aliquando, & ipſe incoluerit; & miramur ſcientias non florere, ac virtutes nobilibus animis non inſidere, immemores, quod *proximis applicatur, omne quod tenerum eſt, & in eorum ſimilitudinem creſcit, pueri nutricum, & pædagogorum retulere mox in adoleſcentiam mores.* id eſt, quod modo monebat Ocellus, omnem ſcilicet inde improbitatem, ac nequitiam emergere, quia proles recta educatione deſtituta, vilibus tantum mancipiis, ac omni vitiorum genere obrutis, dedita, ac una peſſimis adulatoribus, è quibus quanta ſanè pernicies, omnigenæ Vir eruditionis doctiſſimè teſtatur Paulus Ioſephus Meronius,

De liber. educat.

Sen. de ira. l. 2. c. 22.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

In Aula David. omnium inde vitiorum captat ſemina, ac recta parentum educatione deſtituta à majorum inſtitutis degenerat,& brutorum potius æmula, eadem non diſſimilibus operibus imitari gaudet: at è contra ſi proborum conſuetudine virorum adoleſcentum indoles foveatur,unde ſemper decora captet exempla, erudita audiat colloquia, & ad virtutes verbo nedum, at longè vehementius opere invitetur, has certè anxio conatu complectetur, ut jure ſane apud Virgilium Euander expetie-

Æneid. 8. rit, ut filius ideò Æneam in bello comitaretur, dum ait:

Hunc tibi præterea, ſpes, & ſolatia noſtri,
Pallanta adjungam ſub te tolerare magiſtro
Militiam, & grave Martis opus, tua cernere facta
Aſſueſcat, primis & te miretur ab annis.

decora igitur educatione filiorum indolem paternus amor promoveat; nam ſatius erit filios inopes quidem, at virtutibus illuſtres relinquere,quam opibus pollentes, ſed vitiis ita obrutos,ut paternas opes,unaque nobilitatem infamibus geſtis fœdiſſimè perdant. hoc ſaltem lętitiæ captabit inde parens,quod ſi decedens filios tenellos adhuc relinquat,hac ſibi ſpe deceſſus dolorem ſentiet imminui, quod veram eos viam, quæ ad virtutes,& gloriam certiſſime adducat, terere cognoſcet,eamque ideo quandoque eoſdem ſperet aſſequuturos: ſin vero eorum progreſſus, ac generoſa geſta videat, maxima proculdubio afficietur lætitia, ſe ſcilicet vitam, & virtutem ſimul præſtantiſſimæ proli geſtiens contuliſſe. ſi tandem educationis rectæ,ac paternorum immemorem monitorum filium in libidines,ac ſcelera ferri contingat: hæc longe cautius is peraget, faciliusque ab iis removebitur. & id ſaltem ſolatii parenti ſuppetet,quod non parentis incuria,at propria improbitas filium ad vitia adegerit. Ea verò quæ recta filii inſtitutio exigit, hic æquum profecto foret recenſere,id tamen inani conatu mea tentaret imbecillitas, dum illam Philoſophorum Princeps *polit.7. c.ult.& polit.lib.*8. ac, ſive mores ſive diſciplinas reſpiciamus,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ciamus,uberrime expreſſerit Plutarchus in ſuo de liberis educandis opuſculo. illud,ô parentes, qui filios diligitis,

Nocturna verſate manu, verſate diurna. Horat. de arte poët.

& præclara illa monita exequentes,vere paterna voce veſtrorum filiorum aures aſſiduè percutite, aſſiduè cum Aulo Perſio repetentes:

——— ——— *venienti occurrite morbo.* Satyr. 3.

Et quid opus Cratero magnos promittere montes?
Diſcite quò miſeri, & cauſas cognoſcite rerum;
Quid ſumus, aut quidnam victuri gignimur, ordo
Quis datus, aut metæ quam mollis flexus, & undæ,
Quis modus argento, quid fas optare, quid aſper
Vtile nummus habet: patriæ cariſque propinquis
Quantum elargiri deceat, quem te Deus eſſe
Iuſſit, & humana qua parte locatus es in re.

& hæc pariter ſingula,quæ hoc textu monuimus nedum Ocelli placitis, at univerſæ præterea Pythagoræorum ſcholæ eſſe quam maxime conſona, abunde teſtari videtur Iamblichus, ex illius ſectæ præſcripto docens,quod illi καθόλυ παντελῶς ὤοντο ῥᾳθύμυ ἂν εἶναι καὶ ἀπροσκέπτυ τ μέλλοντα ζωοποιεῖν, καὶ ἄγειν τινα τὸν εἰς γένεσίν τε καὶ οὐσίαν, μήτε μὴ πασῆς πάσης προορᾶν, ὅπως ἔσται ὡς χαριέστατα τ γινομένων ἡ εἰς τὸ εἶναι καὶ ζῆν ἄφιξις. ἀλλὰ τὰς μὲν φιλόκωμας μὴ πάσης πασῆς ἐπιμελεῖας τ σκυλακείας, ὅπως, ἐξ ὧν δεῖ, καὶ ὅτε δεῖ, καὶ ὡδὶ διακειμένων προσηνῆ γίνεται τὰ σκυλάκια. ὡσαύτως ἢ καὶ τὰς φιλόρνιθας. δῆλον δ' ὅτι καὶ τὰς λοιπὰς τ ἐπασταζόντων περὶ τὰ γνήσια τ ζώων, πᾶσαν ποιεῖσθαι σπουδὴν περὶ τὸ μὴ εἰκῆ γίνεσθαι τὰς γεννήσεις αὐτῶν. τὰς δ' ἀνθρώπους μηδένα λόγον ποιεῖσθαι τ ἰδίων ἐκγόνων, ἀλλ' ἅμα γυναῖκα εἰκῆτε καὶ ὡς ἔτυχε σχεδιάζοντας πάντα τρόπον, καὶ μὴ ταῦτα τρέφειν τε καὶ παιδεύειν μὴ πάσης ὀλιγωρίας. ταύτην δὲ εἶναι τὴν ὀχυροτάτην καὶ ἀσφαλεστάτην ἀλλαν τ τῶν πολλῶν ἀνθρώπων κακίας τε καὶ φαυλότητος. βουκηματώδη γὰρ καὶ εἰκαίαν τινὰ γίνεσθαι τὴν τεκνοποιίαν ὑπὸ τῶν πολλῶν. (*in ſumma omnino ſocordis cujuſpiam & inconſiderati eſſe cenſebant, qui vitalem fœ-* De vita Pyth. c. 31.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tum procreaturus esset, & talem aliquem ad generandum, & cum muliere in congressum esset adducturus (dicerem ego uno verbo *generaturus*) *qui non diligenter, omnique studio expenderet, quo pacto quam gratiosissime eorum, qui nascentur, in hanc vitam, ut in rebus creatis censeantur, ingressus futurus sit. sed enim qui canes amant, cum omni studio, ac diligentia curam habent accuratam generationis, ac nutricationis catulorum, ut ex quibus oporteat, & cum oportebit, & ex illis, qui hoc, illove modo affecti sunt catuli mansueti, mitesque nascantur. eodem modo faciunt & illi, qui avium sunt studiosi. & perspicuum est reliquos mortales, qui unquam studium posuerunt, ut animalia generosa sibi compararent, in hoc esse totos, adeoque omnes nervos intendere, ne illa sibi frustra, & incassum nascantur. homines verò nullam habere eorum, qui ex se nascantur, rationem, sed proseminare temere, & fortuitò, & quocunque modo improvide hanc rem agere, deindeque natos fœtus educare, & quam negligentissime instituere. hanc enim potentissimam, ac manifestissimam causam esse, cur plerique homines tam pravi, & mali sint. quippe belluarum ritu, & vulgari quodam modo pleroque mortales liberis operam dare.*) Et hic aureus Ocelli liber de Natura Universi finem sortitur, cui aliqua deesse temporis injuria abrepta cum V. C. Nogarola possumus asserere, cum nullum videamus appositum epilogum, quod in aliis auctor præstitit capitibus: ea forsitan addiderat Ocellus, quæ rectam prolis educationem spectabant, & alia hujusmodi, quæ perfectum corpus huic politicæ parti præbuissent, quod exacte pariter præstitisse ejusdem opus de justitia, cujus meminit Archytas apud Laërtium & liber de lege, cujus nec leve mox addemus fragmentum: hinc tamen nobile hoc, & perantiquum Ocelli opus evilescet; non enim minoris vel unam Apellis lineam, quam exactè depictam numinis faciem, in Cæsarum palatio Romana æstimavit prudentia.

In vita. Archytæ.

Plin. nat. hist. l. 35. c. 10.

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

IN
OCELLVM
LVCANVM
DE NATVRA VNIVERSI,
V. C. LVDOVICI
NOGAROLÆ
COM. VERONENSIS
ANNOTATIONES.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

LECTORI.

VIr Clariſſimus Ludovicus Nogarola, cum Ocelli Lucani de Natura Vniverſi opuſculum à ſe in Latinam linguam converſum ederet, quaſdam breves quidem, ſed ut illa ferebant tempora, eruditas addidit Annotationes: eas hic attexere libuit, ut è tanti viri doctiſſimis laboribus Ocelli gloria magis eniteſceret, ac tua ſtudia, Lector, majora caperent incrementa: his candidè utere, memor (ut aliàs diximus) quod *ὁ μόνον χάριν ἔχειν δίκαιον τούτοις ὧν ἄν τις κοινωνήσῃ ταῖς δόξαις, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐπιπολαιότερον ἀποφαινομένοις. καὶ γὰρ κἀκεῖνοί τι συμβάλλονται πρὸς τὸ ἕξιν ποιήσασθαι τῶν ἡμῶν.* (*non ſolum illis æquum eſt, ut gratiæ habeantur, quorum opinionibus quis acquieſcet; ſed illis etiam, qui ſuperficie tenus dixerunt. conferunt enim aliquid etiam iſti; habitum namque noſtrum exercuerunt.*) & Vale.

Ariſt. 2. Meteor. tex. 2.

DE

DE OCELLO LVCANO

Philo Iudæus in libro περὶ ἀφθαρσίας κόσμου, id est, de Mundo non interituro, sic meminit.

Ἔνιοι δ' οὐκ Ἀριστοτέλη τ δόξης εὑρετὴν λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τῶν Πυθαγορείων τινὰς. ἐγὼ ἢ καὶ Ὠκέλλου συγγράμματι Λευκανῷ γένει ἐπιγεγραμμένῳ περὶ τ τῶ παντὸς φύσεως ἐνέτυχον, ἐν ᾧ ἀγένητόν τε καὶ ἄφθαρτον, οὐκ ἀπεφαίνετο μόνον, ἀλλὰ καὶ δι' ἀποδείξεως κατεσκεύαζεν. *id est,*

Cæterum sunt, qui tradant opinionis hujus non Aristotelem primum auctorem, sed Pythagoræos quosdam fuisse. At mihi Ocelli genere Lucani inscriptum de Vniversi natura commentarium oblatum est, in quo quidem mundum esse ingenitum, & nunquam interiturum non solum protulit, verum etiam exquisitissimis rationibus comprobavit.

Lvcianus quoque ubi agit ὡσὲρ τῶ ἐν τῇ προσαγορεύσει πταίσματος, *quod est de errato in salutatione ita scribit; quamvis non nominet* Ὤκελλον, *sed* Οἰκελλον.

Ὁμῶς τοι θεσπέσιος ὁ Πυθαγόρας εἰ καὶ μηδὲν αὐτὸς ἡμῖν ἴδιον καταλιπεῖν ἠξίωσεν, ὅσον Οἰκέλλῳ τῷ Λευκανῷ, καὶ Ἀρχύτᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ὁμιληταῖς αὐτοῦ πεπαίρεσθαι, ἔστε τὸ εὐπρέπειν προσύγραφεν, ἀλλὰ ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν ἄρχεσθαι ἐκέλευσεν. *id est Divinus quidem Pythagoras, tametsi nullam nobis relinquit literam, ut ex Ocello Lucano, & Archyta, aliisque ejus discipulis licet conjicere, non* εὐπρέπειαν, *id est, bene agere scribi debere, sed* ἀπὸ τοῦ ὑγιαίνειν, *id est, ab ipso valere incipiendum esse præcepit.*

Diogenes item Laërtius quandam Archytæ Tarentini, quæ est ad Platonem, Epistolam vitæ illius inseruit, in qua hunc Philosophum non Ocellum, sed Vcellum nuncupat, ac nonnullos ejusdem recenset libros.

Καλῶς

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Καλῶς ποιεῖς, ὅτι ἀποπέφυγας ἐκ τ ἀῤῥωστίας. ταῦτα γὰ ἐπέ-ξαλκας. καί τοι πεῖ Δαμασκηνὸν ἀπήγγελλον. πεῖ ἧ τ ὑπομνημάτων ἐπεμελήθημες, καὶ ἀνήλθομες ὡς Λύκανὸν, καὶ ἐνετύχομες τοῖς Ωκέλλω ἐγγόνοις. τὰ μὲν ἔν πεῖ νόμων, πεῖ βασιλείας καὶ ὁσιότατ@ καὶ τ πάντων φύσε@ αὐτοί τε ἔχομες καὶ πνὰ ἐπεξάλκαμες. τὰ ἧ λοιπὰ ἐ πύνωγε δύνατα εὑρεθῆμεν. ἂν ἧ εὑρεθῆ ἥξει τοι.

Hanc ita converti.

Bene quidem eſt, quod à morbo evaſeris. Hoc enim ex tuis literis accepi, & Damaſcenus nunciavit. De commentariis ſtudiosè egimus, ad Lucanos acceſſimus, ibique convenimus Ocelli nepotes. Quæ ab eo de Legibus, de Regno, Iuſtitia, omniumque rerum ortu ſcripta fuerunt, & ipſi habemus, & ex his quædam ad te miſimus. Reliqua etiam nunc reperiri non poſſunt. ſi inventa fuerint, ad te perferentur.

Plato deinde reſpondens Archytæ, Ocellum, quamvis ſuppreſſo ejus nomine, maxime laudat: dicitque Ocelli majores fuiſſe Trojanos, probos quidem viros, qui exules ſub Laomedonte Rege Myram Liciæ civitatem commigraverint. In Platonis Epiſtola his verbis ſcriptum eſt.

Τὰ μὲν πεῖ σᾶ ἐληλύθα ὑπομνήματα θαυμασῶς ἄσμενοί τε ἐλάβομεν, καὶ ἔ γράψαντ@ αὐτὰ ἠγάθημεν, ὡς μάλιστα. καὶ ἔδοξεν ἡμῖν ἀνὴρ ἄξιος ἐκείνων τ παλαιῶν πεογόνων. λέγονται γὰ οἱ ἄνδρες ἔτοι Ρωμαῖοι εἶναι, ἔτοι δ' ἦσαν τῶν ὑπὸ Λαομέδοντ@ ἐξαναστάντων τεώων, ἄνδρες ἀγαθοὶ, ὡς ὁ πᾶς δεδομέν@ μῦθ@ δηλοῖ.

Ioannes Picus Mirandulanus Comes libro primo contra Aſtrologos.

Cur & Ocellus idem Lucanus in libro de Mundo, teſtimonio etiam ipſe Platonis eminentiſſimus.

Cum Archytas in epiſtola ſua Ocelli opuſculum de omnium rerum ortu cum aliis tribus enumerat, hoc ipſum, quod Latinum feci intelligi oportet. Hæc enim duo idem valent, τὸ πεῖ τ πάντων φύσε@ & τὸ πεῖ τ ἔ παντὸς φύσεως, *nam & generatio naturæ nomen obtinuit, quippe quæ in naturam ferat tanquam via, quod*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

quod non ignoravit Aristotcles, cum ita scripsit libro secundo de Naturali Auditione:

Ἔπ ᾗ ἡ φύσις ἡ λεγομένη ὡς γένεσις ἐστὶν ὁδὸς εἰς τὴν φύσιν.

(Amplius autem natura dicta ut generatio via est ad naturam.) Ad Text. 1. Cap. 1.

NOn incommoda, nec inepta videatur quæstio, si quæratur, quamobrem Archytas Tarentinus, & Timæus Locrus Itali Philosophi: Cur item Theocritus Poëta ex Sicilia ortus (quæ quidem Italiæ pars quondam fuit, nunc vero non lato interjecto mari sejuncta, & separata) Dorica lingua scripserint aliarum Græcarum antiquissima, Ocellus autem in rebus naturæ explicandis Attico sermone usus sit.

Τάδε συνέγραψεν Ὦκελλος ὁ Λευκανὸς περὶ τοῦ παντὸς φύσεως.

PYthagoræorum morem servat Ocellus in exordiendo opusculo suo, in cujus initio suum nomen apposuit. Nam & Timæus Locrus ejusdem sectæ Philosophus sic incepit, Τίμαιος ὁ Λοκρὸς τάδε ἔφα. *Alcmæon quoque Crotoniata Pythagoræ discipulus, ut refert Laërtius, librum suum ad hunc modum instituit,* Ἀλκμαίων ὁ Κροτωνιάτης τάδε ἔλεξεν.

Τὰ μὲν τεκμηρίοις συνφέσι παρ' αὐτῆς φύσεως ἐκμαθὼν, τάδε κῇ δόξῃ μοῦ λόγῳ τὸ εἰκὸς ἀπὸ τοῦ νοήσεως συναζόμενος.

DVos esse cognoscendi modos his paucis verbis Ocellus ostendit, unum, earum rerum, quæ sub sensum cadunt, quas sola magistra, & duce natura manifestis signis percipimus, alterum, illarum, quæ animo comprehenduntur, sed cum quadam à re nota ad ignotam progressione. Verum ut ita progrediamur, vel (ut sic dicam) discurramus, tres necessariæ nobis sunt animæ facultates, quarum prima positas, & concessas ratiocinationis propositiones, cognitis tamen prius earum terminis intelligat. hæc Græcè νοῦς, *&* νόησις, *Latinè mens, & intelligentia nuncupatur, secunda progrediatur ac discurrat; cui quidem duplex Græcum impositum est nomen,* Διάνοια *&* λόγος; *utraque Latinè dicitur cogitatio. Hæc autem vis tametsi una eademque est, loci tamen, & rei subjectæ*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ratione, in qua est, à se ipsa videtur differre. & propterea (ut modo dixi) duo habet nomina. Nam ut in Sophista affirmat Plato, ea facultas appellatur Διάνοια, *cum intus inclusa veluti animæ ad se ipsam dialogus, in anima versatur;* λόγος *vero, cum ab anima per eos emissa cum sono foras effluit, & prodit. Tertia quæ requiritur, conclusionem considerans vocatur* δόξα, *quam quidem opinionem, & opinationem vertit Cicero. Hanc in eodem dialogo esse* τὴν διανοίας ἀποτελεύτησιν *asserit Plato, hoc est cogitationis conclusionem; primam facultatem attigit illis verbis Ocellus,* τὸ εἰκὸς ἀπὸ τῆς νοήσεως ἐρχόμενον; *secundam, & tertiam, cum dixit,* καὶ δόξῃ μετὰ λόγου. *Sed adverte Platonem, qui multa sumpsit ex Ocello,* νόησιν μετὰ τοῦ λόγου *conjunxisse: ita enim scribit in Timæo,* νοήσει μετὰ λόγου καταληπτόν. *non diversa tamen ratione. Nam uterque has tres animæ facultates ad progressionem seu discursum pertinentes, enumerare voluit, de quibus Ioannes Grammaticus in proœmio primi de anima voluminis. Non negaverim tamen* νόησιν, διάνοιαν, δόξαν, *tres etiam significare animi habitus, quibus duos alios* πίστιν καὶ εἰκασίαν, *addidit Plato in calce libri 6. de Rep. quibus nos dicit cognoscere quinque rerum genera.*

Ad Text. 5.

Symmetria cum Latinum teste Plinio non habeat nomen, commensurationem, proportionemque convertere mihi non libuit, sed integram servandam esse dictionem censui. Nam ea quamvis Græca, jam satis ut pleræque aliæ, Latino sermone trita est, qua Vitruvius & Plinius cives mei frequenter usi sunt.

Ad Text. 8.

Hoc eodem ferè argumento probavit Critolaus Peripateticus Mundum semper fore, quamvis id paucioribus fecerit, quam Ocellus, & diversis usus sit verbis, & exemplis, ut in Philonis libello περὶ ἀφθαρσίας κόσμου *videre licet.*

Non miretur, qui nostra hæc legerit, si cum in Ocello, & Philone ἀπόδειξιν *nomen Græcum reperi, demonstrationem transferre noluerim. Nam demonstratio apud Ciceronem non idem signi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

significat, quod apud Aristotelem ἀπόδειξις. quare facile suspicor, ne M. Tullius Aristotelis libros περὶ τ ἀναλυτικῶν, sicut & alios ejusdem complures viderit. quod sanè si illi datum fuisset, non dixisset in Academicis ἀπόδειξιν, esse argumenti conclusionem, eamque ita definiri, ut sit ratio, quæ ex rebus perceptis ad id, quod non percipiebatur, adduci. Nam hæc definitio non tantum veræ demonstrationi, cujus vim, & naturam persecutus est Aristoteles, verum etiam omnibus ratiocinationis generibus convenire aptarique videtur. Loco demonstrationis Aristotelicæ exquisitam rationem protulit Cicero. Quem imitari mihi libuit tum primo Tusculanorum, tum etiam primo de finibus, ubi inter argumenti conclusionem, & rationem, item inter mediocrem animadversionem, & admonitionem quid interesit, nobis explicuit.

Ad Text. 9.

Philo Iudæus in eodem opusculo hanc rationem fere totam ex Ocello ad verbum accepit.

Ἀμήχανον γὰρ τὸ ὂν ἀπολέσθαι, *ita vulgo legitur in Ocello. Ego vero legendum arbitror* ἀποτελέσθαι, *quod est effici vel fieri: quod intelligere cuique licet cum ex ipsa rei natura, tum vero ex verbis Philonis, quæ Ocelli verbis debent respondere. ita enim scribit Philo:* ὁκ ἔστ γὰρ ἐδαμῶ ὄντ ἀμήχανόν ἐστι γενέσθαί τι.

Extrema quoque Philonis verba, quæ modo adduxi, mendosa sunt. sic enim in omnibus sese habent codicibus, τό τι ὂν ἐξατολέσθαι ἀνλώυσον καὶ ἄπαυστον. *nam quid significet* ἀνλώυσον, *& quantum* ἄπαυστον *proposito conveniat, non satis perspicio. Quare locum emendare, atque* ἀνλώυσον *in* ἀνήπυστον, *&* ἄπαυστον *in* ἄπιστον *convertere non veritus sum, ut sit sensus, quemadmodum transtuli, atque res ipsas prorsus interire inauditum, incredibileque est.*

Ad Text. 10.

Hanc rationem sumpsit ab Ocello Philo Iudæus, & in libello suo posuit de Mundo non interituro, quamvis eam pluribus verbis explicuerit.

Ὅτι ἡ ἀνλωβείσατος μεταβολῆς, εἰς ἄλληλα καθάπερ ὑπὸ πυρὸς καὶ ἀέρος καὶ ὕδατος καὶ γῆς.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

His Ocelli verbis satis perspicuum est hujus Græci nominis, quod est ἀνωφείγωσις inventorem (ut nonnulli somniant) non fuisse Aristotelem. Nam Ocellus ætate Aristotelem longè antecessit. hanc ego Antiperistasim (quamvis fortasse nimis licenter) contrarii circunstantiam transferre volui. Nec sum deterritus, quod Theodorus Gaza circum obsistendi rationem, reciprocationem Hermolaus Barbarus, alii adversum conatum converterint. Causam interpretationis exposui in illa Epistola Veronensi, quæ est ad Timotheum Iustum sobrinum meum, qui paucis his diebus dum hæc scriberem, cum meo magno dolore ex hac vita migravit: in qua quidem epistola duplicem ostendi in natura reperiri ἀνωφείγωσιν, Platonis unam (tametsi eo vocabulo nunquam usus est Plato) alteram Aristotelis, quam ipse ex hoc Ocelli opusculo, si non ex alio fortasse, mutuatus est. Verum hæ duæ ἀνωφειγώσεις longe inter se differunt. prima enim loci mutatione, secunda alteratione qualitatum effici solent.

Ad Text. 1. Cap. 2.

Hanc naturalium causarum distinctionem (aliis tamen verbis) sic in Academicis expressit Cicero:

DE natura autem (id enim sequebatur) id dicebant, ut eam dividerent in res duas, ut altera esset efficiens, altera quasi huic se præbens, ea qua efficeretur aliquid in eo, quod efficeret, vim esse censebant, in eo autem quod efficeretur, materiam quandam. idem primo de finibus & in Topicis. Ex quibus quidem locis facile colligi potest verè locutum Aristotelem, cum in libro de ortu animalium, & alibi dixit, veteres naturæ interpretes, quos sequitur Cicero, duas rerum tantummodo vidisse causas, effectricem & materiam.

Ad Text. 2.

Τό τε ἀπαθὲς μέρος καὶ κόσμε καὶ τὸ ἀκίνητον, melius arbitror si legatur, τό, τε ἀειπαθὲς μέρος, καὶ ἀεικίνητον; ut sit sensus, semper patibilem, & semper mobilem partem distinguunt ac separant. nam in fine hujus capitis utramque complectens naturam, & quæ infra & quæ supra Lunam est, ita dicet, τὸ γὰρ ἐξ ἀμφοτέρων αὐτῶν, καὶ μὲν

ἓ μὲν ἀεὶ θεοῦ ⟨◎⟩ θείου, ἓ δ' ἀεὶ μεταβάλλοντ⟨◎⟩ γιγνητοῦ κόσμου ἄρχειν ἐστὶν.

Mercurii Trismegisti locum adumbrasse Ocellus mihi visus est, quamvis ille de duobus loquatur animalium generibus; sic enim scribit in Pœmandro:

Θεάσῃ γὰρ καὶ τὸ πλῆθ⟨◎⟩ τῶν ἀθανάτων, ὅσον ἐστὶ καὶ τῶν θνητῶν, μέσην ἀμφοτέρων ζώων ἀθανάτων καὶ θνητῶν τὴν σελήνην περιπορεύομένην. *hoc est, contemplare, quanta animalium & immortalium & caducorum vis existat, utque inter utrumque genus Lunæ circuitus medius interjectus sit.*

Ad Text. 3.

Τὴν ὕλην, *quæ Latinè dicitur materia, verbum Ciceronis temporibus (ut ipse innuit in Academicis) non satis usitatum & tritum; nunquam Plato usus est, præsertim cum de ea agit materia, quæ est rerum naturalium initium; quamvis eandem pluribus explicet nominibus, quorum duo sumpsit ex Ocello & Timæo Locro, quæ sunt* πανδεχὲς καὶ ἐκμαγεῖον. *τὴν ὕλην tamen & Mercurius Trismegistus in Pœmandro & Timæus Locrus antea usurparunt. Verum illud addo, quod alias prætermisi, Platonem artificiosam materiam τῆς ὕλης vocabulo nuncupasse. à qua etiam formavit, διϋλάζω verbum, & participium, διϋλασμένον; sic in Timæo scribit.*

Ο Τ' οὖν δὴ τὰ νῦν οἷα τέκτοσιν ἡμῖν ὕλη παρέσχετο τὰ τῶν αἰτίων μέρη διϋλασμένα.

Ο *Cellus autem noster utramque materiam, tam artificiosam, quàm naturalem ὕλην appellavit.*

Η *Vnc locum de tribus rebus, quæ generationi sunt necessariæ, ex Ocello mutuatus est Aristoteles, in suo de ortu & interitu secundo volumine text. 6.*

Aristoteles ibidem Ocellum secutus.

Ad Text. 4.

Δεύτερον γὰρ (*inquit*) αἱ ἐναντιώσεις, λέγω γὰρ, οἷον ψυχρότης καὶ θερμότης, *id est, secundò res contrariæ (dico frigus & calorem) necessariæ sunt* ἵνα μεταβολαὶ καὶ ἀλλοιώσεις ἀπιτελῶνται.

Ε *X iis Ocelli verbis Simplicium merito posse reprehendi, perspicue cernitur, qui Platonis sui, cujus dialogos frequenter legerat, vi-*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

detur oblitus. Nam cum Aristotelem ipse libro 5. de Physica auscultatione sic loquentem animadvertisset, ἡ μὲν ὧν κῦ ποιὸν κίνησις, ἀλλοίωσις ἔσω, locum exponens ait, ἔοικε τὸ δ ἀλλοίωσεως ὄνομα αὐτὸς ὑπιθεῖναι τῇ κῦ ποιὸν κινήσει, id est, videtur motui, qui per quale agitur, alterationis nomen imposuisse. Quod tamen constat esse falsum. nam Ocellus, & Timæus Locrus, ac post ipsos etiam Plato hoc mutationis genus eadem appellatione nuncuparunt: sic enim Timæus in libello de natura mundi & anima, μῆ ἢ ταῦτα αἱ τ αἱμάτων τροπαὶ κ ἀλλοίωσις. Plato quoque in Theæteto, τὸ μὲν τοίνυν ἔσω εἶδος, ὅταν ἢ ἡ μὲν ἐν τῷ αὐτῷ, γηράσκῃ ἢ, ἢ μέλαν ἐκ λευκοῦ, ἢ σκληρὸν ἐκ μαλακοῦ γίνεται, ἤ τινα ἄλλα ἀλλοίωσιν ἀλλοιῶται, ἆρα οὐκ ἄξιον ἕτερον εἶδος φάναι κινήσεως, ἀναγκαῖον μὲν ἔων. δύο δὴ λέγεται τούτῳ εἴδη κινήσεως, ἀλλοίωσιν τὴν ἢ φορὰν, idem in Parmenide.

Ὅτι κινέμενον ἢ φέροιτο ἢ ἀλλοιοῖτο ἄν· αὖται γὰρ μόναι κινήσεις. ἀλλοιέμενον ἢ τὸ ἐν ἑαυτοῦ ἀδύνατον. ἐκ ἄρα κατ' ἀλλοίωσίν γε κινεῖται.

Præterea Mercurius Trismegistus, qui (ut Lactantii Firmiani ex primo libro divinarum institutionum utar verbis) vir fuit antiquissimus & instructissimus in omni genere doctrinæ, adeo ut ei multarum rerum scientia Trismegisti nomen imponeret, ἀλλοιώσεως nomen motui qualitatis inditum esse non ignoravit; quod sanè ostendit, ita scribens in Pœmandro.

Πρὸς ταῦτα ὁ ποιμάνδρης εἶπε, πρῶτον ἐν τῇ ἀναλύσει τοῦ σώματος ὑλικοῦ παραδίδωσιν αὐτὸ σῶμα εἰς ἀλλοίωσιν.

Illud silentio prætereire non possum, quod primo de ortu & interitu scriptum reliquit Ioannes Grammaticus, mutationem, quæ ratione ipsius, qualis in Vlyssem facta est, Homerum ἀλλοίωσιν nuncupasse, cum illud protulit carmen:

Ἀλλοῖος μὲν ξεῖνε φάνης νέον ἦε πάρ ἐθεν, (sic enim Thelemachus patrem affatur mutatum à Pallade) in quo quidem ipsum ait, ἀλλοῖον, non autem ἄλλον sibi videri.

Hoc vocabulum δύναμις, quod sæpe numero (ut ex hoc Ocelli codice satis perspicuum est) qualitatem tertiæ speciei significat, frequens est apud antiquos Philosophos, qui scripserunt ante Aristotelis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

elis tempora. ſic enim Timæus Locrus, in eodem libello, Dorico utens ſermone, νόσῳ ἢ ἀρχαὶ τ̃ πρώτων δωαμίων ἀσυμμετρίαι, εἴκα πλεονάζοιεν, ἢ ἐλλείποιεν ταὶ ἀπλαὶ δωάμεις, θερμότας ἢ ψυχρότας, ἢ ὑγρότας ἢ ξηρότας. ita quoq; Plato ſcribit in Timæo; ἔτι ὀξείαις καὶ ἀλμυραῖς δωάμεσι χολὰς καὶ ἰχῶρας καὶ φλέγματα ἔχει παντοῖα. Ariſtoteles etiam in eadem ſignificatione & in quarto Meteor. & alibi τ̃ δύναμιν frequenter uſurpat: ſed illud tamen palam dicam, ut juvenes admoneam, non recordari me in Hippocratis commentariis, nec in Ocelli, nec in Timæi Locri opuſculis τῶ ποιότητα unquam legiſſe; tametſi id eſſe Philoſophorum, non vulgi verbum, in Academicis affirmat Cicero: à Mercurio Triſmegiſto vetere admodum, & priſco Theologo ſæpius, ſemel à Platone uſurpatum comperi, qui ſic in Theæteto. καὶ τὸ μὲν πάσχον αἰσθητὸν, ἀλλ' οὐκ αἴσθησιν ἔτι γίγνεσθαι, τὸ δ' ποιὸν ἦν ποιόν τι, ἀλλ' ὁ ποιότης. ἴσως δ' ἂν ποιότης, ἅμα ἀλλόκοτόν τε φαίνεται ὄνομα, καὶ ὁ μανθάνεις ἀθρόον λεγόμενον; id eſt, ac patiens quidem ſenſum movet, non tamen efficitur ſenſus, ac faciens quale quoddam eſt, ſed non qualitas, fortaſſe igitur qualitas alienum, & extraneum tibi eſſe videtur nomen, nec ut ſæpius dictum intelligis. quæ quidem verba cum (ut arbitror) vidiſſet Ariſtoteles, veluti à Platone diſſentiens, qui τῶ ποιότητα vocabulum ἀλλόκοτον ſibi videri dixerat, de qualitate agere in Categoriis ſic fidenter incepit: Ποιότης δὲ καλῶ, καθ' ὃ ποιοὶ τινὲς λέγονται: qui ſanè ad hunc modum locutus eſt, non ut ſe hujus nominis inventorem, & quaſi architectum (ut nonnulli falſo putant) profiteretur: ſed potius, ut id ſuo judicio, rei naturæ proprium, & accommodatum oſtenderet; quemadmodum etiam cum eodem Magiſtro ſuo conſentiens in analyticis protulit ὅρον δὲ καλῶ.

Ad Text. 5.

Hanc etiam partem ab Ocello accepit Ariſtoteles eodem libro text. 6. Λόγοι ἀσώματοι τυγχάνουσι τούτων. *ita legitur in Ocelli opuſculo Romæ deſcripto, & ad me Veronam tranſmiſſo: idem tamen Lovanii impreſſum ſic habet:*

Λόγον δὲ ἀσώματον τυγχάνουσι τούτων. *priorem lectionem, ut quæ melior & clarior ſit, magis probo.*

Ad

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Ad Text. 6.

Aristoteles in hanc sententiam libro secundo de ortu & interitu:

Θερμὸν ὴ καὶ ψυχρὸν καὶ ξηρὸν καὶ ὑγρὸν, τὰ μὲν τῷ ποιητικὰ εἶναι, τὰ ὴ τῷ παθητικὰ λέγεται, *id est, calor & frigus, siccitas & humor, illæ qualitates quia vim habent agendi, hæ quoniam patiendi, nomen adeptæ sunt: quem locum accuratè admodum exposuit Ioannes Grammaticus; hoc idem quod illic dixit Aristoteles, repetit libro quarto Meteor.*

Ad Text. 7.

Cicero in Academicis, qui Ocelli forte opusculum viderat, hanc qualitatum divisionem sic distributam interpretatur:

Earum igitur qualitatum sunt aliæ principes, aliæ ex iis ortæ. principes sunt unius modi, & simplices, ex his autem ortæ variæ sunt, & quasi multiformes.

Ad Text. 9.

HVnc locum ferè totum ex Ocello sumpsit Aristoteles, & in secundo de ortu & interitu text. 21. suis rationibus accommodavit.

VErum Aristoteles cum id concluſit, Ocellum secutus διὸ καὶ ὅδεν ὅτι ἐκ κρυστάλλου γίνεται, ὅτι ἐκ πυρός, *à se ipso videtur dissentire; quippe qui libro 5. de historia animal. tam ex nive, quæ gelatio quædam est, quam ex igne oriri posse animal asserat. Nam Plinius civis meus Aristotelis locum sic interpretatur:*

Quin etiam in iis, quæ putredinem nullam posse recipere existimantur, nasci animalia novimus, ut vermes in nive vetustiore, qui hirti sunt pilis & rubidi. quoniam & ipsa nix vetustate rubescit, sed in nive mediæ terræ candidi & grandiores inveniuntur, torpent omnes, & difficulter moventur.

Idem statim de igne:

In Cypro æraríis fornacibus, ubi chalcites lapis pluribus diebus crematur, bestiolæ in medio igni nascuntur pennatæ, paulo muscis grandioribus majores, quæ per ignem saliunt, atque ambulant; emoritur & hoc genus, cum ab igne dimotum est.

Sed cum primo Meteor. libro dixerim Philosophum facile posse cum se ipso conciliari, eo quod aliter in extrariis, aliter in auscultatoriis

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

tatoriis libris suis loqui solitus sit, idem nunc repetere supervacaneum arbitror.

Verum illud velim consideret diligens lector: quanam motiratione Plinius, & Theodorus Gaza, illa Aristotelis verba ἐκ τῆς ἐν ἀδίᾳ χιόνος in nive mediæ terræ converterint.

Ad Text. 10.

Idem ait Aristoteles in eodem secundo text. 22.

Ad Text. 11.

Hæc eadem ferè omnia secundo de ortu & interitu repetit Aristoteles, ubi quonam modo aër sit humidior, quam aqua, perspicue declaravit Ioannes Grammaticus.

Ad Text. 15.

Ocellus & Aristoteles de elementis ut vicissim mutentur, egerunt, ille enim primum duo posuit mutationum genera, unum quod à terra ad ignem sursum ascendit, alterum quod deorsum agitur; ut cum aër ex igne, ex aëre aqua, ex aqua terra oritur, quæ quidem duæ generationes, seu mutationes una tantum mutatio, quæ in orbem efficiatur, ab Aristotele esse dicitur, & ea quidem illorum elementorum, quæ deinceps & loci ordine se consequuntur. Addit etiam tertium genus, quod sanè est, cum utriusque elementi contraria remanet facultas, cognata vero & similis tollitur: sed cum in ea mutatione nullum gignatur elementum, nihil ipsius Aristoteles meminit. Adjungit idem Ocellus aliam quandam mutationem κατ' ἐναλλαγὴν, id est, per internecionem fieri (quamvis apud eundem etiam legatur κατ' ἀναλλαγὴν) quæ quidem qua ratione eveniat, ipse declarat dicens eam effici, cum totum superat totum, & duæ facultates sic intereunt, ut nulla illis corporibus servetur communis. Hos mutandi modos intellexit Aristoteles, quos tamen aliis verbis explicuit, cum mutationem elementorum in facilem, ac difficilem, in velocem & tardam generatim distinxit. Cujus quidem divisionis primam particulam elementis, quæ proxima sunt τὴν σύμβολα ἔχει, tribuit, alteram uni extremo & medio, quorum aliud domat & comprimit aliud, & duæ contrariæ destruuntur qualitates, ut cum ignis ex aqua, aut

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ex aëre oritur terra, vel contra, cum aqua in ignem, vel terra in aërem mutatur & vertitur.

Verum unum adhibuit Aristoteles, quod ab Ocello fuerat omissum, ex duobus elementis summè contrariis tertium gigni posse, verbi gratia, ex igne & aqua, aërem & terram, atque ex aëre & terra, ignem & aquam, idque tunc evenire, cum utriusque una qualitas deperditur, altera conservatur. Aristotelis verba, quibus has elementorum mutationes ab Ocello sumptas declaravit, sunt ex secundo libro de ortu & interitu textu 25. 26. & 27.

HOc mutationis genus, in quo duæ elementorum delentur qualitates, in 26. textu expositum est, quam mutationem appellavit Ocellus κατ' ἀναλλαγὴν, eamque fieri dixit cum totum superat totum, & duæ qualitates intereunt sic, ut nulla communis remaneat. mutatio igitur κατ' ἀναλλαγὴν, Latinè mutatio per internecionem, sive universa qualitatum consumptio reddenda est.

HAnc mutationem, qua ex duobus elementis summe contrariis tertium generatur, Ocellum ignorasse, cum de ea nihil scripserit, facile suspicari possumus. Verum hortor, & moneo illud hominum genus, qui Divi Thomæ Aquinatis, & Ioannis Duns Scoti disciplinam pertinaciter defendunt, ut hunc Aristotelis locum de mutatione elementorum accurate considerent, ac perpendant. nam si fecerint, ipsos non arbitror posthac tam audacter negaturos, eandem numero in re quæ interierit, & quæ orta sit, servari qualitatem, ac consistere.

Ad Text. 1. Cap. 3.

MΕτάρσιος, verbum Græcum Latinè sublimis interpretatur, quo usus Mercurius Trismegistus in Pœmandro (tametsi μετάρσιον pro excellenti, & præstanti accipiat) cum ait:

ΑΛλὰ εὐθὺς ἐπεκύησεν ἐπὶ ἀνθρώπους, πρὸς τὰς Φύσεις τῶν ἐπὶ δισητέρων ἀρρενοθήλυας καὶ μετάρσιους. Sed infra in eodem dialogo μετάρσιον sumit pro animali pennigero, & aërio sic scribens: ἐκεῖνο δὲ ὅρα ὦ τέκνον, ὅτι ἕκαστον τῶν ζώων ἐνὶ μέρει ὑπὸφοιτᾷ τοῦ κόσμου, τὰ μὲν ἐνυδρὰ τῷ ὕδατι, τὰ δὲ χερσαῖα τῇ γῇ, τὰ δὲ μετάρσια τῷ ἀέρι. Idem reperitur vocabulum pro sublimi usurpatum à Philone Iudæo tum in opusculo

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

opusculo περὶ καταστάσεως ἄρχοντος, tum etiam περὶ ἀφθαρσίας κόσμου. Ocellus (ut satis constat) μεταρσιον sumit pro aërio. atque eam mundi partem intelligit, quæ igni & aëri tributa est, quam quidem dicit postea à Dæmonibus occupatam. Verum Aristoteles non hanc regionem inter cælum, terramque constitutam μετέωρον vocavit, sed omnes eas res, quæ in eadem gignuntur, & apparent. unde suo commentario περὶ τῶν μετεώρων, titulum imposuit, in quo disputari περὶ τῶν μεταρσίων, Olympiodorus Aristotelis interpres asserit. μεταρσιον quoque in eadem significatione accipitur à Laërtio in Epicuri vita. Quid autem sit proprie μετέωρος, abunde jam dixi, cum illius libri inscriptionem explicarem.

Ad Text. 3.

Μεταρσίῳ καὶ ἀερίῳ πνεύματα ἢ ἄνεμον, μεταβολὴ ἐπὶ τὸ θερμότερον, μεταβολὴ ἐπὶ τὸ ψυχρότερον.

IN sublimi & aëria regione duæ fiunt mutationes, una cum exhalatio calida, & sicca è terris excitata calidior redditur, ex aqua stellarum crines & trajectiones apparent, quæ quidem in suprema aëris parte (hæc autem ab Aristotele dicitur ὑφέκκαυμα, id est, fomes succendens) gignuntur. Hoc sanè idem est, quod ignis elementum. Altera accidit mutatio, cum vapor calidus & humidus, qui ex aquis tollitur, in nubium loco, qui frigidus est, vi frigoris concrescit, & in pluviam, nivem, & grandinem convertitur. Nam grando contrarii caloris circunstantia, quæ Græce nuncupatur ἀνάπτωσις, qua exhalationis augetur frigus, cogi solet.

ΕΝ ᾧ τῷ μεταρσίῳ τόπῳ δαίμονες, Ocelli hæc sunt verba, quibus esse Dæmones censuisse satis perspicuum est; quam sententiam secutus est Plato, qui quatuor Dæmonum genera posuit. Aristoteles vero (ut omnes contendunt Peripateticæ sectæ Philosophi) Dæmonas esse omnino negavit, quippe qui nullam asseruerit inveniri mentem à materia separatam, quæ aliquam cœlestem sphæram non moveat. Verum ipse libro tertio de ortu animalium eosdem asserere visus est, sed non incorporeos. Ejus locum ascribere libuit, ut qui legerint, melius judicent, an quod ipse senserit, locutus sit, & scriptum reliquerit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Ad Text. 4.

PLinius tamen civis meus Cadmum Milesium primum historiam condidisse tradit libro 7.

Ad Text. 9. Part. Polit.

Ὡς μηδὲ ἀπιζητεῖν περὶ τῶν ἔτι ἐτῶν τὴν τοιαύτην χρῆσιν, *ut ante annos viginti rerum venerearum usum non quærat, in hanc sententiam Cæsar libro 6. de bello Gallico de Germaniæ moribus loquens, Intra annum (inquit) vigesimum fœminæ notitiam habuisse, in turpissimis habent rebus.*

Ad Text. ult.

HOc eodem exemplo usus est Plato libro quinto de Rep. ubi nobis suadet ut in gignendis liberis eos imitemur, qui belluarum studiosi dant operam, ut ex optimis canibus, equis, & avibus, optima oriatur proles. Platonis verba huic loco brevitatis causa apponere nolui, cum nimis multa sint, tum maxime quod vulgo habeantur bene conversa.

Ὡς δεῖ καὶ ἐξ ὧν δεῖ καὶ ὅτι δεῖ καὶ πῶς, *his verbis modos exprimit Ocellus, qui in generandis animalibus servandi sunt. Hos τὰς περιστάσεις appellant Græci, circunstantias Latinè reddunt. Tum Seneca in quæstionibus naturalibus, tum etiam Quintilianus libro quinto suarum institutionum. Similiter circunstantias, quæ in dandis requiruntur pecuniis, secundo de moribus libro Aristoteles sic enumerat.*

Καὶ τὸ δοῦναι ἀργύριον καὶ δαπανῆσαι ῥάδιον, τὸ ᾧ καὶ ὅσον καὶ ὅτε καὶ οὗ ἕνεκα καὶ ὡς, οὐκ ἔστι παντὸς, οὐδὲ ῥάδιον.

HVic libello nonnulla deesse arbitror, ea adductus ratione, quod Ocellus in fine hujus ultimi capitis (id quod fecerat in aliorum calce) quæ prius explicuit, non recensuit.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

OCELLI LVCANI DE LEGIBVS

Fragmentum ex Stobæo Egl. Phyſ. lib. 1. cap. 16.

Cum Verſione, Paraphraſi, & Commentario

CAROLI EMMANVELIS VIZZANI.

Corporis, mundi, domus, & civitatis natura nobili comparatione conſideratur.

Συνέχει μὲν τὰ μὲν σκάνεα ζῶα, τάυτας δ' αἴτιον ψυχὰ, τὸν δὲ κόσμον ἁρμονία, τάυτας δ' αἴτιος ὁ θεός. τὰς δ' οἴκως καὶ τὰς πόλιας ὁμόνοια, ταύτας δ' αἴτιος νόμος. τίς ἂν αἰτία καὶ Φύσις τὸν μὲν κόσμον ἁρμόδαν ἀεὶ παντὸς, καὶ μηδέποτ' ἐς ἀκοσμίαν ἐκβαίνειν, τὰς δὲ πόλιας καὶ τὰς οἴκως ὀλιγοχρονίας ἦμεν, ὧν γενατὰ καὶ θνατὰ τὰν Φύσιν ἐξ ἧς συνέστακεν ὕλας, τὰν αὐτὰν αἰτίαν ἔχει τᾶς ἀναλύσιος. συνέστη γάρ ἐκ μεταβολίας

COntinet quidem corpora vita, hujus verò cauſa anima, mundum verò harmonia, hujus autem cauſa Deus; familias verò & civitates concordia, hujus autem cauſa lex. quæ igitur cauſa & natura mundum quidem ſemper aptè cohærere, & nunquam in ſtatum perturbatum declinare, civitates verò & familias brevis eſſe temporis: quorum genita, & mortalis natura materiæ, ex qua conſtituta ſunt, ipſam habent cauſam diſ-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

λίας καὶ ἀειπαθές. ἡ γὰρ τῶν γιγνομένων ἀπογένεσις σωτηρία τᾶς γιγνάτορος ὕλας. τὸ δὲ ἀεικίνητον κυβερνεῖ, τὸ δ' ἀειπαθὲς κυβερνεῖται, καὶ τὸ μὲν πρῶτον τᾷ δυνάμει, τὸ δὲ ὕστερον. καὶ τὸ μὲν θεῖον καὶ λόγον ἔχον καὶ ἔμφρον. τὸ δὲ γιγνατὸν, καὶ ἄλογον τὸ μεταβάλλον.

solutionis, constant enim ex mutabili & semper passibili: eorum enim quæ genita sunt interitus, salus genitricis materiæ. quod verò semper movet, gubernat: quod semper patitur, gubernatur: & illud quidem potestate prius, hoc verò posterius; & illud quidem divinum, & rationem habens, & mentis particeps, hoc verò genitum, & rationis expers, & mutabile.

PARAPHRASIS.

VIventium corpora vita continet ac moderatur, cujus origo est anima: universumque servat harmonia, cujus primævus auctor Deus: familiæ, & urbes concordia coalescunt, quam semper recta legum constitutio parit: ideoque eandem ob causam universi partes semper cohærent, nec unquam in eo statutus ordo pervertitur; urbes vero ac domus exiguo permanent tempore: hæ siquidem genitam, mortalemque sortiuntur naturam, materiæ ratione, è qua constituuntur, quæ ipsis interitus est causa, cum perennibus inde mutationibus, passionibusque sint obnoxiæ; materia enim, ex qua progignuntur, rerum, quæ ipsius sunt participes, interitu gaudet, ac perficitur. in universo autem, quæ semper

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

per movet pars, regit; quæ ſemper movetur, regitur: & illa quidem poteſtate prior, hæc poſterior: illa divina, rationis, ac mentis particeps: hæc genita rationis expers, & mutationibus obnoxia.

COMMENTARIVS.

LIbri argumentum offerre hic foret ridiculum, ubi minimum ejuſdem ſeſe offert fragmentum: hoc ideo brevi exponere commentario ſat erit, unamquamque illius exactè tamen declarando particulam. id enim temporum licet injuria corruptum, dogmatum tamen gravitate maxime perfectum opuſculum non iniquo animo ab eruditis accipiendum ſpero, dum veteris veſtigia ſapientiæ non minus litterarum excolant cultores, ac antiquitatis amatorum oculos rapiat *ſuperſtes ruinarum majeſtas* (ut cum doctiſſimo viro Andrea Mariano loquar:) & ædium ſacrarum ruinæ à viris probis excolantur, quas *religioſi æque*, (ut ajebat Seneca) *ac ſtantes adorant*. Hoc igitur nobile eruditi operis fragmentum à Stobæo excerptum huic politicæ parti addere opportunum duxi, cujus doctrinæ præſtantia ut unicuique facilius occurrat, obſervandum hic Ocellum edocere, quod vita continet corpora, ac illius vera certe cauſa eſt anima. quod ſanè quanam contingat ratione dubium videtur, ſi enim vita prodit ab anima, quam à corpore contineri aſſeret unuſquiſque, cum dicatur corpus σῶμα quaſi τῆς ψυχῆς σῆμα (*animæ ſepulchrum*) non vita corpus continebit, at potius in hoc, vel ab hoc ipſa continebitur. id tamen affirmare revera foret abſurdum, dum hoc diſcrimen vigeat inter materiam ac formam, quod illius proprium ſit contineri, hujus vero continere, *phyſ.* 3. 65. *&* 67. *& phyſ.* 4. 38. & jure quidem, cum illimitata materiæ natura

Ruin. Romæ epigr. l. 1. in proœm.

Plato in Cratilo. Corpus animæ ſepulchrum. Forma continet. materia continetur.

natura à forma cohibeatur, & ea corpora, quæ unā coëunt, ut mixtum conſtituant, ita forma complectatur, ut licet oppoſita ſint, atroces tamen pugnas exercere, & ab invicem ſeparari prohibeat, ut videtur innuiſſe Philoſophus 2. *de an.* 39. ideoque non animam corpus, at è converſo iſtud anima continebit; idemque pariter de vita erit aſſerendum, quæ præcipuus veluti effectus ab anima prodit, nam τὸ ζῆν τοῖς ζῶσι τὸ εἶναι ἐστιν (*vivere viventibus eſt eſſe*) 2. *de an.* 37. ideoque vita cum tribuat eſſe mixto, & ipſum continere nec injuria dicetur. animam vero primævam eſſe vitæ cauſam nemini dubium; eſt enim ea per quam primo vivimus 2. *de an.* 24. & vitæ nedum, at viventis corporis forma dicitur, quia illi confert eſſe; finis quoque ejuſdem, quia corpus animæ inſtrumentum à natura conſtituitur; & poſtremo efficiens cauſa aſſeritur, quia illi motum localem, auctionem, alterationem, nutritionem, ac cætera hujuſmodi elargitur 2. *de an.* 36. *& ſeqq.* ideoque profunda ſpeculatione Ocellus ait à vita corpus contineri, ejuſque cauſam animam eſſe eruditiſſime dixit. Nec diſſimili ratione ſubdit ab harmonia mundum contineri, ac hujus cauſam eſſe Deum. cum enim univerſum è cælo, quatuorque primis corporibus compactum eſſe *in libro de natur. univerſ. cap.* 2. noverimus, ex ea entium ſerie ipſum prodire ac conſervari, nemo dubitabit aſſerere; ex cunctorum quinimo entium complexu κόσμον dictum, *ibid. cap.* 1. *t.* 6. obſervabit, quod longe clarius exponens Iamblichus monebat nomen hujuſmodi univerſo inditum ab illo fœdere, quod inter ejus partes vigebat. ſi igitur hujuſmodi corporum cœtus, eorumque licet contrariorum nexus in perenni diſcordia concors mundum conſtituit, quis ipſum ab harmonia contineri negare audeat? non ab ea quidem, quam cælo Pythagoræi adſcripſere, ab eodem acute excluſa à Philoſopho 2. *cæli* 52. *& ſeqq.* (hæc enim non mundi, ſed cæli diceretur harmonia,) ſed ab illa, quam concors entium quorumlibet

Anima viventis corporis quomodo cauſa.

Harmonia mundum continet.

Comment. Pyth. l.2. c. 19.

nexus

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

nexus conſtituit : hanc enim verè harmoniam dictam fuiſſe nedum inde ſuadetur, quod hæc certe ſit pulcherrima cunctorum, quæ ſint in univerſo, & entium pulcherrimam dictam fuiſſe harmoniam, teſtatur Iamblichus : at præterea confirmari videtur auctoritate Ariſtotelis 1. *de an.* 55. quo loci cum docuerit quod harmonia, λόγος τις ἐστὶ τῶν μιχθέντων ἢ σύνθεσις, (*ratio quædam commiſtorum eſt, aut compoſitio,*) hæc certe vi prædicti nexus in univerſi partibus refulgebit, indeque etiam in ipſo univerſo prodibit, in quo concors omnium partium refulget compoſitio, ac ſingularis ordo, qui ab Ariſtotele 3. *cæli* 24. dicitur οἰκεία τῶν αἰσθητῶν φύσις, (*propria ſenſibilium natura,*) ideoque univerſum continebis, ac ſervabis Harmonia,

In vita Pyth. c. 18. Harmonia quid.

——— ——— *æterno complectens omnia nexu*
O rerum, mixtique ſalus concordia mundi,
Et ſacer orbis amor.

Lucan. 4.

cujus ſanè primævum auctorem Deum quis protervo mendacio recuſet dicere, qui δοκεῖ τὸ αἴτιον πᾶσιν εἶναι καὶ ἀρχή τις, (*videtur omnibus cauſa eſſe, & principium quoddam.*) *met.* 1. *c.* 2. ideoque rebus ipſis eſſe cum fuerit elargitus, eas pariter conſervat, & univerſi partes ita moderatur, ut ab eo prorſus pendeant, ſive illum ut Vniverſi principem cum Philoſopho 12. *met. t. ult.* ſive primum veluti motorem *ibid. t.* 36. *& ſeqq.* conſideremus, unde ab ipſo cælum ac natura pendere *ibid. t.* 38. ſapientiſſimè proferatur, in quibus perennis ordo cum floreat, ac proinde perfecta, abſolutaque elegantia (à qua nos univerſum, mundum, appellaſſe, teſtatur Plinius) licet in cœleſti parte longe fælicius *de part. an.* 1. *cap.* 1. prædicta utique harmonia univerſum continebit, nam per hanc in cœlis,

Deus omnium cauſa.

Nat. hiſt. l. 2. *cap.* 4.

——— *juſto fœdere rerum*
Veterem ſervant ſydera pacem;

Boët. de conſol. lib. 4. *metr.* 6.

ac in univerſo terrarum orbe inconcuſſo quodam ordine,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Ibid. Perpetuus ordo in Vniverſo.

Semper vicibus temporis æquis
Veſper ſeras nunciat umbras,
Revehitque diem lucifer almum.
Sic alternos reficit curſus
Alternus amor, ſic aſtrigeris
Bellum diſcors exulat oris.
Hæc concordia temperat æquis
Elementa modis, ut pugnantia
Vicibus cedant humida ſiccis,
Iungantque fidem frigora flammis.
Pendulus ignis ſurgat in altum,
Terræque graves pondere ſidant.

hanc autem harmoniam æterna præſcripſerunt, ac perpetuo conſervant Dei decreta, nam,

Boët ibid.

Sedet interea conditor altus
Rerumque regens flectit habenas
Rex, & dominus, fons, & origo,
Lex, & ſapiens arbiter ævi.

eadem quoque proportione civitates ac domos à concordia monet contineri Ocellus, & hanc à lege produci civitatis quidem natura & conditio à concordia illam optimè docet ſervari: dum enim ideo urbes fuerint inſtitutæ, ut vivamus, exiſtant verò gratia τῦ εὖ ζῆν (*bene vivendi*) *polit.* 1. *c.* 2. ubinam fælix hæc, & recta occurret vita, ſi concordiam à civitate contingat exulare, tunc ſcilicet ſapientes τὰς πόλεις ὁμονοεῖν φασὶν, ὅταν περὶ τῶν συμφερόντων ὁμογνωμονῶσι, καὶ τὰ αὐτὰ προαιρῶνται, καὶ πράττωσι τὰ κοινῇ δόξαντα. (*civitates concordes eſſe dicunt, cum de iis quæ conferunt, conſentiunt, & eadem eligunt, aguntque ea quæ publicè viſa fuerint*) *eth.* 9. *cap.* 6. quare his per diſcordiam excluſis, civitatem perire & fælicitate prorſus privari oportebit. hanc verò ſervare concordiam ſolius certè legis munus erit, quæ ne aliena egenus rapiat, ne dites plebs opprimat, ne inopes potentiori ſuccumbant, ſola

Vrbium fælicitas quæ.

Lex concordiæ parens in civitatibus.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

ſola operatur; hæc probis opera virtuti conſona præſcribit, ad quæ nativo ferantur appetitu, ac improbos pœnarum atrocitate à ſceleribus arcet, quorum certè præda cæterorum probitas opeſque forent, dum plerorumque animos vitia occupent, ideoque non virtutis amore, at pœnarum potius terrore à pravis operibus avertantur: quare lex quandam veluti conſtituens in civitatibus æqualitatem, ſi æquo pede pauperum tabernas, ac potentiorum turres ingrediatur, dum omnes vel præmiis allicit, vel pœnis deterret, ad commune bonum æqua invitans ſorte, vera in civitatibus concordiæ parens dicetur, urbeſque ac regna præſtantiſſimè ſervabit; quod ſanè Pindarum reſpexiſſe crediderim, dum Eunomiam, Themidis filiam, per quam bonarum legum conſtitutio deſignatur σωτείρας (*ſervatricis*) eruditiſſimo epitheto decoravit; ac ſi illius peculiare foret munus, urbes concordiæ beneficio feliciſſime ſervare: ideoque cum ajebat Philoſophus *polit. 7. cap. 4.* eam civitatem, quæ maxime populo abundaret, difficile conſervari, dicebat, ὁ νόμος τάξις τίς ἐστι, καὶ τὴν εὐνομίαν ἀναγκαῖον εὐταξίαν εἶναι. ὁ δὲ λίαν ὑπερβάλλων ἀριθμὸς ἀδύνατος μετέχειν τάξεως. θείας γὰρ δὴ τοῦτο δυνάμεως ἔργον, ἥ τις καὶ τόδε συνέχει τὸ πᾶν. (*lex ordinatio quædam eſt, & bonam legis poſitionem neceſſarium eſt eſſe bonam ordinationem. divinæ enim potentiæ id opus eſſet, quæ & hoc totum continet.*) Familiam pariter, quam veteres puſillam rempublicam eſſe judicarunt, concordia non diſſimili ratione dicitur continere: dum enim illam præcipuè conjugum ſocietas conſtituat, *polit. & œconom. 1. cap. 2.* ab hac ſecluſa concordia, nulla certè fœlicitas aderit: ut abunde Romana erudire viſa eſt ſapientia, quæ in nuptialis Iunonis ſacro victimam abſque felle juſſit conſecrari, illudque exemptum poſt aram abjici, ut omnia à connubio rejicienda irarum ſemina, diſcordiamque prorſus excludendam ſagaci inſtituto edoceret: quod ſi conſanguineos etiam familiæ nomine lubeat complecti, & inter hos, quid

Olymp. ad 9. antiſtr. 1.

Lex quid.

Sen. ep. 47.

Conjugum concordiam expetit. *Plut. præcept. connub. 28.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

pejus Erynnis furor queat locare, quam diſſidia, ac litium ſemina :

Diſſidia conſanguineorum infelicia. *Pind. Pyt. od. 4. ſtr. ζ.*

——— μοῖραι δ' ἀφί—
ϛωντ', ἔι τις ἔχθρα πέλοι
ὁμογένοις, αἰδῶ καλύψαι.

(*fælicitas autem abſcedit, ſi quaſi multos exiſtat inter conſanguineos; adeo ut tegant pudorem,*) domeſticam verò concordiam legum beneficio ſervari, tot ab iis præſcripta de conjugibus dogmata teſtantur, & Pythagoræorum ſchola ſatis videtur apud Ariſtotelem *æconom.* 1. *cap.* 4. ſuadere, quæ uxores ab injuriis virorum lege monebat liberandas : ideoque concordia, quæ à legibus enaſcitur, civitates ac domos continebit, non ſecus quam corpus vita, ac mundum conſervet harmonia, quarum hæc à Deo, illa ab anima prodire modò ſtatuebatur : ſimilemque quò ad id munus animum ipſi Deo non immeritò aſſeruiſſe Ocellus videtur, dum præpotenti hujus imperio, magnus ; vel minimo illius nutu, parvus regatur mundus, & *quem in hoc mundo locum Deus obtinet, hunc in homine animus.* & par quoque in lege, ſi civitates ac familias reſpiciamus, viget ratio : ut enim harmoniam univerſi Deus, ſic civitatis concordiam lex præſcribit, & μὴ ὑπαρχόσης ἁρμονίας καὶ ἐπόψεως θείας οὐκ ἂν τὸν κόσμον οὐκ ἂν ἐδύνατο σωείμεν ἔτι καλῶς ἔχοντα τὰ ἐγκεκοσμαμένα. μὴ ὑπαρχόσας δ' εὐνομίας οὐκ ἂν δυναιτό τις ἀγαθὸς εὐδαίμων πολίτης εἶναι. (*non exiſtente harmonia & divina providentia circa mundum, non poſſent permanere adhuc recte ſe habentia in eo ordinata. & non exiſtente recta legum conſtitutione in civitate, non poſſet quis bonus vel felix civis eſſe,*) & uti Deus æquo ſingulos amore proſequitur, ita lex non inæquali cunctos vincit decreto, ideoque divinum quidpiam illi quodammodo ineſſe videbitur, ut jure *polit.* 3. *cap.* 16. dicat Ariſtoteles, τὸν νοῦν κελεύειν ἄρχειν, δοκεῖ κελεύειν ἄρχειν τὸν θεὸν καὶ τοὺς νόμους. ὁ δ' ἄνθρωπον κελεύων, προσλήψει καὶ θηρίον. ἥ τε γὰρ ἐπιθυμία τοιοῦτον, καὶ ὁ θυμὸς

Animus humanus Deo ſimilis.

Senec. ep. 65.

Hypodamus Thurius de beatit. Divina providentia, & lex comparantur.

θυμὸς ἄρχοντας Διὸς τρέφει, καὶ τοὺς ἀρίστους ἄνδρας. διόπερ ἄνευ ὀρέξεως νοῦς, ὁ νόμος ἐστὶ. (*qui mentem præesse jubet, videtur jubere Deum præesse & leges: qui autem hominem præesse jubet, adjungit & bestiam; libido quippe talis est, atque obliquos agit etiam viros optimos, qui sunt in potestate, ex quo mens absque appetitu lex est.*) Maximum verò inter Vniversum, ac civitates familiasque vigere discrimen observat auctor, quod scilicet perpetua sit illius harmonia, nec ulla unquam intemperie conturbetur, harum verò brevis sit fælicitas, & citissimus adsit interitus; cujus eandem cum doceat eventus esse causam, ac illius mutationis, qua entia hæc inferiora assiduè premuntur, non difficile profectò erit, undenam ea prodeat dissimilitudo, invenire; interitus siquidem radix cum sit materia, ut monuimus *cap. 2. & 3.* perpetuis obnoxia mutationibus, & ex opposito Deum primęvi causam omnino sciamus immobilem *met. 12. 36.* statuendum est certè, relatum inter universum ac civitates discrimen non aliunde oriri, quam ex eo, quod illius harmoniæ auctor immutabilis prorsus æternam universo, si velit, harmoniam conferre poterit, civilem verò ac domesticam concordiam interire sit necesse, quia fragili ac mutabili sit innixa fundamento, legi scilicet; nedum enim gravibus & leges ipsæ subsunt mutationibus, quas tamen vir politicus arceat, ὁ γὰρ τοσοῦτον ὠφελήσει κινήσας, ὅσον βλαβήσεται τοῖς ἄρχουσιν ἀπειθεῖν ἐθισθείς. (*non enim tantum proderit qui corrigere perget, quantum nocebit assuefactio superioribus non parendi.*) at licet nil prorsus immutentur, earum quandoque robur opprimitur, ut nil inde beneficii misera civitas, infelixve civis queat captare: armorum id certè præstat strepitus, qui leges miserrimè cogit silere, sive dum princeps anxius imperii, illique suo veluti patrimonio servando deditus, subditorum casus, alienos veluti negligit, sive dum,

Lex est mens absque appetitu.

Legum mutatio noxia.

——— — *barbarus hostis*
Vt fera plus valeant legibus arma facit.

Ovid. 4. de Pont. eleg. 9.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

civium quoque quorumdam gravis nimium id plerumque præſtat auctoritas, quorum certo videmus exemplo leges, ut dicebat Solon, aranearum telis perſimiles eſſe, quæ tenuia quidem, ac levia cohibent corpuſcula, gravibus verò cedunt; nec illæſas quandoque leges eſſe permittit vel peſſima judicum quorumdam inſcitia, vel avara eorundem impietas, quæ poſthabita legumlatorum voluntate, leges iniqua flectit interpretatione, omni ſpe disjecta aſſequendæ juſtitiæ.

Laërt. in ejus vita. Leges aranearum telis ſimiles.

Heſiod. opera, & dies l. 1.

——— ἑλκεμβώης ἥ κ' ἄνδρες ἄγωσι
Δωροφάγοι ———

(*tractæ quocunque homines duxerint donivori.*) ideoque ſicuti omnis expers mutationis principium harmoniæ, qua univerſum gaudet, eam quoque ſervat inconcuſſam; civilem verò ac domeſticam concordiam ruere permittit tot ſubjectum mutationibus ejuſdem principium: idem pariter de iis proferendum rebus, quarum natura ortu premitur ac interitu, quod ſcilicet ideo diu non permaneant, quia earum principium eſt materia omnis mutationis, paſſioniſque radix, *ſuperius c. 2. t. 3.* ideoque impotens entibus ex ea conſtitutis immutabilitatem conferre: & quaſi perennis hujus mutationis, quam natura materiæ adſcripſit, validam aſſignaturus cauſam, auctor ſubdit, eorum quæ oriuntur generationem eſſe ſalutem materiæ, ex qua ea oriuntur: ac ſi innuat materiam ſibi vindicare quod perenni ſit obnoxia mutationi, indeque ipſius naturam conſtitui: ſi enim illa ad formas poteſtatem in ſua claudit natura, ut late *c. 2. t. 3.* dicebatur, & eas ortus ac interitus beneficio conſequitur, inde illius quoque ſalutem prodire erit aſſerendum; fruſtra enim illa frueretur potentia, quæ nunquam ad actum foret redigenda *1. cæli* 32. Quoniam vero Ocellus illius entis meminit, quod perpetua paſſione ac mutatione premitur, illius quaſi memor ſectionis, qua univerſum diviſerat, *ſuperius c. 2. t. 1. & 2.* monet id, quod ſemper movetur, gubernare cælum ſcilicet, ut *ibi* docuimus: id verò

verò quod ſemper patitur, nempe inferiorem hanc partem ſemper gubernari; quod pariter innuiſſe videtur Ariſtoteles *meteor.* 1. *cap.* 2. quo loci cum inferiorem hunc mundum contemplaretur, dic ebat, ἔστι δ' ἐξ ἀνάγκης συνεχής πως ἔτερος τοῖς ἄνω φοραῖς, ὥστε πᾶσαν αὐτοῦ τὴν δύναμιν κυβερνᾶσθαι ἐκεῖθεν. (*eſt autem ex neceſſitate continuus quodammodo iſte ſuperioribus lationibus, ut omnis ipſius virtus inde gubernetur.*) ideoque illud ſubdit eſſe poteſtate prius, hoc vero poſterius, quia facultates inferioris partis à ſuperiori illa poteſtate pendent, & cælum divinum quid dicit, (ut *c.* 2. *t.* 2. obſervavimus) ac rationis particeps, ratione ſcilicet intelligentiæ, quæ cælo motum confert, ſive orbis ipſius formam verè eam eſſe, ſive ei tantum aſſiſtere cenſuerit: & utrumque illud prædicatum cælo attribuiſſe videtur Ariſtoteles, qui & ipſe cælum divinum corpus dixit 2. *cæli* 17. & anima præditum, *ibid. t.* 13. id verò quod paſſioni obnoxium eſt, ex oppoſito dicit eſſe genitum, ratione ſcilicet partium: ac præterea rationis expers ſtatuit, ac mutabile, cum illius peculiare videatur pati, ac moveri, ut alias abunde docuimus; quod certè animam ab hac univerſi parte videtur excludere, quæ ſuapte natura motum confert, ac proinde extrinſecum motorem non accerſit.

FINIS.

IN-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

INDEX AVCTORVM,

Qui in hoc commentario libro laudantur, explicantur, aut emendantur, in quo litera P. numero præfixa Prolegomena denotat.

Albertus Magnus, 212. 270.
Thobias Aldinus, 152.
Thomas Aldobrandinus, 97.
Vlyſſes Aldrovandus, 153.
Alexander ab Alexandro, 245. 271. *explicatus*, 217.
Clemens Alexandrinus. P.
M. Antonius, 102. 103. *explicatus*, 162.
Alexander Aphrodiſæus, 282.
S. Thomas Aquinas, 88. 219.
Archytas Pythagoræus, 5.6.95.P.
Ariſtophanes, 3. 182. *ejuſdem Scholiaſtes*, 182.
Ariſtoteles paſſim explicatus, 8.9. 19. 24. 31. 41. 43. 46. 52. 54. 55. 58. 62. 73. 83. 88. 101. 110. 117. 144. 145. 146. 175. 207. 224. 236. 253. 254. *emendatus*, 148.
Athæneus, 210.
Averroës P.
Auſonius, 182.
Franciſcus Bacconius, 75. 138.
Caſpar Barthius P.
Thomas Bartholinus P.
Bellonius, 152.
Iohannes Benedictus, 99. 188.
Paulus Benius, 97.
Rabbi Moſes dictus Benmaimon, 272. 274.
Boëtius, 89.
Paulus Bolduanus P.
Augerius Busbequius, 205.
Marſilius Cagnatus, 149.
Calicratides Pythagoræus, 246.
Theodor. Canterus P.
Bonaventura Cavalerius, 20.
Cenſorinus P.
Corn. Celſus, 281.
Charondas Cataneus Pythagoræus, 222.
Cicero, 26. 41. 110. 184. 225. 228. 232. *P.*
Claudianus, 221. 257. 279.
Clinias Pythagoræus, 211.
Cluſius, 150.
Comelinus P.
Crito Pythagoræus, 99.
Critolaus Peripateticus, 51.
Dalechampius, 43.
Danthes, 203.
Democritus, 75.
Diodor. Siculus, 187. 188. 269.

Diogenes

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Diogenes Laërt. 6. 14. 80. 95. 123. 134. 175. 204. 264. 292. *P.*
Paulus Ægineta, 264.
Ælianus, 204.
Empedocles, 27. 61.
Sextus Empiricus, 14. 26. 60. 146. 269. *P.*
Euripides, 241. 244. 273. 280. *explicatus*, 214.
Euryphamus Pythagoræus, 199.
Eustathius Scholiastes Homeri, & Dionysii, 96. 99.
Octavius Ferrarius, 273.
Marsi. Ficinus, 124. 203.
Thomas Fienus, 281.
Forestus, 231.
Iacobus Gaddius, 270.
Galenus, 79. 212.
Galilæus, 21.
Gassendus, 79. 153.
A. Gellius, 264.
Hesiodus, 13. 25. 47. 100.
Heraclitus, 60. 196.
Hippodamus Thurius.
Hierocles Pythagoræus, 8. 46. 81. 89. 97. 123. 200. 234. 241. *P.*
Hipparchus Pythagoræus, 271.
Homerus, 96. 117. 139. 150. *explicatus*, 76. 96.
Horatius, 79. 205. 291.
Iumblichus Pythagoræus, 200. 211. 225. 230. 248. 255. 257. 258. 266. 271. 280. 281. 282. 285. 291. *P. emendatus*, 275.
Iosephus Hebræus, 217.
Isocrates, 47. 52.
Silius Italicus, 5.
Iuvenalis, 218. 230. 238. 245. 261. 288. *explicatus*, 14. 272.
Henr. Lindenbergius, *P.*
T. Livius, *P.*
Lucanus, 183. 189. 268.
Lucianus, 21. 224. 279. *P.*
Lucretius, 14. 20. 30. 34. 54. 67. 89. 118. 148. 187. 188. 190. 204. 220. 231. 242. 243. *P.*
Macrobius, 182. 184. 199. 221. 271.
Manilius, 2. 4. 27. 35. 96. 143. 183. 224.
Ald. Manutius, *P.*
Am. Marcellinus, 138.
Andreas Marianus.
Martialis, 69. 226. 245. *explicatus*, 147.
Melissa Pythagoræa, 251.
Mercurialis, 257.
Mercurius, 114.
Paul. Ioseph. Meronius, 289. 290.
Michaël de Montaigne, 263.
Vincentius Montecalvus, 46.
Auctor libri de mundo, 39. 97. *quis fuerit quæritur*, ibid.
Io. Hardus.
Lud. Nogarola, 7. 29. 51. 145. 159. 166. 170. 174. 294. *& seqq. P.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Vincentius Nogueira, 272.
Nonius, 67.
Origenes P.
Ovidius, 17.25.55.89.106.127. 138. 144. 148. 152.167.196. 202.213. 268. 269.273.279. *explicatus*, 81.
Franciſcus Patritius, 98. *P.*
Peireskius. 68.152.153.
Perſius, 291.
Philo Iudæus, *P.*
Philolaus, 58.
Photius, 209.
Franciſcus Piccolomineus, *P.*
Io. Picus, *P.*
Pindarus, 46. 139. 188. 315. *P. explicatus*, 100.189.264.
Pythagoras, 12. 37. 80.97.123. 234.241.
Plato, 4.12.38.44.89.107.123. 139. 163. 184. 203.205.230. 250.279.285.286.288.
Plautus, 250.
Plinius, 21.43.67.153.203.230. 261.292. *P.*
Plinius Iunior P. explicatus, 226.
Plutarchus, 8.12.37.75.95.106. 108. 117. 189.191.212.226. 232. 233.245.255.269.270. 274. 278. 280.287.288.291. *explicatus*, 270.
Porphyrius, 26. 230.271.
Simon Portius, 151.
Cyrus Theodorus Prodromus, 170.171.
Cælius Rhodiginus, 79.263.
Io. Rhodius, 213.
Cl. Salmaſius, 153.
Scaliger, 152.200.220.264.265.
Seneca, 26.70.75.160.184.238. 287.289.316. *P.*
Seneca Tragicus, 216.268.
Daniel Sennertus, *P.*
Simplicius, 209.
Sineſius, 76.
Gulielmus Soyer, *P.*
Æl. Spartianus, 196.
Stobæus, 58. 81. 117. 118.130. 176.182.240. *P.*
Strabo, 268.
Sueſſanus, 200.
Corn. Tacitus, 202,265.
Theages Pythagoræus, 99.
Theognides, 285.
Thuanus, 151.
Tibullus, 114.210.
Timæus, 6.12.16.107.118.128.
*Tiraquel.*231.242.245.261.269.
Phlægeton Trallianus, 21.
Velleius, 96. 286.
Ianus Vitalis, 25.
Virgilius, 17. 84.138.183.253. 266.290. *explicatus*, 287.
Vrb. VIII. 42.180.251.260.286.
Xenophon, 79.243.250.255.263.
Zabarella, 146.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

INDEX
RERVM MEMORABILIVM.

A.

Accidens est entis ens. Pag. 30
Accidentia Vniversi additamenta. 38
relativa maximè mutabilia. 31
Ἀήρ quid significet. 16
Actio an inter contraria, vel similia. 113
est compositi, non formæ. 120
Adolescentes omnia scire non decet. 259
ante 20. annum à Venereis prohibendi. 261
spe gloriæ maximè excitantur. 288
iis quam utilis proborum amicitia. 290
Aëre an nutriatur chamæleon. 150. & seqq.
aër respiratus cur hyeme densetur. 67
Ætatis humanæ gradus. 16, & 17
ætas quomodo in plantis. 73
ætatum numerus. 77, & 79
mores. ibid. & 242
ætati unicuique cur amicitia utilis. 77
fora propria apud Persas assignata. 79
ætates cum anni temporibus collatæ. 80
in iis quomodo circulus. 82
Æternitas qua ratione insit corruptibilibus, 59, & seqq. 63
qua ratione in homine, & cæteris animalibus, 71
an insit Vniverso, *vide* in verbo Universum.
Agentia inferiora omnia an generent in se ipsis. 178
Alexander Persas docuit à matribus abstinere. 270
Alimentum generatricis facultatis objectum. 277
Alteratio quid 113. ejus causa contrarietates. 115
Amantium juramenta irrita. 210
Amicorum dissidia cur acerba. 244
Amores conjugum prole carentium citius evanescunt. 212
amoris vis. 221
Amor conjugum sit temperatus. 280
Ἄνεμος quid. 193
Anima quomodo quaternario, & denario constituta à Pythagoræis. 8
ignis credita à plerisque. 75
animas in aqua occumbentium interire, veterum quorumdam sententia. *ibid.* & 76
ejus diffinitio tradita ab Aristotele, explicatur. 101
transmigratio excluditur. 114
in quæ animalia fieri crederetur. *ibid.* & 115
politicum inventum. 114
anima vitæ causa. 312
humana Deo similis. 316
Animal cur aëre egeat. 42
ad generandum cur proclive. 73, & 254
aliquod an in igne, & glacie. 147
nullum igne, vel aëre nutritur. 149
animalium quorundam inedia unde. 151
animalia dum generant fiunt quodammodo unum. 179
ex putri quomodo generentur. 196
omnia cur corruptibilia. 216
Antiperistasis quid sit. 74
qua ratione contingat. 75
Antipodes antiquis non ignoti. 204
Apellis linea in palatio Cæsarum. 292
Apes cellas hexagonas efformant, & cur. 213
Appetitus cujuslibet motus principium, 215
Apollo cur dictus λοξίας. 182

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Aqua quomodo concreſcat. 145
& aër cur elementa media. 155
reliqua *vide* in v. Elementum.
Ariſtoteles priſcorum ſcripta flammis non abolevit. 134
non meminit Ocelli. 135
cur ab hoc differat in numero qualitatum. *ibid.*
ut rite exponatur quid obſervandum. 146
Aſtrologi quomodo mores hominum conjiciant. 219
Auctio quando fiat. 16
Auctorum ſententiæ, quomodo explicandæ. 197

B.

BArbari connubia cum matre, filia,& ſorore permittebant. 268. *& ſeqq.*
Bruta agunt propter finem, & qua ratione. 213
non ſemper concubitus expetunt. 221
magis accommodata naturæ, quam homines. 226
in iis exempla concubitus vetiti evitati. 270
eorum proles cur magis ſanitatis particeps quam hominum. 282

C.

CAlidum, & frigidum cur activæ qualitates. 126
eorum conditiones, & natura. *ibid.*
Cato ejecit Senatu virum, qui uxorem præſente filia fuerat oſculatus. 274
Cauſæ generationis quæ, & ubi. 91. 93. 175. *& ſeqq.*
genera cauſarum. 92
cauſas primas ſpeculatur Philoſophus. 93
eadem cauſa per accidens producit contraria. 133
cauſa efficiens quænam. 176,177
univerſalis & particularis diſtinctio, neceſſitas, & ratio. *ibid. & ſeqq.*
finalis præcipue ſpectat ad phyſicum. 197
Chamæleontis lingua. 151
anatome. 152
chamæleon edit, & bibit. *ibid.*
frequens apud Caitum. *ibid.*
colores rerum an induat. 153
quomodo æqualis crocodilo dicatur à Plinio. *ibid.*
inediam tolerat. *ibid.*
chamæleon herba. *ibid.*
Κύαμος quid. 264
Cynici interulam non geſtabant. 273
pudenda duplicato pallio tegebant. *ibid.*
Circulus omnium menſura. 63
in ætatibus qua ratione detur. 82
eſt in ortu ſingulorum entium. *ibid.*
caret principio, & fine. 87
Civis non debet ſe ſuum, ſed civitatis æſtimare. 238
Civitates Deo gratæ. 225
civitas quid ſit. 228
quænam beata. 237
illi, quæ præcipuè neceſſaria, 238
ejus fœlicitas pendet ex recta puerorum, & mulierum inſtitutione. 249
civitates propter quid inſtitutæ. 314
populo ſi abundent, difficilè conſervantur. 315
Κυπμὸς quid. 263
Cœlibatus apud veteres damnatus. 225
Cœlum extra nihil eſt. 38
à cœlis motrices intelligentias excludentium ſententia. 44
eorum motus qualis. 61
cœlum cur Deorum ſedes. 62,& 100
ejus conditiones. 98, *& ſeqq.*
cur ad rerum ortum neceſſarium. 177
cur cœlos Deos antiqui crediderint & an recte. 184
cur cœlum dixerint αἰθέρα. *ibid.*
cœlum inferiorem partem gubernat. 207
divinum & rationis particeps. 319
anima præditum. *ibid.*
Cognitio omnis an bona. 259,260
Color, an actu color ſine lumine. 42
non eſt adæquatum viſus objectum. 45

Com-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Commentarius quæ præexigat. *P.*
Compoſitum ſolum verè eſt ſubſtantia. 119
agit. 120
generatur & interit. *ibid.* & 121
Concordia regit civitates, ac domos.
Concubitus habendus non voluptatis, ſed prolis gratia. 208, 214, 222, 226, & 235
in eo cur voluptas addita à natura. 212
cur miſceantur corpora. *ibid.*
in puerili ætate prohibetur. 252, *& ſeqq.*
frequens damnatur. 258, 263. morborum cauſa. 231
illius numerus à Solone, & à Regina Aragonum præſcriptus, qui. 263
in tenera ætate adhibitus, cur ad libidines excitet. 265
rarus quam utilis. 266
cum quibus prohibitus. 267
in locis ſacris, & publicis damnatus. 271, *& ſeqq.*
victum ſalubrem, & mentem tranquillam exigit. 276
à perturbationibus, & curis vitiatur. 281
reliqua *vide* in v. Venerea, Matrimonium, Nuptiæ.
Conſanguinitas uſque ad 4. gradum cur perſeveret. 270
inter conſanguineos lites peſſimæ. 316
Contentio inter homines ejuſdem artis. 100
qua ratione ſit in mundo. 101
Contrarietates generationis principium. 112, *& ſeqq.*
earum opus. 113
mutuo non immutantur. 128. at bene contraria. 129
hæc cur ſimul non maneant. 174
Corpora tantum entia dicebant veteres. 122
prima, *vide* in v. Elementum.
differentiæ eorum in priores, & poſteriores dividuntur. 130, *& ſeqq.*
corpus animæ ſepulchrum. 311
Κόσμος quid ſignificet. 37

D.

DÆmones ubi. 199
an noti Peripateticis. 200
Denarius numerus qua ratione conſtituatur. 8
ex eo quomodo corpora conſtent apud Pythag. *ibid.* quomodo anima. 9
Deus Vniverſi ſupremus finis. 46
an efficiens illius cauſa juxta Peripateticos. *ibid.* & 220
unus penes Philoſophos, & cur plures Deos aliqui aſſeruerint. 47, & 96
ex nihilo omnia condidit. 88
omnia conſervat. 89
cur Vniverſum condiderit. *ibid.*
Vniverſi moderator. 95, & cauſa. 96.
unde μοῖρα dictus. 97
eſt ubique. 196
ejus ſedes cur cœlum. 62, & 100
inter ipſum, & viros bonos amicitia. 238
Divitiæ quam utiles *P.*
Philoſophum non dedecent, & ad fælicitatem neceſſariæ *P.*
Domus quid. 228
domeſtica exempla maximè corrumpunt adoleſcentes. 230
Dorica dialectus cur Pythagoræis familiaris *P.*
Δίξα quid. 7
quid penes Pythagoræos. 8
Dubitationes ſemper excludendæ, & cur. 186

E.

EBrietas à concumbente evitanda, & cur. 278
ebrii ut plurimum infœcundi. *ibid.*
filios dementes generant. 279
Educatio patris intemperantis cur mala. 230
filiorum parentibus præſcribitur. 283, *& ſeqq.*
recta quam utilis. 286

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

civium infensa tyrannis. *ibid.*
Ἔργον quid significet. 12
Εἱμαρμένη, & μοῖρα quid differant. 97
Elementa mutuo immutantur. 66, 130, 161, 162, 165, & 172
superiora se habent ut forma ad inferiora. *ibid.*
qua ratione æterna. 67
eorum circulus. 78. mutuus ordo. 48
numerus. 116
cur substantiæ hic dicantur. 118
cur 4. apud Peripateticos. 123
cur apud Platonicos. *ibid.*
eorum qualitates. 137, *& seq.*
quænam habeant excessum qualitatum. 140
quænam extremi & medii rationem 154
eorum ordo & situs. 140
immutantur manentibus symbolis qualitatibus. 149, & 166
in eorum unoquoque latent cætera. 163
contigua cur semper in una qualitatum cognata. 170, 171
Ens ex non ente nequit fieri. 13, & 54
omne ex se sibi vindicat qualitatem, quam aliis primo confert. 52
quomodo ex ente, & in ens resolvatur. 14
Ἔφεξης quid. 64
Epicurus cur factus fuerit Philosophus 13
sobriè vixit. 14
Essæi non concumbebant cum uxore prægnante. 217
præcipui castitatem servabant. *ibid.*
Exsiccatio an prodierit à calore vel frigore quomodo cognoscatur. 136

F.

FAbis abstinendum quid significet. 264
Familiæ rectè institutæ quam utiles Reipub. 246
earum finis est civitas. 248
concordia conservantur. 315
sunt pusillæ respublicæ. *ibid.*
per quid constituantur. *ibid.*
Fatum quid sit. 95, 96
Fælicitas sita est in contemplatione, *P.*
Fœmina mari debet obedire. 245
ipsi lex sit voluntas viri. 251
ubi ter pepererit, non amplius augetur. 265
Filii cur κρατοῦσι apud Eurip. 214
jus trium filiorum. 225
cum incontinentia geniti cur improbi & infelices, 229. *& seqq.*
in filiis parentum scelera an plectat Deus & cur. *ibid.*
matrimonio an vinciendi. 245
relinquendi veluti nostri successores in divino ministerio. 211
cum filiis concubitus prohibetur. 267
in iis diversa dispositio è diversa temperie, & alimento parentum. 278
sapientum cur plerumque insipientes, & è converso. 282
reliqua *vide* in v. Puer.
Finis est cujus gratia. 73
Fontes unde. 74, 75
Forma exigit materiam propriam. 114
non generatur, nec corumpitur. 120
nunquam præcedit compositum. *ibid.*
accidentalis propriè non dicitur esse in loco. 121
est immobilis. 129
continet, materia verò continetur. 311

G.

GEneratio est naturæ terminus. 73
ubi fit, & ubi illius causa. 90, *& seqq.*
qua ratione æterna. 91
illius principium contrarietates. 112
generatio simpliciter, & secundum quid. 122
an semper fiat in alio. 178
æterna apud Ocellum. 185
cur à natura instituta. 216
cur omnium operum maximè naturalis. 218, & quibus. 254
appetenda propter bonum publicum. 237

in se,

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

in ſe, & in alio quæ. 177
Genitum omne eſt corruptibile. 12
quibus ſubjaceat mutationibus. 14,15
Gloria quam expetatur. 288
Gorgonis facie quid ſignificatum. 272
Grave, & leve primis corporibus inſunt. 132, *& ſeqq.*
Græcia alias fuit, & alias erit barbara. 205
ejuſdem calamitates. *ibid.*

H.

HArmonia continet mundum. 312
non fit ex motu cœlorum. *ibid.*
Hebræis concubitus prohibitus in locis, in quibus foret liber aliquis S. Scripturæ. 272
in loco aperto. 274
permiſſus tantum nocte lucernis extinctis. *ibid.*
Homerus laudatus à Vellejo. 96
ejus catena quid allegoricè. *ibid.*
Homo in ſe continet mundum, ac imaginem Dei. 4
ejus præſtantia. 5
vita deſcribitur. 16.17
Ejus cordis augmenta, & decrementa penes Ægyptios. 21
vita ultra 100 annum. *ibid.*
homines è terra primo prodiiſſe aſſerentium ſententia. 27, & 187
ipſi cuncta ſerviunt. 41
homines durum genus. 144
æterni apud Ocellum. 198
viventium præſtantiſſimi. 199
homo parvus mundus. 209
in quo differat ab aliis animalibus in concubitu 212, de quo, *vide* in v. Concubitus.
cur quolibet anni tempore ad Venerea promptus. 221
Deus mortalis. 224
ad bonum Vniverſi dirigitur. *ibid. & ſeqq.*
pars domus & civitatis. *ibid.*
ſolitarius aut Deus, aut beſtia. 228
omnium animalium in concubitu maximè diſſolvitur. 230
optimus, & peſſimus animalium. 233
eruditus cur aliquando maximè ſceleſtus. 233,234
primi coitus ipſum pœnitet. 261
Homines ſtudioſi imbecilles ſtomacho. 281
ſpectatores rerum cœleſtium.
natura ipſo gloriatur *P.*
Humidum, & ſiccum paſſivæ qualitates, cur. 126,127
eorum conditiones. *ibid.*

I.

IGnis generatur quibuſdam lignis attritis. 66,67
ſphærica figura potius præditus, quam pyramidali. 138
cur acutus dicatur. *ibid. & ſeqq.*
qua ratione una cum terra habeat exceſſum qualitatum. 143
eſt exceſſus calidi, ſicut glacies frigidi. 144, *& ſeqq.*
in ipſo an oriantur, & vivant animalia. 148
Ἴλη quid. 109
Incontinens quis. 229
Intemperantia quid. *ibid.*
Intellectus habitus qui, & quot. 7
Interitus duplex cauſa. 58
reliqua, *vide* v. Generatio, & Ortus.
Invidia ſummis adnaſcitur *P.*
Iſthmus quid. 99
unde dictus. *ibid.*

L.

LAbor maximè confert adultis. 255
Laborare ſimul mente, & corpore, impoſſibile. 256
Lapides quomodo generentur. 68
figuras proprias cur ſibi vindicent. 69
lapideſcentium cauſa. 70,71
Lex concordiam conſervat in civitatibus. 314
legis opera. 315
earum præſtantia. *ibid.*
mutationes ſemper pernicioſæ. 317
leges unde lædantur. *ibid.* & 118

aranea-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

aranearum telis cur ſimiles. *ibid.*
legumlatores primo inſiſtunt puerorum educationi. 287
Libido inopiæ parens. 231
Licurgus cur virgines ſine dote nubere voluerit. 251,252
quæ exercitia virginibus injunxerit. 255
cum ſponſa virum furtim congredi mandavit. 263
Lites quam moleſtæ. P.
Ludi quinam pueris præſcribendi. 255
Lumen an conferat colori, quod ſit actu color. 42
non habet corpus. 147
Luna iſthmus inter mortalitatem, & immortalitatem. 100
ejus varii effectus. 183
illi cur fœmineus ſexus attributus. *ibid.*

M.

MAlus nemo ſponte. 230
Manuchodiatam in aëre ſemper vivere eſt falſum. 150
Mare terræ ſudor apud Empedoclem. 61
Materia ortus, & interitus expers. 55
qua ratione per accidens oriatur, & intereat. *ibid.*
propriè mutatur, non vero forma. 92
communis eſt iis, quæ invicem agunt, & patiuntur. 93
illius proprium eſt pati. 94
natura, & conditiones illius. 103
quomodo tactui inſerviat. 105
cur dicta ὑμφαγεῖον. 106
varia illi nomina indita. *ibid.* & 107
quomodo cognoſcatur. 109
mutationis radix. 317
Salus eorum quæ ex ipſa generantur. 318
Matrimonium vetularum quare, 242
quæ exigat. 250
diſcors pernicioſum. *ibid.*
qua ætate contrahendum. 261
inter conſanguineos prohibitum & cur. 269
reliqua, *vide* in v. Nuptiæ.
Medii natura. 155
Μεζόλη unde dicta. 92
Μεζόφωνον quid. 191
Mixtum quando generetur. 115
Μοῖρα quid. 95
quid differat ab εἱμαρμένη. 97
Mors naturalis, & violenta quæ. 58
in aquis cur Achilli inviſa. 76
non eſt timenda. 102
Motus naturalis, & violentus qui. 17
naturalis in fine, violentus in principio cur velocior. 18. *& ſeqq.*
qua proportione uterque augmenta recipiat. 20,21
circularis ſolus regularis. 62. æternus, & continuus. 87. qui verè unus. 62
eſt in ſubjecto, non verò in forma. 129
movere, & agere, moveri, & pati valde differunt. 207
Mulieres quædam inediam tolerarunt ſingularem. 150. & qua ratione. 151
uni junctæ ſteriles, alteri verò fœcundæ. 243
duas tantum horas bonas habere dictæ. 250
quid agere debeant, ut viris placeant. 251
facilius pariunt, & utero gerunt aſſuetæ laboribus. 256
iis prægnantibus diurnum iter ad templa ab Ariſtotele præſcriptum. *ibid.*
earum communio damnatur. 271
Mundus cur κόσμος dictus. 37
quomodo animal apud Platonicos & cur ſine ſenſibus. 39
inter parvum, & magnum mundum viget proportio. 209
reliqua *vide* in v. Vniverſum.
Mutationes rerum quæ oriuntur, quæ, & quot. 14, *& ſeqq.*
earum principium contrarietates. 113, & 166,167
elementares, *vide* in v. Elementum.
mutatio per ἀναλλαγὴν quæ. 170 faci-

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

facilior in habentibus ſymbolum. 172

N.

NAturæ definitio tradita ab Ariſtotele explicatur. 101
Nix cur minus frigida quam glacies. 147
an in ipſa oriantur vermes. *ibid.*
Nomina pleraque rebus à fluxu cur impoſita. 184
Numeri quomodo rerum principia pones Pythagoræos. 8
cur in iis non ſit progreſſus ultra denarium. *ibid.*
Nuptiæ ſemper cum paribus contrahendæ. 239. *& ſeqq.*
cum imparibus contractæ diſcordes, & facile carent filiis. 243
infælices maximè ubi adſit diſcordia. 244. *& ſeqq.* & 250
pueris cur prohibitæ. 254
reliqua *vide* in v. Matrimonium, & Concubitus.

O.

OCellus Lucanus quæ opera ſcripſerit. 292. *P.*
laudatur *P.*
ejus propoſitum in hoc opere. 3. *P.*
methodus. 3
fuit Pythagoræus. *P.*
Platonem, & Ariſt. ætate præceſſit. *P.*
Pythagoræ auditor. *P.*
an Doricè ſua opera ſcripſerit. *P.*
Olympicâ pauci iidem viri, & adoleſcentes victores. 254
Opinio quid. 7
quomodo ternario comparata. 9
Oppoſitio nunquam datur inter veras propoſitiones. 88
Oracula unde prodirent. 189
conſulentes cur Deos orarent. *ibid.*
oraculum Delphicum. *ibid.*
eorum ſacerdos cur caſta. 190
cur defecerint. *ibid.*
Ordo univerſi immutabilis, & quomodo in parte ſublunari. 34
eſt natura ſenſibilium. *ibid.* & 35
Ortus quomodo Ariſtoteli æternus. 54
naturalis, & violentus. 58
unius, eſt interitus alterius. 103
ortus, & interitus ſunt mutationes. 63
quid ſit. 12. & 16
ejus cauſæ. 91
reliqua *vide* in v. Generatio.

P.

ΠΑρέκτασις quid ſignificet. 33
Paſſiones, & diſpoſitiones quomodo differant. 113
Patrum ſcelera an Deus puniat in filiis, & cur. 229. & cur principes id præſtent. 232
iis quanta victus habenda cura. 278
filiorum educatio præſcribitur. 284. *& ſeqq.*
patres in educatione filiorum avari reprehenduntur. 289
Philoſophia exigit conſiderationem rerum naturalium, & experimentorum. 2
quænam methodus Philoſophica. *ibid.*
recentiorum cur pleriſque inviſa. *ibid.*
Peripatetica quomodo procedat. 3
Philoſophi horologiis ſimiles. 160
ejus laus. *P.*
in Philoſopho eloquentia grata, non vero neceſſaria. *P.*
Phyſiognomia an vana. 230
Pythagoræ familiaris. *ibid.*
Φύσεως nomen quid ſignificet. 6
Pietas reſpicit honorem Deorum. 211
Piſces quomodo ex ovis. 43
cur iis datæ branchiæ. 45
Pyramides unde dictæ. 138
Pythagoræ ſententia de rerum principiis. 8
providentia Dei nota. 46, & 95
ſententia de tranſmigrat. animarum evertitur. 114
ſectatores numeros, & figuras conſiderabant. 175
aërem, aquam, terram, & ignem elementa dicebant. *ibid.*
quæ cauſæ notæ. 176
Pythagoras primus obliquitatem zodiaci

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

diaci obſervavit. 182
apud Ovidium. 202
mundum, & globum terræ ſphæricum, & in hac antipodas eſſe docuit. 204
à paucis animalibus abſtinuit, & fabas comedit. 264
cur concubitum in locis ſacris prohibuit. 273
Doricè ſcripſit. P.
ejus ſectatores cenotaphia erigebant deſerentibus Philoſophiam. P.
Plato Democriti ſcripta voluit comburere. 134
Pluvia quomodo fiat. 67
Plumbei mucrones ſagittarum liquefacti in aëre. 138
Πνεῦμα quid. 193
Politicæ nomen complectitur ethicam. P.
Populus cur Græce λαός. 188
Principes privatis oportet eſſe meliores. 52
Principia non ſunt unum. 156
unicuique rei quantum conferant. 249
Protagoræ ſententia aſſerentis, verum eſſe quidquid videtur verum, explicatur. 184
Pueri à Venereorum uſu excludendi. 252
ac puellæ innutriendi exercitiis. 254, 255
à vehementi labore cur removendi. *ibid. & ſeqq.*
qui ludi iis præſcribendi. 255
qui victus exhibendus. 257
à ſervorum convictu, & ab obſcœnis removendi. 260
quouſque à Venereis prohibendi. 261
quo anno diſciplinis, & laboribus admovendi. 285
eorum corpus 5. anno dimidium magnitudinis futuræ occupat. *ibid.*
educatio traditur. *ibid. & ſeqq.*
Pulli in Ægypto quomodo naſcantur. 43

Q.

Quæſitum primum de unoquoque. 4
Qualitates activæ, & paſſivæ recenſentur. 124, *& ſeqq.*
activæ cur dicantur cauſæ. 125
in primas & ſecundas dividuntur. 130
tangibiles quæ & quot. 132, 133
earum definitio. *ibid.*
ſecundæ quomodo prodeant à primis 133, 134.
differentia numeri earum penes Ariſtotelem & Ocellum. 135
uniuſcuiuſque elementi communes & propriæ. 157, *& ſeqq.*
omnes an inſint elementis in ſummo. 160
Quaternarius in omnibus reperitur. 81

R.

Reges unde. 228
Regreſſus ad idem numero an detur. 83
Rerumpub. interitus cauſæ. 58
Reſpiratio quomodo fiat. 44, 45
Romæ antiquum decus. 25
10000. pondo aranearum Heliogabalo allata. 196
Romanæ mulieres ſacra Bonæ Deæ facturæ quam caſtæ. 272
cur in nuptialis Iunonis ſacro victima abſque felle conſecraretur. 315

S.

Sacerdotia iis non committenda, qui vilibus exercitiis ſe immiſcerent. 211
Sacris operam daturi apud Ethnicos à Venereis abſtinebant. 271
ſacris in locis concubitus vetiti. *ibid.*
Sapientia humana inanis. 88
Sapiens cur Deo amicus. 238, 239
Scientia quid, & quomodo ſit dualitas. 9
an utatur principiis communibus. 24
ſcientifici principii natura. 215
quomodo dicatur aliquando prava. 259, 260
Semen eſt excrementum utile. 84, & 277
in homine quando perfectè prolificum.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

cum. 261
virile, quando ſterile, vel infœcundum. 278
dormientibus cur facile profluat. 279
ſemina neceſſe eſt concurrere, ut generetur fœtus. 281
Senectus vitæ hyems. 81
ſenes à nuptiis arcendi. 262
Senſus cui quaternario diceretur reſpondere. 8
objecta miniſtrat intellectui. 30
in quo differat ab intellectu. 43
ſenſibile proprium quale. *ibid.*
Heraclitidesenſu ſententia. 60
ſenſus judicium dimittere eſt infirmitas intellectus. 144
Siccum, *vide* in v. Humidum.
Συνεχὲς quid. 64
Simile non patitur à ſimili. 113
An actio ſit inter ſimilia. *ibid.*
Sol rerum parens cur dicatur. 180
ſolis circulus. *ibid.*
Somnus quomodo fiat. 151
Sophiſtam non Philoſophum decet ſumma verborum cura. *P.*
Sororis concubitus prohibitus, & cur. 267
Stratonice ebria ad concubitus Combabum invitat. 279

T.

TAngibilium qualitatum diviſio. 133
in tactu acutum, & obtuſum. 139
reliqua *vide* in v. Qualitates.
Τεκμήριον quid. 7
Temperantia quid. 210
inter conjuges deſideratur. *ibid.*
an ſit in guſtu. *ibid.*
Tempus cur dicatur cauſa corruptionis, non verò generationis. 31
Terra quo pacto rotunda. 25
puncti inſtar in ordine ad univerſum. 26
quo pacto habeat exceſſum qualitatum. 143
ex ea homines ortos aſſerentium ſententia. 188
univerſa non immutatur, ſed ſolum ejus partes. 200
terræ motu in Aſia 12 urbes disjectæ. 202
terra extra columnas Herculis an antiquis ignota. 203. *& ſeqq.*
Thraſybulus nepotem deliciis immergit, ut regnum ei eripiat. 286
Tyranni abhorrent rectam civium educationem. *ibid.*
Τύχη quid ſignificet. 241
Totum quid. 5, & 39

V.

VAporibus aſtra nutriri aſſerentium ſententia. 26
Venereorũ delectatio unde. 210, & 263
quo tempore homini Venereorum uſus permittendus. 262
immaturus corpora augeri prohibet. 263
illi maxime idoneus quidam habitus. 188
reliqua *vide* in v. Concubitus.
Ventus quid. 194
Vermes in nive an oriantur, & vivant. 147
Veſta cur virgo. 148
Vinum intimos animi ſenſus depromit. 189
Viſus qua ratione fiat. 146
Vita quomodo contineat corpus. 311, 312
Viventium generatio æterna apud Ocellum. 186
quo perfectiora, eo magis organica. 215
Vniverſi partes quæ. 4, 38, 39, 40, & 94
æternitas probatur. 10. *& ſeqq.* & 191
evertitur. 88
cujus poſitionis primus auctor Ocellus. 11, 12
partium mutationes. 24
ortus & interitus quid exigat. 25
univerſum ſemper idem. 26
pluries genitum qui ſenſerint. 27
non regitur caſu. *ibid.*

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

illius ordo immutabilis. 34. natura, & nomen explicantur. 36, 38, & 39
quæ in eo ſunt, omnia ad ipſum ordinantur. *ibid.*
& invicem connectuntur. 48
ab eo omnia pendent. 50
Vniverſum eſt ſphæricum 86. & cur. 86
quæ partes ipſi coexiſtant. 191
illius conſervatio per generat. in qualibet entium ſpecie. 220
ab omnibus partibus expetita. 223, 224
inter ipſum, ac civitates diſcrimen. 316
ejus partium altera ſemper gubernat, & altera gubernatur, & quæ. 319
Vnum omnia eſſe aſſerentium ſententia. 118

Z.

ZOdiaci utilitas. 180
ſigna enumerantur. 182
Zodiacus quid conferat rerum ortui. *ibid.*

FINIS.

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4

Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4



Early European Books, Copyright © 2011 ProQuest LLC.
Images reproduced by courtesy of Koninklijke Bibliotheek, Den Haag.
367 E 4